Bibliothèque numérique
medic@

Galien / Valleriola, François (éd.).

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola Medico auctore

Lyon, Sébastien Gryphe., 1540.
Cote : 5881

PARIS biu Santé

(c) Bibliothèque interuniversitaire de santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?05881

COMMENTARII IN SEX GALENI LIBROS DE MORBIS ET SYMPTOMATIS.

FRANCISCO VALLERIOLA MEDICO AVTORE.



VIRTVTE DVCE, COMITE FORTVNA.

LVGDVNI APVD SEB. GRYPHIVM, 1540.

Ex Biblioth. Sti Germani a Pratis

©BIUM

PETRI BACHETI BVRGIENSIS
in Franciſci Valleriolæ illuſtris Medici Commentarios ad Galenum
Epigramma.

Omnibus ecce tibi numeris monumenta peracta
Hæc precio quouis, candide lector, eme.
Siue cupis nitida ſatiari Phocidos unda,
Stoica ſeu mauis flumina cruda frui,
Dulcicula auſteris admixta, ingentia paruis,
Clara ſubobſcuris, mollibus aſpra leges.
Sic decuit, multos liber unus ut uſq; iuuaret
Rhetoras, & uates, cum medicisq; Sophos.

CL. GALENO ANTONIVS
GOVEANVS.

Si tibi multa ſenis debent ænigmata Choi
Luce tua medio lucidiora die,
Tu quoque debueris Franciſco plurima: noctem
Aſpice quam ſcriptis depulit ille tuis.
Hactenus ignota tenebræ pro luce fuerunt.
Prodidit en tenebras Sole reuecta dies.

Ad Franciſcum Turnonium S. R. E. Cardinalem Dignissimum Franciſci Valleriolæ Medici de dedicatione ſuorum in Galenum Commentariorum Epiſtola.

PLATONIS illud eſt, Ampliſsime pater, mortalium animis uniuerſis ſcientiarum ueluti ſeminarium quoddã ineſſe, & plane theſauros eos, qui mirabiles concitent ſui amores. Quod uel eo argumento deprehendere quiq; in nobis, & plenè cognoſcere poſſumus, dum ſecretiora naturæ perueſtigantes, excellentia quadam ingenij & nobilitate, ea ſæpe ſtudio, animiq; contentione, nullo monſtrante, aſſequimur: quæ longius poſita prætergredi naturam noſtram multo maximè uideantur. Hinc tam multarum artium atq; diſciplinarum, in uſus hominum inuentarum, excogitata ab hominibus ratio: ut nauigandi artem, nauis ue conficiendæ alius: medendi, & uniuerſi corporis conſtitutionis dignoſcendæ alius rationem auguſta ingenij, & plena diuinitatis natura inuenerit: ut merito eum cæteris cunctis ſui generis præſtare credamus, qui his amplis ſuæ naturæ dotibus, & plura

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 3 sur 428

©BIUM

& maiora inquirere, quæſitaq́;,& inuenta rationis,ac ueritatis robore firmare poſsit. Quæ quum magna ſit hominis præſtantia, aut naturæ potius in homine maieſtas, nihil ego hominis proprium magis exiſtimo, quàm ut improbo labore,& exercitatione ita ſeminarium hoc uirtutum, quod in ſe habet, excolat, & propaget, ut propagationis eius & cultus ratio ad omnes ex æquo perueniat. Nam ſi in caducis rebus & inanimis, quas modo aliquid uitæ mortalium prodeſſe poſſe ſperamus, tantum laboris & operæ ponimus, ut nos ipſos penè fructus cuiuſpiam eliciendi, & communicandi amore conficiamus: (unde alius hortum, agrum alius aut uinetum,mira & incredibili diligentia colit, aſsiduoq́; ſeminum iactu, ſtercoratione, foſsione, irrigationeq́; lætificat) multo certè amplius decet eò nos omnes tendere, atque conniti, ut ferax hoc in nobis ſeminarium, plenumq́; diuinitatis agrum ita diligenter colamus, ut noſtri nos rationem habuiſſe ipſo culturæ fructu atq́; prouentu intelligere omnes poſsint. Equidem quomodo non turpe ſit, ac homine prorſus indignum, ut quum terram ipſam duro uomere mollitam, probeq́; ſubactam, ſuſceptum ſemen multo cum fœnore reddere uideamus: Nos, quæ à Deo parente omnium accepimus diſciplinarum ſemina & igniculos, negligentia, torpore, ignauia dilabi & perire ſinamus? Mouet me certè maxime ipſa terræ uis, atq́; natura, quæ quum ſparſum in ſe ſemen contineat, tepo-

req́;

©BIUM

req; ſuo calfactum eliciat, diffundat, cumulateq; tandem proferat, noſtri nos officij hoc ſuo ſeminis conceptu & partu admonere uidetur. Quod quum prouidentia quadam Dei maxima fieri certum ſit: illud item ſummo eiuſdem Dei conſilio in nobis factum exiſtimare oportet, ut mente ac ratione præditi (quod nemini eſt animantium alteri à natura tributum) intelligentiæ ſimus & cognitionis effecti participes. Vnde merito à ſummis ſemper philoſophis præclara quadam conditione generatum eſſe hominem affirmatum eſt: ob idq; etiam animal prouidum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum conſilij & rationis dici uoluerunt. Quam ego ſummam Dei in nobis beneficentiam mecum animo reputans, & ad aliquid proferendum, quod uſui rei medicæ ſtudioſis eſſe poßit, occaſionem, ociumq; adeptus, indignum me putaui facturum, ſi non reliquum tempus, quod mihi à publico medendi munere ſupereſt, in agnoſcendis ſummi Dei beneficijs, & his ſtudijs recolendis, quæ mihi uoluptatem olim maximam, fructumq; uberrimum peperere, omne conſumerem. Nam & ſi me publicæ medendi curæ, & hæ occupationes quæ optimarum diſciplinarum ſtudioſißimum quemq; & amantißimum retinere, & in ſe prorſus totum conuertere aſſueuerunt, ab hiſce cogitationibus meis plurimum reuocarent: ſperabam tamen tempus mihi tandem aliquod, & ocium dari, quo me in ſtudia philoſophiæ inuoluere, ac uera ſtudiorum uo-

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 5 sur 428

©BIUM

luptate perfrui liceret. Quam ego quum non aliunde uberius, quàm ex ipſa commentandi ratione prouentu-ram ſperarem, ad id me conuerti ſtudiorum genus, ex quo mibijpſi in primis, deinde cateris omnibus, qui hæc modo ſibi aliquid profutura ſperant, aliqua ex meis ſtudijs utilitas pareretur. Quæ ut cunctis (quantum quidem per me fieri poterit) abundantior uenire poſ-ſit, ad meditanda atque explananda hæc principis me-dicorum Galeni dogmata ſum conuerſus: ut è quibus, ceu puriſſimis fontibus, ſummi illi ſapientiæ medicæ theſauri ſcatere perpetuò uideantur, unde quiſque quantum ſtudio ac diligentia adnixus fuerit, tantum ad cognitionem rei medicæ & morborum, emolumenti poterit deriuare. Igitur quum ſuperiore proximo an-no commentarios hos in eam Galeni partem, quæ de morbis & ſymptωmatis eſt, confeciſſem: eoſq; iam ſa-tis maturuiſſe apud me exiſtimans, euulgandos propo-ſuiſſem, ſtatui bas tibi, Pater ampliſſime, ueluti ocij noſtri primitias, primoſq; ingenij mei fœtus, multis ac maximis de cauſsis deferre. Partim, quòd paucorum dierum conſuetudine, quibus tibi primum Valentiæ Allobrogum cognitus, tecum ſumma tua humanitate & gratia familiarius agere cœpi, ita ſum ad te aman-dum, uenerandumq; inflammatus, ut aliquo tandem tem pore ſperarem ſingularis huius meæ in te obſeruantiæ, atque amoris teſtimonium me aliquod præbiturum, unde tu intelligere poſſes me tibi omnia iure debere,

qui

©BIUM

qui me immerentem laudatiſsimo tuo ore, & plenè laudaueris, & digno tuis uirtutibus teſtimonio cohoneſtaris. Partim, quòd quum in Galeno, medicorum omnium citra controuerſiam principe, ingenij mei neruos exercere conſtituiſſem, conuenire maxime uidebatur, ut principis medicorum Galeni opus bonæ frugis, eruditionisq; plenum (quod ego nunc primum elucubrandum, explicandumq; ſuſcepi) principi quoq; uiro deferretur: ut qui ex his meis uigiliis fructum ſunt aliquem percepturi, tibi totum bono iure adſcribant: Et qui liuoris pleniſsimi calumniari omnia ſolent, tui nominis ſplendore deterriti, conuellere hos noſtros labores deſinant. Accipies igitur Franciſce Turnoni, pro ſumma & ſpectata humanitate tua in bonam partem, hoc obſeruantiæ in te meæ qualecunque teſtimonium: feresq; æquo animo, ut hoc quicquid eſt operis ſub tuo nomine in publicum prodiens, maiorem mihi à legentibus fauorem conciliet. Quod futurum certò ſpero, ſi uni tibi probatiſsimo maximè probabitur. Quem nobis Deus Opt. Max. incolumem atque felicem quamdiutiſsimè ſeruet, ut per te ſtudioſorum ingenia foueri, ornariq; perpetuo cumulatiſsimè poſsint.

Vale.

©BIUM

IN LIBROS GALENI DE MORBIS ET SYMPTOMATIS PRAEFATIO AD REI MEDICAE STVDIOSOS, EODEM FRANCISCO VALLERIOLA AVTORE.

CVM IPSE mecum animo multumq; & diu cogitassem, quanam re possem prodesse quamplurimis : nequando intermitterem consulere opera mea atq; industria publicæ hominum ac studiosorum utilitati, nulla maior ad id commodiorq; uisa est, quàm si me ei uitæ instituto addicerem, unde bonæ frugis plurimum ueri amatoribus prouenturum sperarem: cumq; multa uariaq; sint uitæ mortalium instituta ac genera, quibus sese homines tantò cæteris antecellere arbitrantur, quantò & uirtute, & animi nobilitate quadam, & in disciplinis excellentia cæteris præstare creduntur : nullum sanè ex omnibus censent sapientes uiri, nec maius omnino nec præstabilius esse, quàm aut literarum studijs promouendis : aut ingenij uiribus exercendis manum ferre mortalibus & prodesse, suaq; & industria & cura rem literariam omnem iuuare : & pro sua quemq; uirili promouere, augere. quod cum sedula opera multoq; ac iugi labore ab his sit factum qui præcellenti quodam ac prope diuino ingenio, uaria disciplinarum artiumq; genera & inuenerunt, & in usus hominum ut felicissimè sic & summo quoq; cum fructu prodidêre, non alij tamen de toto mortalium genere cumulatius mereri mihi uidentur, quàm qui ueterum monumentis uel illustrandis, uel certe quodammodo explicandis, animi neruos intendunt, studiumq; omne collocant suum, quos iure optimo meritoq;, uetustatis omnis parentes ac principes, naturæ omnis seruatores, studiorum patronos, disciplinarum omnium uindices ac deos quosdam tutelares dicere possis. quod officij eorum magnitudinem usumq; pressius expendenti exploratius fiet. Quippe oratores, philosophos, medicos, iurisperitos & omne adeò eru-

ditorum

©BIUM

ditorum hominũ genus, non alio certè probes, quàm quòd uel dicendo hominum mentes, & animos, pro ſuo ductu flectant, reuocent, moueant, aut rerum naturæ archana, abdítaq; myſteria referent & aperiant, aut hominum ſaluti conſulant, aut denique horum ſocietates, fœdera, ciuilemq; uitam omnem componant, regant, ac moderentur: præclara quidem ac ſummorum uirorum munia, ſed quę tamen obíre rectè non poſsis, ni probatiſsimorum quorũq; autorum monumentis adiutus, in eorum fueris campo, unde benè quippiam exercendi præcepta emanant quamdiutiſsime uerſatus: quod & ipſum, tamen etſi plurimum quemq; adiuuat, & ad quoduis obeundum munus ueluti manuducit, nulla tamen nos re alia magis, ſiue ad contemplandum, ſiue ad agendũ inſtructiores, & aptiores fieri poſſe, quàm commentatione, & bonorum explicatione autorum, diu à multis eſt exiſtimatum. Hac certe uia Plato, Ariſtoteles, Theophraſtus, & ex Medicis Galenus, Aëtius, Paulus, Oribaſius, Alexander, & eius notæ uiri clari poſteris, conſpicuiq;, ac nobiles ſunt effecti, dum Plato Socratis præceptoris ſui monumenta, Platonis Ariſtoteles, huius Theophraſtus ac maiorum omnium & ætatis literarumq; dignitate antecedentium poſteriores ſemper ſcripta illuſtrarunt, ac ueluti per manus alter alteri tradiderunt: qua re una neſcio quid congruentius, aut utilius, quid appoſitum magis, & frugiferum, non unis tantũ ſtudioſis hominibus, ſed & toti mortalium generi aut dici, aut excogitari poſsit. Quippe ſi in re quapiam exercitatio (quod ait Galenus) artifices nos reddere ſolet: in quo, quæſo, exerceri magis quempiam noſtrũm, quàm in ea meditatione conuenit, unde exercitationis omnis, & operis, & actionis præcepta naſcuntur? Quæ cum ab autorum monumẽtis cuncta ſint petenda, in hanc nobis cogitationem eſt fortiter incumbendum, atq; adeò in hac noſtra omnis ratio & cura ponenda, ut quàm diligentiſsime priſcorum monumenta & commentarios ne legamus quidem tantùm, ſed & crebra & diligenti animaduerſione intelligere, & explicare, & ſi qua abſtruſiora fuerint, illuſtrare conemur: cùm (ſi modò Damaſceno, non peſsimo autori, creditur) hac cautione ad comparandam ſapientiam nulla alia melior inueniri, excogitariue poſsit. Sed hoc unum

1. de Alimẽ.

lib. aphoriſ. textu 4.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 9 sur 428

maximopere ſtudioſis duco cauendum, ne temerè, ne citra delectum, ne Andabatarum (ut aiunt) more occæcatis animis in quorumuis autorum ſcripta uel intelligenda, uel explicanda incidant: ne ſe illis temerè credant, ne præcipites ferantur, ne dum meliora ſequi ſe cogitant, tota errent uia: quod his maximè, qui in barbarorum cœno diutius ſunt uerſati, uſu uenire ſolet; quibus cùm nulla ſit bonarum literarum eruditio, nulla cognitio, nullus in diſcernendis autoribus delectus, obuĩs quibuſq; ut ſors tulerit, ſeſe explent, animum inficiunt & obturbant, multaq; & erroris & falſitatis caligine implent, qui tamen & ipſi ita doctrinæ eruditionisq; titulo tument, ut digito ſe cœlum attingere credant, cum ſint tamen prorſus ὄνοι πρὸς λύραν, ut quorum ſcripta ſi contemplêre, nihil eruditum, ſolidum, exactum, compoſitum, preſſum, at inutilia multa, hiantia, uana, temereq; congeſta reperias. Sed horum ignorantiam (quod ait Galenus) ne Mercurius quidem cum Muſis ſanauerit: nimirum quòd cum ſe & ſua neſciant, alienos, & aliena ſpeculantur. Quibus in ſuo errore dimiſsis, unde digreſsi ſumus feliciter redeamus: ad id inquam, ea quæ de commentando eſt ratione, non aliam ad hominis dignitatem illuſtrandam & amplificandam aptiorem reperiri poſſe: quæ cum una res maxime ſtudioſis, ueriq; amatoribus, & frugem, & ornamentum, & nominis ſplendorem, ac gloriam, non ſine laude eſt allatura, mirari ſubit, cur è tam multis ſeu Græcè, ſeu Latinè doctis hominibus medicinam profeſsis, uix unum aut alterum inuenias, qui huic ſcriptionis generi, hoc eſt autorum commentationi, ſit intentus: ſed omnes eouſq; neglecto ueritatis ſtudio, quęſtui, & populari aurę ſeruire, ut non ad ueri inquiſitionem, & animi cultum, ſed ad huius ſeculi blandimenta, opes, diuitias, dignitates, honores, & natos eſſe, & educatos cenſere merito poſsis: cùm interea nulli non hominum generi quantumuis eruditione & doctrina præſtantium ſeſe non longiſsime anteponi ueliint: mirè in hoc ſibi placentes, cùm uulgò laudantur, cùm digito oſtenduntur in turba, οὗτος ἐστιν ὁ δεινὸς ἐκεῖνος. i. hic eſt grauis, & doctus ille: longiſsimè ſanè hoc uitæ inſtituto à Galeni ſententia diſcedentes, qui cum tantis abundaret ipſe, tamq; egregijs naturæ dotibus: ut cùm ſemper à laudatiſsimis

Mercurius cum Muſis. Adagium ex Gal. 8. Metho.

quibusq;

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 10 sur 428

©BIUM

quibusq; certatim laudatus, adhuc tamen penè etiam illaudatus uideri possit. Tanta tamen fuit rerum humanarum despicientia, atque contemptio, ut ne nomen quidem suum in tot commentariorum suorum centuriis scribi sit unquam passus: utpotè quem nulla unquam solicitarit ambitio, nulla honoris cupido prouexerit, nullũ inanis gloriæ studium inflammarit, omnia uirtutis caussa, & ueritatis inquisiuerit, indagarit. An non eius rei plenissimi sunt illius commentarij? præsertim quos De curandi ratione, De constitutione artis, De dignoscendis animorum affectibus, ut doctissimè sic lepidissimè quoq; conscripsit? Atque hæc ego de Galeno eo consilio attigi, ut quanto nostræ ætatis medici ab eius uia & instituto discederent, dum potentum salutationibus, & urbis circuncursationibus occupati, meditationum munus & ueri inquisitionem negligunt, exploratum facerem atque compertum. Sed in me conuersus exercitationis huius meę caussas iam propiùs omneis recensendas existimo. Quod igitur Galenum interpretari sim ausus, id fuit caussæ quòd cùm omnino ingenij mei uires, neruosq; omneis post diutinas lucubrationes & uigilias, in uno aliquo studiorum genere exercere, expeririq; proposuissem, quò uitales ne essent ingenij fœtus, an abortiui conspicerem, ex nullo autorum alio melius quod concupieram assequi me posse, quàm ex Galeno speraui: quòd is, & doctrinæ soliditate, & narrationis splendore, ac lumine quasi quodam, & dictionis grauitate, & sententiarum robore, & argumenti altitudine nullis non esset rei medicæ autoribus non longè anteferendus. Quamobrem & cùm ipsum mihi semper ita amplectendum, colendum, suspiciendumq; duxi, ut nunquàm ab oculis, à manibus, ab ore deniq; & animo deponendum: sed diurna uersandum manu, uersandumq; nocturna iure optimo censuerim. ut per quem & à quo in re medica proficere uolenti, latissimus pateat solidæ ac multiplicis eruditionis campus. Quem ego autorem quum mihi ad imitandum proposuissem, in eius lectitandis lucubrationibus usum est mihi non minimum operæpretium ponere, ut qui probè sciam, uel à Galeno edoctus, eum qui nosse quid supra uulgum desiderat, in ijs disciplinis & autoribus, sedulò uersari debere, qui & animum meliorem, &

Galeni sinceritas.

3. de Facult. natur.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 11 sur 428

©BIUM

inſtructiorem mentem effingere, formareq; poſsint. Quod cùm diu, multumq; feciſſem, caſus tum quidam mirificus interuenit, quaſi uel ſponſor laboris mei, uel potius mei officij admonitor, nempe ſalubritas anni multa, altiſsimumq; in literis ocium: in qua certè tam ſalubri anni coelicq; conſtitutione cùm nec uiſere ægros ex officio multos cogerer, nec, quod bona nunc medicorum pars facit, aut occupatis per urbem digreſsionibus inaneis ducere dies (à quo maximè abhorreo) uellem, nihil ſanè potius, quod quidem me dignum eſſet, quod agerem reperiebã. Itaq; meditari quippiam, eaq; tum tractare, ac renouare ſtudia cœpi, quæ dudum mihi uoluptatem plurimam, fructumq; uberrimum peperêre: quod eo à nobis effectum eſt, ne longo ſitu obtorpeſceret animus: & mens ſuo pabulo fota uegetior, integriorq; redderetur. In quam ſanè meditationem fortiter ut incumberem, ueritatis amor in primis (qua nihil homini gratius, iucundius nihil accidere poteſt) tum certè ſtudiorum ipſa ſuauitas atque dulcedo, præſertim monumentorum Galeni illexit, ac ueluti calcaribus ſubditis eſt cohortata. Cui ego muneri ſi ſatis per ocium uacare poſſem, & huic ipſi rei & multis fortaſſe uberioribus atq; maioribus operæ quantum uellem darem. Tametſi plurimum uereor, ne ad laborioſam illam medendi operam, qua nullos non cogimur in dies ſingulos deuorare labores, hæc dogmatum Galeni explicatio atq; interpretatio, ceu auctarium adiungatur: quæ non tam mihi certè moleſta eſt ob laborẽ, quàm quòd eo ſcriptionis genere metus ſit, ne famam nomenq; meum in præcipiti ponam: quòd nullum ſcribendi genus (uel autore Galeno) calumniam Theoninumq; dentem effugere poſsit. Sed modo à doctis bonisq; omnibus (quæ mihi non leuis curatio fuit) probari merear, leuiſsimorum hominum & rabularum morſus prorſus nihili faciam, atque contemnam. Quamobrem hoc nobis ubique maximè curæ fuit, ne quid improbum, ne quid à Galeni doctrina (ni meus me fallit animus) alienum, nihil non uerum, & quod uel ratione tueri, uel autoritate poſſemus, nihil denique non benè ſonans (quantum per ingenij noſtri mediocritatem licuit) ex probatiſsimorum quorumq; adytis in medium adferremus. Quòd ſi uſpiam in ſcru-

a. *de Criſib.*

pulioſiora

puloſiora quædam incidimus, mox noſtro ingenio parum fiſi, peritiſsimos quosq; noſtræ ſortis homines, conſulendos duxi, qui omnem mihi ab animo dubitationis locum adimerent. Qua in re non leuiter HIERONYMVS LOPES meus me iuuit, ſingulari uir ingenio, ac doctrina: quem ego hominem ob ingenuas animi ingenijq; dotes uerè excelſas planeq; uiro dignas ob ſingularem literarum & artium quum Græcarum tum Latinarum (ac medicinæ in primis) cognitionem, nec nimis ualde unquam, nec nimis ſæpe laudauerim: ut cuius & uita & actio tota conſecuta mihi uideatur difficilimam illam ſocietatem eruditionis cum probitate. Ad hanc igitur ego commentationem ita inſtructus acceſsi: ut tantos illos ſapientiæ medicæ GALENI Theſauros, tam prægnans illud ac uerè diuinum opus, tot illa tamq; expreſſa multiformis eruditionis ſimulachra atq; exempla, tam multa denicq; ad Therapeuticam methodum adminicula mihi compararem: nec cæcis, ut aiunt oculis, ſurdisq; auribus præterirem. Itaque ſex hos, de Morbis & Symptomatis libros, bonæ frugis, eruditionisq; plenos (in quibus omnis rectè morbos, morborumq; cauſas & ſymptomata cognoſcendi regula continetur) ſimplici ſermone, & humi repente, interpretari ſum aggreſſus: ut meo priuato labore, ac induſtria qualicunq; mea, omniũ conſulerem commodo, & utilitati. Quam ſi præſtiti, abundè mihi ſatisfactum puto: ſin minus, hoc ſaltem memineritis, in magnis & uoluiſſe ſat eſt: & item, ſi deficiant uires, audacia certè laus erit, quam ego abunde magnam aſſequutum me eſſe confidam, ſi à uobis ueri ſtudioſis & amatoribus, noſtras has uigilias, primosq; ingenij mei fœtus maximè probari ſenſero. Quod certe futurum ſpero, ſi id uobiſcum animo reputaueritis, optima quæque me ex probatiſsimorum autorũ penu ac promptuario mutuaſſe, multaq; de noſtro addidiſſe. In quo nobis hæc maxima cautio fuit, ne (quod neoterici ſolent) aut difficultate orationis, aut quæſtionum molibus, ueſtræ mentis aciem retunderem, alacremq; ingenij ueſtri curſum ijs, quaſi ſpinoſis ſentibus, remorarer. Ac proinde dubitationes nec omneis, nec ubiq; aut interpoſuimus, aut omiſimus: ſed eas tantùm quæ & ſcitu digniſsimæ, & ad explicandũ Galenum maximè idoneæ

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 13 sur 428

©BIUM

uiderentur, aptíſsimo quanqꝫ poſuimus loco : ſic ut quàm cõmodíſsimè ſtudioſorũ exerceri ingenia, non fatigari poſſint. quòd ſicubi erratum à nobis eſt (quod eſſe fortaſſe non magnũ aut difficile fuerit, in tam uaſta recõditarum rerum harena uerſanti) errati ueniam poſco, petoꝫ, ut qui hæc ſunt qualiacunqꝫ noſtra lecturi, non Theonino dente, aut liuido ore carpant : ſed bona (ſi qua ſunt) æquo ſuſcipiant animo : mala doctè, modeſteꝫ oſtendant : tanto certe maiorem apud me gratiam inituri, quanto candidius, & ſeueríori cum iudicio noſtras has lucubrationes, & uigilias manibus pertractauerint.

LIBRORVM SEX DE MORBIS & Symptomatis utilitas ad Medendi Methodum pertinens.

2. Methodi medendi.

CVM omnis medendi ratio à morbi natura, uel Galeni teſtimonio, proficiſcatur, quòd príncipium methodi medendi, morbi ſit cognitio, prima potiſsimaqꝫ medico ea cautio eſſe debet, ut morbum, morbiqꝫ cauſas ad ſeuerum unguem omneis accuratè perpendat ac diſcat, à quibus & curandi indicationem, & præſidia ſumere poſsit : unde Galenus in

1. de ratione uictus ac. co. 1. & therapeu. 7.

primis ait, Quiſnam ſit morbus dignoſcere oportet : deinde curationem ipſius ita aggredi. Et rurſus : Methodici medici, inquit, morborum cauſas aſsignant, & inueſtigant, inde præſidíorum copiam coniectantes. In ſingulis itaqꝫ affectionibus uim & ſpeciem conſiderari oportere uetuſtiſsimus Hippocrates prodidit. Vnde cõſtat, haud príus curari affectum quempiam poſſè, quàm & illius natura, & cauſæ omnes exactè ſint cognitæ : quod tum eſſe dícemus, cùm præcedentes omneis & continentes cauſas corporeasqꝫ ad plenum cognouerimus, ſine quarum ademptione curari affectus certè nunquam poterunt : cùm (uel autore Gal.) affectus nullus ſanari unquam poſsit, manente ipſa, unde natus eſt, cauſa : adimi autem cauſæ nullatenus poſſunt, ni príus quæ, qualesqꝫ ſint, compertum ſit nobis : cùm ad morbi rectam curationem cauſarum exacta ſit habenda no-

2. Thera.

2. de ratione uictus ac. textu 38.

7. Thera.

tio, ita

©BIUM

tio,ita aſſerente Galeno,quam & ipſam horum commentariorum doctrina nanciſcemur, methodo in ſecundo libro tradita. Quod ſi ſymptomate uno,uel pluribus, æger præmatur, tum ita de tota retractandum erit, ut diuiſionis artificio ſymptomatum eorum naturam noſcamus: num ſcilicet in affectu aliquo, uel in actionum noxa, uel tandem in iis,quæ ad hæc conſequuntur(quæ tria ſunt ſymptomatum ſpeciatim dictorum genera) conſiſtat: quo cognito,extemplo palàm fiet ex quo uel affectu uel pathemate ipſa naſcantur: atq; ſic affectum ipſum, unde primum actio lædítur, protinus diſcernemus: hunćq; præcipuum morbum eſſe dicemus,cuius differentijs cauſisq; ex primo & ſecundo libro cognitis (num inquam ſimplex ſit, an compoſitus, paresq; habeat cauſas) cognitaq; affecta parte: quam ſi interna ſit, nos de locis affectis libri docebunt: prompta expeditaq; tota curatio erit, adhibitis quæ ex methodo curatiua, & de ſimplicium libris ad morbum leuãdum maximè idonea uiſa erunt. Ex quibus ſanè fit manifeſtum, quanta ſit horum librorum utilitas: ut ſine quorum præſidio & adiumento nec cognoſci morbum quempiam, nec methodo poſſe curari,paulò ſit antea à nobis monſtratum. Cùm autem omnis, quæ præter naturam eſt, affectio aut morbus ſit,aut morbi cauſa, aut ſymptoma morbi, morborum notionem diſcrimenq; omne primus liber demonſtrat, cauſarum ſecundus, ſymptomatum rationem omnem tertius, cauſarum eorundem quartus, quintus & ſextus rationem exactè ſuppeditant ut ad eam tractationem nihil addi poſſe uideatur. Hanc igitur tu, quicunque ſacræ medicinæ nomen dediſti, paſsis ulnis doctrinam complectere, hac mẽtem animumq; inſtrue,huic pleno pectore fide,qua munitus & ægris certam ſalutis uiam,& tibi non mediocre cõmodum, decusq; parabis.

Lib. Introductorij.

Lib. 3. De ſympt. diff. cap. 2.

Argumentum ſex librorum de morbis.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 15 sur 428



CL. GALENI
PERGAMENI
DE
MORBORVM
DIFFERENTIIS
LIBER I.

GVILIELMO COPO BASILIENSI
INTERPRETE.

CAPVT I.

QVO dilucidius intelligantur ea, quæ in hoc opere explicare decreuimus, protinus ab initio, quid sit morbus, definiendum est: deinde quot in uniuersum sint primi simplicesq; morbi, qui reliquorum ueluti elementa quædam statuuntur: postremò eos qui ex his componuntur aggrediemur.

DE *morbis tractaturus* Galenus, *deq; omni morborum natura, origine ac causis, traditurusq; omnem morborum omnium, eorumq; causarum inueniendi methodum, rectissimè ab ipsius morbi explicanda natura definitioneq; exorditur. quippe cum uel Aristotelis testimonio* Ἀναλυτικῶν ὑστέρων, β. *quatuor potissimum sint quæ nos in cuiusq; rei noticiam apprime ducant: quæq; de re omni quærere soleamus, quia, propter quid, si est, & quid est, priora utique duo sine posteriorum cognitione haberi satis non possunt, ut qui fieri nequeat ut qualitatem aut causſam eius quod quærimus, prius quàm illius naturam ueramq; essentiam agnoscamus. Ac proinde cum morborum omnium sit ijs libris uia quadam ac methodo causſas, multiplicesq; ac uarias ſpecies traditurus* Galenus, *omnium primum morbi naturam definitione explicandam rectissimè censuit: ratus nimirum omnem quæ à ratione de aliqua re ſuſcipitur inſtitutionem à definitione proficiſci debere, ut intelligatur quid ſit id de quo diſputatur. in hoc ſanè ducem ſuum* Platonem *ſequutus: qui, de nulla unquàm re prius diſceptari poſſe contendit, quàm quid ſit id de quo res tractanda ſuſcipitur, definitione cognitum habeamus. Non poſſe autem quicquam aliunde*

Quæ de omni re quærere ſoleamus.

Cicer. 1. de Officijs. Plato in Hippia minore, & in Alcibiade primo, & i So-

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 17 sur 428

phista: speciatim uerò i Protagora.

melius quàm ex ſuaipſius definitione cognoſci, tam peruium eſt ac manifeſtum ut probatione non egeat. Cùm ſit ea definitionis natura, uis, atque poteſtas, ut omnem eius quod finiendum ſuſcepit naturam ſubſtantiamq; aperiat: ac ueluti proprijs finibus coherceat atque cancellis: unde dictam definitionem putant docti plerique omnes. non igitur aliunde melius aut congruentius, uniuerſam de morbis tractationem aggredi, quàm ex morbi explicatione poterat uia ulla Galenus, cum præſertim hanc ipſam quæ definitioni innititur doctrinam, cæteris omnibus non paulò plurimum: ad eorum quæ traduntur memoriã compendiumq; anteponat. ſuo igitur iure ac lege penè quadam doctrinæ præfari illi in hunc modum licuit. Quò dilucidius (inquit) intelligantur quæ in hoc opere explicare decreuimus: protinus ab initio quid ſit morbus definiendum eſt. Appoſitè certè (protinus) nam ignorato eo de quo quippiam tractandum ſuſcipimus, mox tota corruit quæ de ipſo eſt tractatio. In quod uitium ne incidamus, primùm explicatione tractandæ rei, ceu cautione ad id optima occurrendum ſtatuit. qua certe uia Plato, Ariſtoteles, Theophraſtusq; proceſſêre, ac cæteri penè omnes quicunque de re aliqua doctius tractauerunt. Præfato igitur ad intellectum eorum quæ ſequuntur, morbi prius definitionem ſciri debere, quaſi id noſſe non ſatis ſit ci, qui generis alicuius naturam ſit cognituras: rectiſſimè ſubiungit à morbi definitione, id quoque uel in primis ſciendum, quot in uniuerſum ſint primi ſimplicesq; morbi, qui reliquorum ueluti elementa ſtatuuntur, poſtremoq; ex ijs compoſitos inueniri inueſtigariq; oportere, hæc inquàm duo ſunt quæ de morbis tractaturo accuratius monſtrari prædocerique oportere Galenus inſinuat: utique rei ſubſtantiam definitione comprehenſam: ac ipſius diuiſionem à ſimplicibus ad compoſita procedentem. quòd illa & ordine, & natura, & dignitate ijs ſint tum longè priora, tum etiam potiora: quòdq; natura ſint ea ipſa compoſitis & confuſis notiora, ita prodente in phyſicis Ariſtotele. Quamobrem cum compoſitiuo progreſſu (qui & naturæ dicitur, cauſſarumq; ad effectus, & ab Ariſtotele, propter quid demonſtratio nuncupatur) omnem de morbis tractationem aggredi propoſuerit Galenus: ea ſibi uia fuit incedendum, ut à ſimplicibus ad compoſita progrederetur. quippe cum demõſtratiua penè quadam methodo (quoad eius fieri maximè potuit) Galenus morborum omnium naturam doceat (ratus nimirum hanc eſſe certam, & maximè efficacem docendi uiam) à ſimpliciſſimis ſuit illi neceſſariò inchoandũ. Quòd ex ijs ueluti elemẽtis & primis principijs uniuerſa procedat quæ de compoſitis eſt tractatio: ſic certiſſimos illos mathefcon profeſſores de induſtria imitatus, qui à ſimpliciſſimis exorſi compoſitorum theoremata multa contexunt. Adde quòd quæ ſimplicia impermixtaq; ſunt ob eorum ſubſtantiæ puritatem & ſinceritatem quandam, intellectui promptius ſeſe produnt: ut cuius ſit peculiare munus, perfectiſſima quæq; & maximè in natura conſtantia (& quæ ueluti aliorum principia ſunt) compoſitiuo ordine præcognoſcere, cum principiorum ſit intellectus ex Ariſtotelis doctrina. quanquam notione quæ illi à ſenſibus oritur (quam confuſam & indiſtinctam uocãt: nec illi peculiaris eſt) prius communia & compoſita noſcat, exacta tamen notione rerum principia com-

Ex Boëtio lib. de Diffinitionibus, & Themiſtio 2. poſteriorum.

Vide Galen. in arte medicinali. De ea doctrina quæ diffinitioni innititur.

2. Methodi medendi.

2. Reſolut. poſteriorum.

Vbi ſuprà.

positis longe sunt intellectui notiora. Quin cum & ipsa simplicia compositorum ueluti elementa sint, ac materiæ in ijs rationem subeant: fit omnino, ut composita quæ sunt, cognosci nunime possint incognitis ijs ex quibus fiunt elemẽtis. Ac proinde quæ in natura mixta ac multijuga sunt, haud prius tenere se posse Aristoteles credidit, quam primorum in ijs elementorũ naturam omnem adamußim expenderit, inquisiuerit, peneq; demonstrarit: quo certè ordine ueluti ad docendum ualde accommodato, quum in dialecticis, tum in naturalibus usum esse omnibus in confesso est. quòd in illis à simplicibus ad complexa, à primis complexis ad magis complexa, hoc est ad syllogismos sit progressus: in naturalibus uerò, à principijs rerum naturæ & elementis, ad magis, magisq; composita proceßit. quem etiam ordinem Auicennam in suo illo canone atq; canticis seruasse nemini nõ est exploratum: & item Auerroën in eo libro cui Colliget titulum fecit, ab hoc (fortasse) procedendi ordine (ut refert Manardus) ita inscripto. Ad hunc sanè modum Galenus Aristotelem imitatus, nec ipse quoque compositos morbos prius discernere se posse confidit, quàm simplicium naturam, potestatem, quibusq; ex causßis fiant, & doctè & dilucidè demonstrarit. quod in hoc priore libro sese effecturum hoc quasi præludio ingenuè est professus, inquiens, morbi se prius definitionem, abhinc simplicium naturam, denum compositorum traditurum. Sit itaq; hoc omne ueluti totius futuræ tractationis argumentum, ac procemium quasi quoddam, quo, & narrationis propositum, & uia quoque ipsa ac methodus qua rem sit edocturus, ueluti in tabulæ expressa miro quodam ordine describuntur.

In Comment. ad artem paruam Galeni.

CAPVT II.

INCIPIENDVM autem uidetur ab eo principio quod nemo nõ probat, nempe quòd quiuis homo sanum se esse arbitratur, quum partium corporis adminiculo munijs ad uitam necessarijs citra noxam fungi potest. At partem quæ munus suum obire nequit, ægrotam esse putat.

Cap. 14. lib. 14. methodi.

CVm in reliquis suis operibus (quæ ut multa sic & doctißima certè edidit) demonstratiua, quoad eius fieri maxime potuit Galenus methodo usus sit, probè edoctus eam quæ demonstrationis uiribus innititur doctrinam, certißimam atq; ad docendum efficacißimam esse, in hoc etiam ipso opere eandem ipsum sequi uiam, principium hoc (quo ueluti reliquorum omnium quæ de morbis dicentur fundamento utitur) planè demonstrat, cum ab certo quodam axiomate à nemine non probato, totam de morbis narrationem aggrediatur. Habent enim disciplinæ eæ omnes quæ demonstrationum uiribus nituntur, qualia mathemata sunt, ut ab uno quopiam ab omnibus asserto cognitoque principio, alijsque nonnullis dignitatibus (ut uocant) ac postulatis, tractationis suæ telam exordiantur, à simplicißimis quibusq; ad composita progressæ. sic geometer à puncto, linea, & superficie (simplicißimis eius disciplinæ principijs) ad solidorum molem magnitudinemque tum metiendam,

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 19 sur 428

©BIUM

tum agnoſcendam progreditur: ſic arithmeticus, ſic muſicus, ſic aſtronomus. Indeq; factum, ut ſolidam eorum omnium quæ tali Methodo traduntur peritiam, ſcientiamq; hauriamus: ob quod quæ id docent diſciplinæ meritò μαθήματα dici meruerunt. Non abs re igitur ab tali quopiam principio uniuerſam de morbis tractationem inchoare uelle Galenus eſt uiſus. Hoc porrò principium Axioma quid. *ἀξίωμα quoddam eſt, hoc eſt enunciatum ſeu dignitas ex ſe fidem faciens: nempe ut hæc, Totũ eſt maius ſua parte. in geometricis: item, Ex nihilo nihil gigni, in naturalibus, principia quædam ſunt, mox ex ſeſe cognita, nec ullum probationis genus admittentia: ita & hoc quoq; in medicina, quemuis ſe ſanum eſſe putare, cum partium corporis adminiculo munijs ad uitam neceſſarijs citra noxam fungi poteſt. Quin & hoc quoq; eiuſdem generis axioma eſt, partem quæ munus ſuum obire nequit, ægrotam eſſe: cum cuiq; non inſano mox exploratum ſit, eiuſmodi partem quæ munere ſuo fungi non poßit, uno aliquo morborum genere teneri (hoc ſiquidem eſt ægrotam eſſe) uti ſanam, ritè & citra offenſam munus ſuum obire poſſe. Inchoaturo itaq; Galeno demonſtratiuam de morbis methodum, ipſiuſq; morbi definitionem tradituro, rectiſſimè ab manifeſtiſſimis hiſce principijs inchoandum fuit. quibus aſſumptis, ad reliquum tractationis in hunc qui ſequitur modum progreditur.*

QVIBVS ſic iactis fundamentis, in altera duarum rerum ſanitas quærenda erit, aut in actionibus naturalibus, aut in conſtitutione inſtrumentorum quibus actio perficitur: unde colligitur morbum eſſe uel actionis uel conſtitutionis uitium. uerum quum quis uel dormit, uel in umbra & ocio degit, uel diſcumbit: accidit interdum ut nulla ipſius corporis pars moueatur, neq; ulla res externa ſenſus ipſius afficiat, ipſum tamen ſanum eſſe nemo negauerit. unde patet ſanitatem non ab actione, ſed à potentia potius eſſe definiendam. atqui agendi facultas à naturali conſtitutione dependet, atque in hac ſanitas conſiſtit, quæ actionis reſpectu, cauſſe rationẽ obtinet. Proinde ſiue omnium corporis partium naturalem conſtitutionem, ſiue actionis cauſſam, ſanitatem appellaueris: eadem erit utrobique ſermonis ratio, quòd ſi hæc ſanitas eſt: eius contrarium erit morbus, nempè uel conſtitutio præter naturam, uel uitiatæ functionis cauſſa. At manifeſtum eſt quòd ſi affectum non naturalem dixeris, eadem erit ſignificatio, & nomine uſus fueris antiquo.

Sanitas.

Morbus.

VOLENS *Galenus morbi naturam ea qua diximus methodo inuenire: ab illius inuentione exorditur quod morbo ipſi ex diametro eſt contrarium, id autem uel*

©BIUM

tem uel Aristotelis testimonio sanitatem esse abundè constat. ab huius igitur inuentione, suæ tractationis initium sumit, nempè quòd contrariorum eadem sit atq; similis disciplina: eorumq; uno cognito extemplo & reliquum cognoscatur, ut Aristoteli ipsi uisum est. Cum autem sanitas ipsa uel in actione, uel in habitu quodam perquirenda sit, in utro horum congruentius reponi possit, hoc loco sic demonstrat Galenus. Sed antequam argumenti eius uim explicem (quo in habitu, non in actione ipsam consistere docet) cognoscenda prius nonnulla censeo, sine quorum animaduersione nihil eorum quæ hic à Galeno traduntur, facilè explicari posse confido. ea porro sunt, quid actio, quid naturalis item actio, quid instrumentorum constitutio, quid demum actionum ipsarum perfectio ac uitium, nosse. quibus cognitis, haud difficulter quod à Galeno dicitur notum fiet. Actio igitur ipsa Galeno definitur, motus esse partium factiuus. hoc est, transmutatio quædam aut operatio qua quiduis efficitur. qui enim ab efficiente motus prodit (siue is alterationis, siue ad locum sit) is inquam actio dicitur. ut in exemplo, qui à facultate concoctrice in alimentum fit motus, is sanè facultatis illius actio dicitur. Naturalis uero actio ea ipsa est, quæ ui & impulsu facultatis nostrum corpus regentis nascitur. ea enim facultas in nobis, uel teste Galeno, natura dicitur. quæ igitur ab hac potentia actio prodit, siue ea uoluntatis imperium sequatur, seu contra, naturalis actio rectè, & ad Galeni mentem nuncupabitur. in quem sanè modum cæteræ cunctæ nostri corporis functiones, nempe uitales, naturales, & animales sub uno naturalium operationum nomine comprehendi iure optimo possunt. Instrumentorum uero constitutio, est organicarum partium (quæ & instrumentariæ dicuntur) natiua structura & conformatio, qua probè in actiones suas exeunt. qualis quæ oculi in cernèdo, auris in audiendo, crurum in ingressu, manuum in tactu. Instrumenta autem, eæ animalis partes à Galeno uocantur, quæ perfectam edere actionem ipsæ possunt, ut oculus uisionem, lingua loquelam. Actionum porro perfectio, est earum in suo quæq; genere integritas: uitium, earundem in suo genere ab integritate lapsus atq; defectio. Visionem nempè (ut exemplo deducam) tum perfectam iure optimo dicimus, cum sincera, pura, exactaq; fuerit, hoc est, in multum uel remota uel minima potens: uitiatam uero, cum ab ijs deficit, quam & ipsam turbatam, hebetem, impuram, imbecillamq; nominamus. Quot modis autem functionum quamlibet uitiari contingat, non est huius loci, quum de hoc latius in sequentibus libris. Ex prædictis uero qualis sit ratiocinatio hoc loco Galeni colligere licet: est autem huiusmodi: Sanitas (inquit Gal.) uel in actionibus naturalibus est quærenda: aut in constitutione instrumentorum quibus actio perficitur: non in priore illo, igitur in hoc postremo. Equidem sanitatem non in actione consistere ex hoc uno deprehendas: quòd ab omni penè actione, quæ partium corporis adminiculo fieri dicitur, absolutos, sanos tamen nihilo secius nos esse contingat. quippè uel decumbentibus nobis, & altum dormientibus, uel in umbra & ocio degentibus, uel nihil omnino agentibus, integra tamen dicimur sanitate frui: actionibusq; obeundis planè sufficere. quod certe fieri non posset, si in ipsa naturali actione sanitas consisteret.

In prædicamentis.

Aristot. 3. Metaph. cap. 1.

Actio quid. 1 de locis affectis: & item 1. de fa. na. & 3. de morb.

Naturalis actio quid. 5. de Sympto. cau. & 3. de tępe.

Quo pacto actiones omnes naturales dici possint.

Instrumentorum constitutio.

1. Meth. me.

Actionum perfectio.

Argumentum à sufficienti partium enumeratione.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 21 sur 428

Sanitatis definitio ex 1. metho. me.

Secundum naturam se habere partes quid.

Morbus quid.

Reliquum est igitur, ut in constitutione multo congruentius reponatur atq; ab hac ipsa seu potentia seu constitutione (nihil enim refert utcunq; uocare uelis) sit sanitas definienda. Itaq; erit nihil aliud certè sanitas, quàm omnium nostri corporis partium naturalis quædam constitutio, cuius ope functiones secundum naturam edimus. quum enim quæ in nobis partes sunt, secundum naturam se habent: is sane habitus, sanitas hoc loco à Galeno uocatur. Secundum naturam uero tum sese partes habere dicuntur, cum natiuam earum temperiem, situm, formam, consociationemq; quam ab initio habuerunt aut illi simulem seruant, tumq; munijs proprijs obeundis maximè idoneæ & sunt & habentur. Hæc uero ipsa constitutio, quæ sanitas nuncupatur, quum in naturali quodam (ut mox dictum est) habitu consistat: is uero actionis caussa sit: fit itidem necessariò, ut sanitas quoque ipsa naturalium actionum efficiens sit caussa. Sanitatis igitur exacta ratione habita, facilimum est & morbi rationem naturamq; inuenire. quippè quum sit sanitas, seu actionis perfectæ caussa: siue naturalis partium constitutio, erit utiq; morbus, uel actionis uiciatæ caussa: uel partium ipsarum præter naturam constitutio: per omnia nempè morbus ex diametro sanitati opponitur. quare erunt amborum contrariæ rationes, contrariæq; naturæ, si modo prius utrunque sub eodem habitus uel caussæ genere collocauerimus.

IGITVR si quot modis corpora à naturali habitu recedant, naturalesq; actiones perficere nequeãt, inueneris, simpliciũ morborum numerum in uniuersum deprehendes. Adducamus itaq; hoc quoq; in loco solidum principium, quod apud omneis homines in confesso est: nempè id quod naturale est, moderatum esse: quod uerò à naturali habitu recedit immoderatum, Proinde sanitas symmetria quædam erit: Morbus uero a iusto modo declinatio. Sed quibus recedentibus morbus nascatur, posthac differemus.

Aegrotatio quid.

MORBI *definitione, ad morborum simplicium inuentionem Galenus propositò & seruato ab se ordine progreditur, & hic quoq; rursus ab axiomate quodam totius negocij sumpto initio, uiam indicans qua simplicium morborum numerum in uniuersum deprehendamus. Ea porro est si uarium ac multiplicem à naturali habitu recedendi modum cognouerimus: quot enim modis ab eo declinare contingit, tot sane modis ægrotare necesse est. Quum sit ægrotatio nihil penè aliud, quàm corporis à iusto modo declinatio. Cognoscendi uero methodum ab hoc principio sumit, nempè, id quod naturale est moderatum esse: quod à naturali habitu recedit, immoderatum. Enunciatum est hoc quidem indemonstrabile, ac cuiuis (qui modo mentis sit compos) dicto citius manifestium. quod & ipsa quoq; rei natura indicat. Nam naturale quidpiam ob id certè dicimus, quòd contemperatum sit ac commoderatum: uti, quod excessum unum ali*

Naturale quid dicatur.

©BIUM

unum aliquem admittit, non naturale. repugnare nanq; uel ex ipſa rerum natura uidetur, ut quidpiam immoderatum ſit, idem quoq; & naturale. nam quantum quidus exceſſus & immoderationis admiſit: tantum à naturali modo recedere eſt neceſſe. Moderatio uero hæc, qua id quod naturale eſt moderatum dicitur, nihil planè eſt aliud quàm iuſta quædam corporis & conueniens habitudo, qua ipſum tum bene ualet, tum functionibus citra offenſam obeundis eſt maximè idoneum. Quam quidem & ipſam temperamẽtum rectè dicere poſſis, in quo maxime ſimilarium partium ſanitatem conſiſtere uolunt, inquiente Galeno, Similarium partium ſanitatem in calidi, frigidi, humidi, & ſicci ſymmetria conſiſtere. Hoc enim in nobis temperamentum, quod cuique aliud atq; aliud pro ſuæ naturæ modo datum eſt, quandiu integrum, conſtans, nec ullo lapſus præter naturam genere uiciatum manet: tandiu certè bona ualetudine fruimur, ac munijs obeundis ſufficimus: ubi uero labi declinareq; cœperit, contrà omnino euenit. Vnde aptiſſimè inferre Galenus uidetur, ſanitatem ſymmetriam quandam eſſe: morbum uero à iuſto modo declinationem.

Moderatio quid.

Primo de Sanit. tuen. & hoc ipſo li. de morb. differ.

IAM manifeſtum eſt in eiſdem rebus, quum à iuſto modo recedunt, morbum conſiſtere, in quibus quum modum ſeruant ſanitas conſtituitur. Proinde ſi meatuum ſymmetria ſanitas eſt, eorundem à iuſto modo declinatio morbus erit. Si uero calidi & frigidi & humidi & ſicci temperies, ſanitas eſt: ipſius contrarium morbum eſſe neceſſe eſt. haud aliter ſi in alio quopiam genere ſanitas conſiſtit, in eodem, ſi à modo deflectat, morbus erit.

MONSTRATO *quid ſanitas, quid morbus ſit: & quanam methodo morborum ſimplicium numerum in uniuerſum inuenias: In quibus modo quum ſanitas ipſa, tum morbus conſiſtat: quæue ſit utriusq; materia atq; ſubiectum, dilucidè docet Gal. inquiens, Quibus in rebus quum modum ſeruant ſanitas conſtituitur, in eiſdem planè ipſis à iuſto tamen modo diſſidentibus, & morbum conſiſtere. quod totum à natura contrariorum ſumptum eſſe nemo doctus ambigit, quippe quam contraria apud philoſophorum ſummum ſemper ſub eodem genere ſita ſint: neceſſum eſt ut quo in genere eorum alterum reponitur, in eodem ipſo & alterum reponatur. quo fit ut quibus in rebus unum eorum certa lege conſtitutum inuenias: in eiſdem & oppoſitum. Album & nigrum contraria cum ſint, ubi unum conſtituas ibi & alterum (utraq; enim in colore) atq; album cum color ſit uiſum diſſipans, erit utiq; nigrum color congregans uniensq; uiſum. ſic leue & graue, magnum & paruum, & quæcunq; contrariorum ſubeunt legem. In quorum albo quum ſanitas & morbus perpetuò ſita ſint: fit omnino ut eadem qua reliqua ſui ordinis ſint prædita facultate. Quod exemplo planiſſimè mox oſtendit atq; confirmat, concluſione quadam particulari ex priore illa uniuerſali orta (ubi unum contrariorum inue-*

nias ibi

nias ibi & reliquum, nempè ſi meatuum ſymmetria ſanitas eſt, eorundem à iuſto modo declinatio morbus erit: ſic ſi in qualitatum temperie aut exceſſu utrunq; ſtatuas, neceſſarium hoc quidem, ut ſi in meatuum genere ſanitatem reponas (Aſclepiadem Democritumq; ſequutus) ſiue in qualitatum elementarium ſymmetria, ut peritiſſimi quiq; tum philoſophi, tum medici ſenſere, in eodem & morbum conſtituas, ſi à iuſto modo declinauerint. In meatibus uero ipſis, Democritus & ſuæ ſectæ homines, ſanitatem poſuêre, quum ij quam à natura ſuſceperunt conſtitutionem deintegro ſeruant: qui ſi paulum ab hac deflectant (laxiores utiq; arctioresue redditi) prorſus morbum faciunt. Tum q; in ijs ægrotatio reponenda. Meatus porro ipſi nihil aliud certe ſunt, quàm tenuiores ac patentiores quædam corporis noſtri partes per uniuerſum diffuſæ, totius diffiationi ac perſpiratui ſeruientes, quibus in uiſcera liberior admittitur ſpiritus. In quibus ſanitatem conſiſtere, hoc indicio priſci illi adducti ſunt, quòd hiſce impeditis, aut alioqui ſtipatis, ſeu ab frigore admiſſo, ſeu ab adſtringente quopiam medicamento, ſeu à ſiccitate nimia, ſeu ab infarctu multorum craſſorumq; humorum, protinus laborare corpus maleq; affici cernebant, reſeratis illis ſanari. horum autem ſenſa refellere non eſt huius loci.

Meatus quid.

Meatus à quibus impediantur.

CAETERVM efficaciori ratione rem contemplemur. Si detur corpus quàm ſimpliciſsimum atq; unum, ipſum neq; intendi nec minui poterit: neq; in hoc genere alterum altero melius, deteriusue inuenietur. at uero quia ex compluribus conſtitutum eſt, plurimi in ipſo compoſitionis modi, alij alijs meliores peioresue conſpiciuntur: atq; hinc colligitur, ut eadem compoſita interim meliorem, interim deteriorem ſortiantur conditionem. & id quod optime conſtitutum ſit, inter illa quæ ad eiuſmodi genus ſpectant, optimum quoque euadat. unde patet animantium corpora (ut aiunt) maioris minoriſq; rationem ſuſcipere. quippe tanta inuenitur in ipſis uarietas, ut alia optimo ſint habitu, alia ſimpliciter quidem bono, ſed non optimo: quædam quamuis ſint ſana, bono tamen habitu priuata ſunt. ita quædam ſunt parum firma, quædam etiamnum ægrotant. Ac horum ægrotatio interim leuis eſt, interim periculum minatur: idq; nonnunquam uehemens, nonnunquam mediocre. Neq; enim omnia corpora, ſiue ſana ſint ſiue ægra, æqualiter affici credendum eſt. unde patet animantis corpus non eſſe unum, quêadmodum Epicuri atomus, aut Aſclepiadis incompacta corpuſcula: quamobrem compoſitum erit. Quod ſi ex atomis aut ex huiuſmodi incompactis corpuſculis

©BIUM

pulculis quæ pati non possunt, constaret: compositionis duntaxat qualitate maioris minorisq; rationem susciperet: ueluti domus quæ ex lapidibus, qui nihil patiantur, constructa sit: eorum tamen inepta sit compositio. Quòd si lapides ipsi quomodolibet patiantur, tum domus hæc multiformes habebit in maioris, minoris ue susceptione modos.

IN QVO genere sint quam sanitas, tum morbus reponenda apud utriusque sectæ autores, in ijsdemq; rebus utrunque consistere, efficaciori ratione ostendere Galenus nititur, adductus in id utriusque sectæ hypothesibus. Sed rationi huic suæ fundamentum quoddam præmittit, unde robur illi consiet, nempe hoc: Si detur corpus quam simplicissimum, atque unum, ipsum neq; intendi, nec minui posse, neque eo in genere alterum altero melius, deterius ue inueniri: quod quidem dictum hic ex Hippocratis libro de hominis natura mutuasse Galenum apertissimè constat, cuius eo loco hæc sunt uerba: Si homo, inquit, una quapiam re constaret, bile, pituita, sanguine, aut alio quopiam uno, uti plerisque medicorum uisum est, nullo unquam morbi genere afficeretur: neque enim esset, unde doleret, cum unum tantummodo foret. Quod & ipsum totum hac parte Galenus in suam sententiam adfert, Si simplicissimum, inquam, & maxime unum corpus detur, nullius sanè nec actionis, nec passionis esse capax posse, ac proinde nec intendi ipsum, nec minui: hoc enim ad actionem omnem requiri philosophi omnes asserunt: ut sit modò quod agat, item & in quod agatur, quod & ipsum actionis materiam subiectumq; nominant. Fieri autem nequit, ut cui horum alterum desit (uti simplicissimo deest) ut ipsum inquam, uel agere possit quicquam (quum in quod agat non habet) uel pati possit: quum à quo patiatur, nihil item habeat. Verissimum igitur erit, simplicissimum corpus nec intendi, nec minui posse. Cùm autem humanum corpus ex pluribus inter se plurimum dissidentibus constet, nempè spiritu, sanguine, humoribus, membris, quum similaribus & omiomeris, tum instrumentarijs & organicis, fit omnino, ut in ipso compositionis modi alij alijs meliores, deteriores ue fiant, ut in quoque contingit, prima uocata elementa melius, deterius ue misceri, ualidiora que quemq; habere generationis suæ principia. Itaque erunt alia optimo habitu, quæ ab ipso naturæ ortu optimam in simplicibus & primis particulis temperaturam, & commoderationem in instrumentarijs habent: alia simpliciter quidem bono, at non optimo: qualia quæ ut multum salubria à Galeno dicuntur: salubrem alia sibi habitum, à bono tamen dissidentem, nacta sunt, quæ ut nunc talia & parum firma iure uocari solent. Eandem rursus in ijs, quæ ægrotant, corporibus differentiam est inuenire, quum alij leuius, ægrius nonnulli, uehementer multi, & cum uitæ discrimine laborent, ut in quibus magna quæpiam affectio unum aliquod princeps membrum ualidè occupauit. Ex quibus dilucidè constat, omnia quidem corpora siue sana sint, siue ægra, non uno nec simplici affici modo: ac proinde animantis corpus unum non esse, quale Epi-

Ad actionē requisita.

Humani corporis compositio.

Gal. in arte medicinali.

Qui uehementer ægrotent.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 25 sur 428

©BIUM

curus ſibi finxit, nempè atomum, nec ut Aſclepiades, incompacta corpuſcula, quæ & ipſa cùm impatibilia ſint, & noxæ, offenſionisq; expertia, corpus uerò mille morborum generibus obnoxium, fieri nequit, ut unum aliquod iſtorũ ſit, quod etſi, eſſet maioris tamen minoris ue rationem ſuſciperet, æquè atque domus ex lapidibus temere congeſtis conſtructa, quanquam inepta ſit huiuſmodi compoſitio.

IGITVR quum corpora noſtra à primo ortu, ac ſuapte natura & pati, & alterari poſsint: non ſolùm in compoſitione, & partium cõformatione, uerùm etiam per ſe tota maioris, minorisq; rationem ſuſcipient: proinde tot morborum generibus, ijsq; primis, ac ſimplicibus, & ueluti reliquorum elementis, infeſtabuntur, quot fuerint ea, quæ compoſitionem ipſam perficiunt. Verum quod per hæc uerba, Per ſe tota alterari, intelligimus, id elementis impatibilibus nequaquam accidere poteſt. quippè fieri non poteſt, ut inſectile corpus (Græci atomum uocant) quicquam patiatur, quamuis ipſius ſeu compoſitionem, ſeu conformationem pati poſſe, non ſit alienum.

VARIIS morborum generibus corripi humanum corpus, ex compoſitionis & conformationis ſuæ modo liquidò conſtat. Nam cùm uaria ſit, ac multiplex noſtri corporis partium coalitio, & ſtructura, eaq; parum firma, ſit, ut pro huius multiplici lapſu & à iuſto modo declinatione, uaria item naſcantur morborum genera: ac proindè tot lapſuum generibus, ijsq; primis, ac ſimplicibus affici humana corpora ſit neceſſe, quot fuerint ea quæ compoſitionem ipſam perficiunt. Quam uerò quæ in nobis eſt partium conformatio, uel ab ipſo protinus ortu à cauſſa quapiam, ſeu externa, ſeu interna, uitiari poſsit (ut beliſsime in De tuenda ſanitate libris docet Galenus) conſequens eſt, ut ſuapte natura & pati, & alterari ſint apta corpora noſtra. Quam noſtram infelicitatem Plinius miſeratus, Optimum ait homini eſſe non naſci, aut quam ocyſsimè aboleri. cùm (ut idem inquit) friuola ſit & fluxa animalium ſuperbiſsimi (hoc eſt hominis) origo. Non ſolùm uerò in partium conformatione labi poſsunt, & alterari corpora humana, ſed & ipſa etiam per ſe tota (alijs nimirum partibus in alias influxu quopiam contrario agentibus) male affici: ut ſi cui parum ſit firma decens, compagoq; partium uiciata, ad hæc quæ in membris natiua ſubeſt temperies non ſecum concors ſit, ut immodica ſcilicet cordis uel hepatis intemperies, reliquorum membrorum temperamentum uitiet: in huius quidem coagmentationis corpore, non ſolum erit in conformatione, ſed & in primis particulis uitium, quòd per ſe tota hoc pacto contingat corpora alterari. Per quæ nimirum uerba, Per ſe tota, eos conuellere uidetur Galenus, qui ex atomis & inſectilibus corpuſculis animantis corpus conſtare dixerunt. Quum enim per ſe tota

Per ſe tota male affici corpora.

©BIUM

tota contingat corpora alterari, id autem insectilibus corpusculis (ut mox probatum est) accidere minime possit (nempè impatibilibus) necessarium fit omnino ex ijs humanum corpus constare non posse.

CAPVT III.

ATQVI corpus animantis trifariam componitur, siue conformatur: in primis ex ijs partibus, quæ similares appellantur, ut sunt arteriæ, uenæ, nerui, ossa, cartilagines, ligamenta, membranæ, carnes: Deinde ex instrumentis, nempè cerebro, corde, pulmone, iocinore, uentre, liene, oculis & renibus: Tertius compositionis modus ad totum corpus pertinet: Porrò singula instrumenta ex alijs, quæ sensus iudicio simplicia uidentur, sunt constituta. hæc uerò ex primis constant elementis. Igitur caro quatenus caro est, à primis elementis obtinet suæ compositionis differentias. At quatenus instrumenti cuiuspiam pars est: pro sui tum figmento, tum magnitudine, efficit ut instrumentum quoque & figmenti & magnitudinis uarias differentias sortiatur.

VT tandem uarias ægrotationis differentias, quænam, & quot sint, ostendere commodè possit Galenus, multiplicem prius humani corporis compositionem recenset: ut nimirum à qua (cum iustum ipsa modum non seruauerit) multa hominì mala eueniant, quod paulò post fiet manifestum. Corpus igitur nostrum trifariam componi & conformari, ipse constructionis in eo modus indicat. Constat enim in primis ex ijs partibus, quas similares uocant, uti sunt arteriæ, uenæ, nerui, ossa, &c. quæ prima est homunis compositio: Altera ex instrumentis est, nempe ijs, quæ ex simplicibus illis constant, corde, liene, cerebro, uentre, & eius generis. Ad totum corpus, postremum compositionis genus pertinet: est enim simplicium simul & instrumentariarum partium congrua & apta coalitio & coagmentatio, qua totum corpus munijs obeundis idoneum est.

Verum paulò nobis penitius tota huius loci series expendenda est: siquidem non satis dilucida uidetur hoc dictionis ordine Galeni mens: quam ego sic explicatiorem fieri posse puto, ut dicatur, tres esse compositionis corporis modos. Constat enim primò ijs partibus, quæ simplices & similares dicuntur, quæ & ipsæ ex primis illis elementis, unde omnia constant, calido, frigido, humido, ac sicco compositæ sunt: atq; hic unus est compositionis corporis modus, nempe similarium partium ex elementis. Alter organicarum seu instrumentariarum partium ex simplicibus. nam uti eæ ex elementis, sic illæ ex simplicibus coalitæ sunt. Postremus autem modus, ad totum corpus pertinet, quod uniuersum ex instrumentis constat capite, corde, pulmone, iocinore, alijsq; eius generis membris: quam ego germanam Galeni fuisse mentem iure existimo: etsi

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 27 sur 428

©BIUM

quæ prius à nobis hoc commentario dicta ſunt, ueriſſima ſint, haud æquè tamen ad Galeni mentẽ accedere, quàm quæ proximè poſita ſunt arbitramur. Aequus tamen lector ſenſa hæc noſtra pro ſui iudicij arbitrio æſtimabit: nam & ipſa Græca lectio, & uetus interpres hoc ipſum apertiſſime ſonare uidentur. Vt autem Galeni ſenſa hoc loco commodè explicare poſſimus, hoc nobis animaduertendum eſt, ex ſemine & ſanguine menſtruo in nobis (primis utique ac præcipuis totius ſtructuræ elementis) duo gigni membrorum genera, alterum à ſemine, quod totum illius naturam ſapit, & ab hoc ipſo uenæ, arteriæ, nerui, tendones, oſſa, cartilagines, membranæ, ſolida omnia, denſa, ac ſemel diſſecta non per ſe, nec facilè ſanationem admittentia. Ex altero, caro ipſa ſola, quæ tamen & ipſa ex ſanguine genita multiformes in ſe recipit ſpecies: ut alia confuſa, qualis quæ adenarum, mammillarum ac teſtium: pura alia, ut gingiuarum & muſculorum: mollior aliqua & ſpongiuſa, ut pulmonis: prædura alia ut cordis. Itaque quæ ex ſemine gignuntur, ſimulares, eædem & ſimplices, & Græce ὁμοιομερῆ, hoc eſt, unius rationis, dicuntur, quòd in partes alterius naturæ & rationis diuidi non poſſint. quales quæ hîc à Galeno connumerantur, arteriæ, uenæ, nerui, & reliqua eius generis, quorum una eſt tum natura, tum ratio: quòd ſimplices ſint, nec diuerſitatem in ſe ullam rationis admittant: quòd quamcunque cuiuſuis horum ſumpſeris partem, hæc toti & natura & ratione communicat: quælibet enim nerui pars, neruus eſt: quælibet oſſis, os. Quanquam hîc Galenus coordinatione hac ſua ſcrupum nobis non minimum iniecisſe uidetur, qui arterias & uenas inter ſimplicia & ſimularia membra repoſuerit, quum idem ipſe liber De inæquali intemperie, uenas & arterias à ſimplicium coordinatione membrorum ſummoueat: cuius eo loco hæc ſunt uerba: Digitorum, inquit, particulæ, ſunt oſſa, cartilago, ligamentum, arteria, uena, membrana, caro, tendo, unguis, cutis, adeps: has autem diuiſiſſe in aliam ſpeciem non eſt, ſed ſunt ſimulares, ac primæ: exceptis tamen arterijs & uenis, eæ nanque ex fibris & membranis ſunt conditæ. Ex quibus utique uerbis liquidò conſtat, inter ſimulares partes Galenum uenas & arterias non numerare uoluiſſe: cuius hîc contrarium aſſerit, ipſas inter ſimulares connumerans. At paulo propius rem inſpectanti fit manifeſtum, non uno ſimpliciter modo utrobique Galenum loquutum: nam hîc inter ſimulares partes arterias & uenas ſtatuens, ad ſenſum magis, quàm ad rei naturam ſpectaſſe uidetur: quòd & ipſum mox, ſeſe explicans, planius oſtendit, inquiens, Singula porro inſtrumenta ex alijs, quæ ſenſus iudicio ſimplicia uidentur, ſunt conſtituta. Et paulò poſt capite quarto: Itaque, ait, ſi uel oſſium aliquod, uel caro, uel reliquorum corporum, quæ ſenſus iudicio ſimplicia eſſe uidentur, &c. per quæ Galenus nonnulla membrorum talia eſſe, ut uideantur ad ſenſum ſimplicia (& ſi reuera non ſint) apertiſſimè uelle eſt uiſus. quum ſenſus iudicio (ut eſt ipſum craſſum, nec omnifariam exactum) ſimplices eæ partes appareant, quarum tamen ſi propius, & altiori indagine naturam perquiras, ex diſſimilibus coalitas eſſe inuenies: quod adducto

Gal. 1. de San. tu. & 1. de ſem.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 28 sur 428

adducto loco uoluiſſe Galenum nemini dubium eſſe debet: cùm idem manifeſtius idipſum etiam hoc ipſo libro confirmet, inquiens: Etenim ex primorum inſtrumentorum numero ſunt, muſculus, uena, arteria, quum hæc immediatius ex primis ſimplicibuſq; uocatis partibus coaleſcant: atq; per hæc Galeni ſcrupum dilui, ipſumq; Galenum à repugnantia uindicari poſſe plane crediderim. Nec illi uitio uerti debet, quòd non idem de eadem re uarijs in locis & ſenſerit, & ſcripſerit: nam hoc grauiſſimorum quorumque autorum peculiare eſſe ſolet, ut pro uario ſcopo, quem ſibi in re quapiam propoſuere, uaria itidem ſcribant: in libro enim De inæquali intemperie, dum à ſimplicium coordinatione uenas & arterias ſummouet, exactam rei naturam, ueramq; eorum membrorum eſſentiam eſt meditatus: hic, ſenſus indicium. Scio ego Hippocratem alicubi rationem ſequutum, diuerſa de re eadem pronuntiaſſe, dum uno loco rationi innixus, contrarium adſtruat ei, quod per experientiam poſtea obſeruauit. Mentiar, ni locum apertiſſimum ex eo citem. Locus eſt in primo de Popularibus morbis, hiſtoriam recenſens eius quæ in Acte decumbebat mulieris, quam cùm trimeſtri fœtu grauidâ eſſet, ignis corripuit (ſic enim febrem appellare ſolet) non febris autem modò, ſed & peßima uerendaq; ſymptomata inerant, conuulſio, ſopor, delirium, uigiliæ, præcordiorum dolores, & cætera huius generis. Hanc tamen liberatam eſſe ſcribit, quòd, ut in eius partis commentario adfert Galenus, trimeſtres & quadrimeſtres fœtus iniurijs tollerandis omnium maximè ſint appoſiti, aptiq;: cùm tamen in Aphoriſmis ſcriptum ſit ab eodem Hippocrate, non tertium geſtationis menſem, ſed quartum, quintum, & ſextum tolerandis prægnantium incommodis aptiores eſſe: cuius cauſſa in ijs menſibus conſtitutas utero gerentes (ſi ita fieri expediat) purgare audet. Vnde liquidò conſtat, non eandem de tertio geſtationis menſe in Aphoriſmis, & in libro de Popularibus morbis Hippocratem ſententiam protuliſſe, neque item illius interpretem Galenum, quum in Epidemijs trimeſtre, & quadrimeſtre tempus reliquis geſtationis temporibus prætulerint: in Aphoriſmis autem, nulla trimeſtris facta mentione, reliquos, qui ſequuntur, ad ſeptimum uſq; magis commendent. quòd in altero obſeruationem & experimentum, nempe in Epidemijs, in altero rationis iudicium ſunt ſequuti. Quam rem cùm fuſiſſimè Ioannes Manardus uir in re medica nunquam ſatis laudatus, nec unquam ſine multa honoris præfatione nominandus, in ſuis medicinalibus epiſtolis pertractarit, non eſt quòd longius perſequamur. Itaq; ut in id redeat, unde digreſſa eſt oratio, prima hominis compoſitio ex ſimilaribus partibus eſt, ſecunda ex inſtrumentis, quæ & ipſa membra Galeno uocantur, quæ actionem edere perfectam poſſunt, qualia quæ hic adnumerantur, quorum quodlibet peculiarem ex ſe ac perfectam edere actionem poteſt. Tertius compoſitionis modus, ad totum pertinens corpus, coagmentatio quædam eſt, & congrua coalitio ſimilarium cum organicis inſtrumentarijſq; partibus. Ex hac autem multiplici corporis compoſitione palam poſtea fiet, quot ſint prima & ſimpliciſſima morborum genera: quò ſanè ſpectare uidentur, quæcunq; in hanc rem hactenus à Galeno prodita ſunt. Recte autem inſtrumenta ſingula ex alijs, quæ ſenſus indicio ſim-

4. lib. textu primo.

Ioannes Manardus. Lib. 15. Epiſtola prima.

1. Methodi me.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 29 sur 428

plicia uidentur, constituta esse ait: quòd talia, cuiusmodi sunt oculus, cor, uenter, cerebrum & eius generis, ex uenis, arterijs, carne, neruisq; sint composita. At constat horum plurima non uerè simplicia, sed sensus tantùm iudicio talia esse, ut paulo antè à nobis monstratum. Quamobrem appositissimè ea ipsa simplicia uideri (quod totum ad fallax iudicium sensus referendum existimo) potius, quàm reuera esse, Galenus prodidit. Hæc autem simplicia membra prima sunt, ac præcipua in nobis elementa, ita tradente Galeno: quæ & ipsa tamen ex primis illis, unde omnia constant, calido, frigido, humido, & sicco, cõstituuntur. Itaq; de carne (subdit Galenus) quatenus caro est, hoc est, uti ex primis illis cõstat simplicissimisq; corporibus, ab ijs obtinet suæ compositionis differẽtias, ut alia mollior, durior alia sit, neruosior aliqua, & plusculum coacta, rarior alia, & laxior, minusq; dura: quæ illi differentiæ ex uaria elementorum in ea cõmixtione accedunt. At quatenus instrumenti cuiuspiam pars est, tum sanè pro sui figmento & magnitudine varias creat in instrumento differentias: ut quod carne ampliori redundat, carnosum: cui deficit, excarne rite dici posit, ac membranosum.

Lib. 1. de Elementis. ad principium.

CAPVT IIII.

PRINCIPIO itaque prioris sectæ placita tractantes, quot numero morbi, & quales sint inquiramus: deinde ad eam sectam redituri, quæ corpora per totam substãtiam alterari, & transmutari fatetur. Sunt autem morborum prima genera duo: unum patentibus latè meatibus, alterum cum clauduntur. Qui enim elementa impatibilia statuerunt, ij in sola compositione pathemata inuenient. Atqui compositionis differentiæ omnes iam dictæ sunt: igitur necesse est quamlibet similarium partium rectè ualere, si meatuum symmetriam seruauerit: hac enim corrupta, à naturali habitu deflectit. Symmetria duabus discriminatur differentijs, nempè excessu & defectu. unde colligitur, simplicium partium primos morbos duobus constare generibus: altero quo patent meatus, altero quo clauduntur. Itaque si uel ossium aliquod, uel caro, uel reliquorum corporum (quæ sensus iudicio simplicia esse uidentur) aliqua, adeo fuerint uel astricta, uel rara, ut à mediocritate aberrent, ea malè affecta esse pronunciabimus. Quum uerò inter utrumque excessum medium obtinent, tunc ut ad functiones sunt accommodatissima, ita optima ualetudine frui dicentur. Atqui exiguæ utrinq; ab exacta symmetria declinationes haudquaquam morborum nomine censentur, donec functioni cuipiam noxam, quæ sen-

Morborum prima genera secundum priorem sectam.

©BIUM

©BIUM

ſu percipiatur, inferant. Sed in ijs non parua maioris minoriſq; ratio habenda eſt. Quippè ametria, id eſt à iuſto modo declinatio, quæ morbi nomine cenſeri queat, magno diſtat interuallo ab ea, quæ ad unguem ſalubris eſt ſymmetria. atque in hoc ſpatio conſiſtunt ſanorum differentiæ. At in eo quod ipſum ſequitur, quod ad eam, quæ ſenſu percipi poteſt, pertinet, morbi collocantur, donec adeò à iuſto modo fuerit aberratum, ut particulæ ſequatur corruptio. Neque enim animantium corpora quomodolibet uel aſtringi, uel laxari ſuapte natura poſsint: habent enim in hac re terminum, ultra quem progredi citra diſſolutionem, corruptionemq; nequeant. Atq; hæc eſt eorum, qui elementa nihil poſſe arbitrantur, ſententia.

SVNT *qui caput hoc quartum ab ea parte inchoent, Sunt autem morborum genera duo. Mihi ab ea potius parte, Principio itaque &c. inchoandum eſſe uiſum eſt, quòd epilogum ea pars quaſi quendam & argumentum totius futuræ tractationis contineat. Igitur ſecundum utriuſq; ſectæ placita morborum numerum & differentias uenari contendit Galenus, præmiſſis iam nonnullis ad eam rem pertinentibus, qualia quæ De corporis compoſitione, De inſtrumentorum ex ſimplicibus ſtructura, De hominum tum ſanorum tum ægrorum multiplici differentia: quæ ſanè omnia eo ſpectare uidentur, ut demonſtratione quaſi quadam morborum numerum inueniat. quod mox ex utriuſque ſectæ hypotheſibus eſt aggreſſurus, eorum in primis placita tractans, qui in inſectilibus corpuſculis hominis compoſitionem ponebant, uti Aſclepiades, &* Epicurus. ad quorum mentem duo ſtatuit Galenus morborum genera, nempe exceſſum, & defectum: nam aut patentibus latè meatibus, aut præter modum clauſis, hominem contingit malè affici, ſi in horum ſymmetria ſanitatem reponas. ijs nempè uel iuſto plus reſeratis, uel certè occaſione aliqua ſtipatis, fit corporum à iuſto modo declinatio, atque ſubinde ægrotatio. Obductionis uerò meatuum & ſtipationis eæ à Galeno cauſſæ traduntur: Immodica ſcilicet corporis denſitas, facta à frigore conniuentia quaſi quædam, & adſtrictio: à craſſis denique, glutinoſis uel multis ſuccis obſtructio. Vnde & meatuum immodicè patentium cauſſæ per oppoſitum haberi facilè poſſunt: nimirum multa corporis uel ab ipſo protinus ortu, uel à tempore acquiſita raritas, meatuum ipſorum à calore laxitas & reſeratio, ſuccorum denique uel penuria uel tenuitas. Hîc uerò per meatus, non tam externos illos, qui per cutem paſſim ſternuntur, quàm etiam inter nos & uaſa metipſa, nempè uenas, arterias, utranq; ueſicam & inteſtina, intellexiſſe Galenum crediderim: ut quibus à iuſto modo declinantibus malè affici corpus contingat. Verùm qui conſtructionis noſtræ elementa impatibilia poſuêre, in ſola compoſitione morbos in*

al's Democritus

bos inueniant oportet, quòd insectilia illa corpuscula alterationis minimè sint capacia: quod enim diuisionem in se non recipit, idem nec alterationem suscipere potest: cùm alteratio, ut peritissimus Philosophus uisum est, secundum qualitatem mutatio sit: quod autem insectile est, mutari non potest, quare nec alterari. itaque in sola constructione eius sectæ homines pathemata reponere est necesse. πάθος autem siue πάθημα motus est circa materiam ab efficiente procedens: sic infra Galenus lib. 3. uti in exemplo, si à caussa calida immodicus calor in corpore concitetur, is sanè motus quo corpori calor imprimatur, pathema, seu pathos rectè uocatur. tum autem παθήματα in nobis oriri est necesse, cum à iusto modo fuerit declinatum. Ac proindè quæ inter utrunq; excessum, nempè adstrictionis meatuum, & raritatis, medium obtinent locum, tum functionibus obeundis aptissima esse, tum optima sanitate frui dicentur. quòd mediocritas ad quiduis obeundum aptissima & commodissima semper sit habita, nimirum naturæ amica, & familiaris. Quod ijs uerbis nos bellissimè Hippocrates docuit: Labor, inquit, cibus, potus, uenus, omnia mediocria sunto. Itaq; quæcunq; hanc nacta sunt, optimo esse temperamento dicentur: ut abunde in arte parua, atq; De sanitate tuenda libris monstratur. Quæ parum autem ab exacta illa symmetria distant, si modò noxam non inferant sensui manifestam, ea sanè ad morbos referenda non sunt, quas & ipsas à iusto modo declinationes, uulgus & imperiti homines, si exiguæ sint, imbecillitates uocare solent: quod tum contingit, cùm pars quæpiam proprijs actionibus obeundis est parum apta. In ijs autem (quod ait Galenus) plurima est maioris minorisq; habenda ratio, cùm nonnullæ à iusto modo declinationes propius ad commoderationem & symmetriam accedant, ut quæ exiguæ sunt: longius aliæ recedant, ut quæ iam in ægrotationem desierunt, ac proindè rectissimè id sequi uidetur, quod proximè à Galeno subiungitur, eam ἀμετρίαν, quæ morbi nomine censetur, hoc est quæ functionibus apertè incommodat, magno distare interuallo ab ea, quæ ad unguem salubris est εὐμετρία: in hoc autem spatio sanorum omnium consistere differentias. Quæ hac parte concisè dicuntur, latissimè in Arte parua explicantur, sed nos elucidationis maioris caussa nonnulla afferamus, idq; in primis, Operationum læsione uel integritate hæc abinuicem corpora diduci, atq; discerni, inquiente Galeno, Terminum utriusq; discretiuum (optimè, inquam sani & ægri) esse operationum læsionem sensibilem: itaq; longissimo certè distant interuallo, ut quæ contraria sint, & extrema: nempè εὔμετρον esse corpus quoddam, ei ex diametro opponitur, quod est ἄμετρον esse, id est, immoderatum, seu mauis, incommensuratum: item perfectas, & ut Medici uocant, inculpatas edere actiones, ei cõtrarium, quod est uitiatas, & imperfectas edere. Cùm sint igitur hæc extremè contraria, per διὰ πάντων distare est necesse: quòd contraria secundum Aristotelem ab sese longissimè distent. Salubrium autem corporum cùm multiplex sit differentia (tota nimirum sanitatis latitudine in treis parteis diducta, nonnullaq; uni extremorum, reliqua alteri sint uiciniora) fit omnino, ut in spatio eius declinationis, quæ morbum facit, & alterius symmetriæ, quæ optimam ualetudinem parit, & saluberrimum corpus

constituit

Aristoteles in prædicamentis capite 15.

Aristoteles sexto de Physico, auditu & primo de generatione, cap. 2.

Lib. 6. de Popularibus morbis.

7. Meth. me.

In arte parua.

3 Metaphisicæ. & in prædicamentis.

©BIUM

©BIUM

conſtituit, multa incurrant ſalubrium corporum interualla: nempè ex ijs, quæ à Galeno in Arte parua dicuntur, liquidò conſtat, ab extremo optimæ conſtitutionis, hoc eſt, à ſanitate ſimpliciter tali, ad alterum extremum, quod ægritudinis, ut nunc à Galeno uocatur, hæc intereſſe ſalubrium corporum interualla, ſcilicet, ſalubris ut multum, neutri ut multum, neutri ut ſemper, ægri ut multum, & ægri ſimpliciter: quæ ambo ſub ſanitate ut nunc comprehenduntur, quantum ex Galeni coordinatione in arte parua aſſercre licet. Ad latus ægritudinis declinant neutrum ut nunc, & ægrum ut nunc: in quo item & ipſo uarij generis morbi continentur, multa in ijs maioris minorisq; habita ratione quoad ex aberratione à iuſto modo, particulæ ſequatur corruptio. Vt autem omnia facilius intelligas, ſchema tibi, optime lector, effingere non piguit, quo cuncta à me modò ex Galeni dogmate adducta, commodè perſpicere queas: nam cùm per hyemem proximè lapſam Galeni artem paruam publicè interpretandam ſuſcepiſſem, multoq; labore ſalubrium & inſalubrium corporum inextricabilem illam coordinationem intelligere ſategiſſem, hoc mihi formaui exemplar, quo ueluti in tabula quadam ſalubrium corporum & inſalubrium interſtitia deprehendere licet. Eſt autem huiuſmodi,

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 33 sur 428

©BIUM



EN TIBI *optime lector excogitatum à nobis typum ad congruam dictorum* Galeni *quum hic, tum in arte medicinali intelligentiam, unde facilè & totius humani temperamenti extrema, longißimè distantia, tum uerò sanorum corporum interualla utrinq; reposita, perspicere citra laborem poßis. Adhæc sanitatis uniuersam latitudinem, atque illius per partes diuisionem ad* Galeni *sensa: quæ si diligenter animaduerteris, ad ea, quæ de proposita re in arte medicinali traduntur, haud nunimum momenti habere te intelliges: ac huius propositi exempli præsidio, nullo fermè negotio,* Neotericorum *ineptam coordinationem arguere poteris.* Gentilis *dico, ac* Haly, Iacobiq; Forliuiensis, *qui longißimè ab* Galeni *mente acutis suis interpretationibus recesßêre. Sed ne te diutius morer, ad institutum feliciter redeamus.*

Qui

©BIUM

QVI uerò ipſa pati & in ſe inuicem efficere & tota cum totis miſceri, attemperariq; autumant: ij neceſſariò tot morbos eſſe fatebuntur, quot fuerint prima elementa. Agè igitur quatuor ſint prima elementa, calidum, frigidum, ſiccum, humidum: quibus inter ſe inuicem temperatis, ſanum euadet animans, ſi moderatè miſceantur, ægrotum uerò ſi immoderatè. Ac quatuor etiam erunt primi morbi: unus quidem calor à naturali ſymmetria deflectens. Alter frigiditas. Tertius humiditas. Quartus ſiccitas. itaque ſecundum alterius ſectæ hypotheſin, ij ſunt in uniuerſum morbi eorum corporum, quæ & ſimilaria uocantur, & omnino uidentur eſſe ſimplicia: morbos uerò compoſitorum in nobis inſtrumentorum, utriuſque ſectæ autores habent communes.

Morborum prima genera ſecundum alteram ſectam.

EX ALTERIVS *ſectæ placitis ſimplicium morborum numerum inquirit, peripateticorum dogma ſequutus, qui & ipſi elementa in ſe agere inuicem, hoc eſt agendo nonnihil & ipſa pati, ac alterum alterius mutuò actionem excipere iure optimo cenſuêre, totaq; cum totis miſceri, quod totum in mixti alicuius productione uidere licet: in quo calida frigidis, humida ſiccis ita inuicem contemperantur, ut neutrius horum ſupra alterum à iuſto miſtionis modo recedentem exuperantiam inuenire poſſis. quæ omnia poſt Galenum pulchrè intellexiſſe Arabs Auicenna uiſus eſt, complexionem (ut ipſi uocant) definiens, quam, qualitatem quandam eſſe ait, ex actione & paſſione elementarium qualitatum inuicem agentium & taliter commixtarum ut cuiuſque earum plurimum contingat plurimum alterius, quod ſanè non eſt aliud, quàm ipſa tota cum totis miſceri. Qui talia igitur aſſerunt (ut Peripatetici fermè omnes) tot morborum genera aſſignent oportet, quot ſunt prima in nobis elementa. ea autem, quatuor eſſe omnibus in confeſſo eſt. Iis itaque ſymmetriam ſuam ſeruantibus, ſanum euadet animans, functionibuſq; obeundis maximè idoneum erit: Declinantibus uerò, tantò grauius ægrotare erit neceſſe, quantò longius ab exacta illa ſua ſymmetria diſceſſerint. Calor ergo exuperans unum morbi genus in primis & ſimplicibus particulis procreabit (febrem hunc nominant) frigiditas alium, humiditas & ſiccitas per ſeipſa duo alia item. hæc prima in ſimplicibus membris morborum genera, à quibus ad compoſita Galenus progreditur.*

Fen. prima, primi doc. 3. ca. 1.

Vide Gal. lib. de elemẽtis & de temperamẽtis.

PERCVRRAMVS igitur & hos paucis, ſi prius oſtenderimus quomodo ſint communes. etenim quum omne corpus ſenſus iudicio compoſitum (Græci ἀνομοιομερὲς: id eſt, diſſimilare uocant) quò probè munere ſuo fungi poſſit, non ex quibuslibet, & ut ſors tulit, particulis, neque ſimpliciter ex indecente numero uel magnitudine conſtitui, neque

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 35 sur 428

©BIUM

etiam pro fortunæ arbitrio compoſitionis modum habere debeat: colligitur in iis quatuor generibus omnium inſtrumentorum morbos contineri.

COMPOSITVM corpus Græcis ὁμοιομερὲς: Latinis diſſimulare, hoc eſt, diuerſarum partium, nec unius rationis dicitur. quo nonunc ſæpe uſum fuiſſe in eo ſignificato Ariſtotelem legimus. hoc itaque ipſum ut functiones ſuas probè exerceat, partes habere neceſſe eſt ei obeundæ functioni maximè congruentes & idoneas. quod ipſa naturæ in pangendo corpore lineandisq; diuerſimode membris ſolertia indicat: quæ cum miro quodam artificio cuique membro pro ſuæ functionis dignitate atq; natura uarium conformationis modum præſcripſerit: id ad uſum aliquem excogitaſſe naturam cum Galeno credendum cenſeo: alioqui uana ſit oportet ex tam uarijs coalitio. nihil autem naturam frustra moliri, aut temerè facere, præter Ariſtotelem Galenus ingenuè eſt profeſſus. Itaque non ex quibuslibet ijsq; temerè congeſtis: ſed ordine quodam & numero, forma, poſitu, decentiq; magnitudine, totum conſtabit corpus. atque in ijs ipſis à iuſto modo declinantibus, tota conſiſtet compoſitorum morborum colluuies: ut mox Galenus per ſingula horum genera ac differentias gradiens palàm faciet. Rectiſſimè autem non pro fortunæ arbitrio compoſitionis modum nos habere Galenus ſubiecit. Nam quod fortunæ arbitrio ducitur, plerunq; incompoſitum, inordinatum, temerarium, fluxum, inconſtans, mutabile, caducum ac momentaneum eſt: nec ullam ſeruans aut rationis aut conſtantiæ legem, cuius tamen in nos imperium etſi durum atque implacabile in dies experiamur (ut quæ corporibus noſtris (quod Seneca ait) impotenter, contumelioſè, crudeliter abutatur, dum alios ignibus, alios in gurgite uaſto nudos proijciat & incerta in littora iactet: pleroſque morborum uarijs generibus tabefactos, diu inter uitam mortemq; detineat, ut uaria & libidinoſa mancipiorumq; ſuorum negligens domina eſt) hanc tamen cæca mortalitas deam facit, cæloq; dignatur: eamq; toto mundo, & locis omnibus, omnibusq; horis, omnium uocibus inuocari uidemus. Cum una ſola & rea agatur, & in ſiniſtris eventibus accuſetur, ſolaq; conuitijs colatur: ut quæ (quod Plinius ait) à pleriſque uolubilis, cæca, uaga, inconſtans, incerta, uaria, indignorum fautrix merito nuncupetur. ita in tota ratione mortalium ſola utranque paginam facit. De qua pulcherrimum extat apud poëtarum omnium ſummum epigramma in hoc modum:

1. de gene. ca. 5.

Primo cœli. Galen. 1. de uſu partium.

Lib. de conſol. ad Martiam.

2. naturalis hiſtoriæ. cap. 7.

Vergilius.

O Fortuna potens * quàm uariabilis,
Tantum iuris atrox quæ tibi uendicas,
Euertisq; bonos, eligis improbos,
Nec ſeruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus:
Fortuna innocuos cladibus afficit,
Iuſtos illa uiros pauperie grauat,
Indignos eadem diuitijs beat:
Hæc auſert iuuenes, & retinet ſenes

Iniuſto

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 36 sur 428

©BIUM

Iniusto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis adimit, transit ad impios:
Nec discrimen habet, rectaq; iudicat
Inconstans, fragilis, perfida, lubrica:
Nec quos clarificat, perpetuò fouet.
Nec quos deseruit, perpetuò premit.

Hoc sanè Epigramma, quod & elegantissimum sit, & uiuis penè coloribus fortunæ naturam omnem exprimat, proximeq; ad philosophorum omnium sensa accedere uideatur: ad hunc Galeni locum accommodare non iniquum uisum est, ipsumq; hoc loci inserere, minimè ueritus, ne non & doctis in hac parte satisfaciam, poëtæ lusus sacris medicinæ theorematis quasi condimentum quoddam inserens, quum & hoc doctus plerisque in locis Galenus fecerit, integros ex Homero referens uersus: idipsumq; Plato, Aristoteles, ac cæteri penè omnes quicunq; scripta sua amœnis & doctis narratiunculis illustrare didicerunt, putidulos uerò istos & laruas hominum (qui hæc fortasse damnabunt: & tanquam ab commentatione de re modica alienum indignumq; caussabuntur) nihil certè moror, nec metuo: ut quibus nihil sapere soleat, ni quod sit multo cœno fœceq; barbariæ oblitum: cum iuxta uetus prouerbium, Μήτε νῆν γράμματα μήτε. *i. nec natare nec literas norint.*

DIFFERENTIAE uerò per singula genera hoc modo accipiuntur. Primum (quod diximus) genus est, quum decens particulæ forma corrumpitur, aut figura, aut concauitas malè quadrat, aut etiã meatus, aut horum aliquod quod adesse debeat, deperditum est. Ad hoc genus pertinẽt asperitas quoq; & leuitas, quãdo non aptè inuicem inter se commutantur. In altero genere quod simplicium primarumq; particularum numero continetur, duplex erit morborum differentia. aut enim deest aliquid, quod adesse oportebat: aut abundat quippiam, quod non erat necessarium. In tertio genere, quod ad magnitudinem spectat, itidem duplex inuenitur differentia. Quippè si ad nimiam magnitudinẽ attollatur id quod minus esse decebat, aut ediuerso extenuetur quod maiori mole oportebat esse præditum, uniuersum instrumentum non rectè se habere dicemus. Per reliquum morborum genus, differentiæ à compositione nascuntur: aut enim positus à naturali habitu euariat, aut partes inter sese non benè consentiunt.

COMPOSITORVM *morborum per proprias differentias naturã omnem ac numerum Methodo quadam Galenus inuestigat. Diducuntur autẽ quatuor primis generibus: nempè forma seu figura, numero, magnitudine, & positu. In primo itaq; genere erratum esse dicimus: cum natiua membri forma depe-*

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 37 sur 428

rit,uel aliorſum quàm pro naturæ modo mutatur atq; peruertitur,ut ſi cauum non ſit aut rotundum,rectum'ue aut inflexum,quod per naturã tale eſſe debet, tum ſanè in figura lapſum eſſe iure æſtimabimus, tum etiam ſi meatus aliquis uel latius pateat,uel preßius cogatur,aut leuius ſit quod aſperum eſſe debet(ut ima uentriculi pars & uteri) aut aſperum,quod leue (uti in aſpera uocata arteria)tum hercle uitium in figura ſubeſſe dicemus.In numero ſecundum genus ſitum eſt,cum deeſt quidpiam quod adeſſe oportebat,uel cõtra adeſt,quod abeſſe erat neceſſe.idipſum in tertio genere,quod ad quantitatẽ ſpectat,uſu uenit. Nam uel ad ampliorẽ molem quàm pro naturæ modo:uel ad minorem deflectit membrum:in utroq; autẽ uitiũ: in poſitu uero, quũ à naturali habitu euariat, ut quod ſurſum uel deorſum ſiſti debet,aliorſum feratur & ſitũ ſit: aut quum partes inter ſeſe non benè cohærent, quod uel laxitate,uel luxatione,uel ſubitario & inuoluntario motu (uti in deprauatis naturæ motibus) fieri cõſueuit.

PORRO quemadmodum primorum inſtrumentorum ſingula ex ſimplicibus corporibus uel rectam uel uitiatam compoſitionem ſortiuntur, atq; ex ipſis ut uel ſana ſint, uel ægra, obtinent: ita ex ijs ipſis primis inſtrumentis rurſus ſecunda coaleſcunt. Etenim ex primorum inſtrumentorum numero ſunt muſculus,uena, arteria, ſed digitus ſecundi eſt ordinis, at digito magis pes, atque hoc multò magis crus. Nam in uniuerſum quæcunq; ex ſimilaribus coagmentatis unius functionis gratia creata ſunt, in primo inſtrumentorum ordine numerantur. Quæ uerò rurſus ex ijs componuntur, tametſi quàm maximè uni totius inſtrumenti functioni deputata ſunt, ad ſecundum ordinem reducuntur. Iidem tamen ſunt, tum horum,tum primorum inſtrumẽtorum(quos diximus)morbi. Verum de inſtrumentorũ differentia, in alio libro diſputauimus: nempe quæ adamuſsim prima ſint, moxq; ab ijs ſecundo,& tertio,& quarto ordine ſint collocanda: quippe ſunt aliqua quæ ambiguas utrinq; habent notas,ut uideãtur, tum ad primũ tum ad ſecundum ordinem pertinere: atqui in preſentia non opus eſt tam exquiſito ſermone. hoc unum conſideres uelim,ſimplexne ſit particula(quatenus ſenſus iudicat)an cõpoſita. Nam ſimplici accidere ſolent morbi,quos diximus ex primorũ elementorum differentia diſtingui. Compoſito uero, reliqui qui utrique hypotheſi ſunt communes. Nullum tamen morbi genus eſt, neque in ſimplicibus neque in compoſitis, quod ſit utriſq; proprium: id enim haudquaquam fieri poſſe, ex diuidendi Methodo oſtenditur.

Tria ſta.

©BIUM

TRIA *ſtatuit Galenus morborum genera: unum, ex ſimpliciſsimis unius functionis gratia coalitis conſtans. cuius generis, uena, arteria, caro, eſſe cenſentur. Vt enim in ijs quæ ipſa componunt fibræ, bonæ aut uitiatæ cõpoſitionis: atq; ex ordine, uel ſanitatis uel ægritudinis in compoſitione cauſſæ ſunt, ſic ſanè in digito, pede, crure, ac manu (quæ & ipſa ſecundi ſunt inſtrumentorum ordinis: quòd non proximè ex ſimpliciſsimis illis, ſed immediatius ex uenis, arterijs, carne, primis ſcilicet inſtrumentis, coaleſcant) quæ inquam talia componunt partes, ſanitatis & ægritudinis cauſſæ ſunt. Tertium porrò inſtrumentorum genus, ex ſecundi ordinis inſtrumentis conſtat. quo in genere ſunt thorax, caput, uenter imus, & cætera eius generis. De inſtrumentorum autem differentia cum alibi latius Galeno diſputatũ ſit, nempe libris de Vſu partium & in Anatomicis adminiſtrationibus, non eſt quòd longius ſermonem hic producamus. Sed hoc unum tamen nobis perpetuò memoria tenendũ rectiſsimè monuit, nempe, affecti membri naturam ſpectãdam eſſe. quum ſimplici ſimplex: compoſito, compoſitus item ſoleat accidere morbus. Atq; inſtrumentarijs quidem partibus ij accidunt qui utriq; hypotheſi ſunt communes, nempe in figura, numero, magnitudine & ſitu. ſiue enim in meatuum ſymmetria, ſiue in primorum elementorum temperamento ſanitatem ſtatuas, fateâre neceſſe eſt, in primis illis quatuor generibus à iuſto modo deflectentibus morbum conſiſtere.*

AT VERO unus eſt morbus omnibus corporibus tum ſimplicibus, tum compoſitis, communis: ſiue ea ex primo, ſiue ex ſecundo, ſiue etiam tertio fuerint inſtrumentorum ordine. atq; de ipſo iam iam diſſeremus. Methodus itaque qua huiuſmodi morbus inueniatur: in hoc uerſari uidetur, ſit ne quidpiam prædictis partibus omnibus commune. Si enim quum in naturali ſunt habitu, ſit aliquid ipſis commune, quod animanti aut functionem, aut uſum aliquem præſtet, hoc profecto, ſi uitiatur, communis in ipſis morbus conſtituetur. Sed quid eſt hoc quod omnibus ſit commune? partium utique ſingularum unitas: qua unumquodque corpus, ſi præditum fuerit, unum eſſe, & unam functionem, uel unum uſum perficere dicitur. Quæ ſi ex aliqua occaſione ſoluatur, ipſa illius partis morbus erit. Atqui quam in ſingulis partibus appellationem ſortiatur hic morbus, paulò pòſt dicemus, ubi iam dictorum generum differentias in ſuas partes diſſecabimus.

DIXERAT *proximè ex diuidendi Methodo fieri non poſſe, ut unus aliquis morbus utriſq; membris (nempe ſimplicibus & compoſitis) proprius eſſet. Quæ autem ſit diuidẽdi Methodus, & quonam pacto ex ea id ſequatur, paulò inferius oſtendemus: nunc uerò morbum quendam utriſq; communem inueniri poſſe de*

posse demonstrat,& id quoq; sumpto necessario ad id principio,utpote,si quid inueniatur utrisq; cõmune, in eo item inueniri morbum qui ambobus ex æquo correspondeat. Nempe si id quod commune est à natura sua euariet,idipsumq; tam simplicibus quàm instrumẽtarijs partibus sit commune,fit omnino,ut unus quispiam morbus utrisq; sit communis. In eius sanè morbi inuentione Aristotelis Methodum imitatus; qui non prius (quid sit) inueniri posse demonstrat quàm (si est) cognitum habeamus. Quod & facit Galenus, prius inuestigans sit ne quippiam utrisq; membris cõmune: quàm quid sit morbus ille communis indicans. Esse autem quippiam utrisq; cõmune,omnibus in confesso est,nempe, partium unitatem, qua quidquis unum maxime dicitur. Hac igitur dissoluta, in quacunq; tandem id parte fiat, illius partis morbus erit: sumpta pro loci uarietate uaria item nomenclatura. quippe in carne ulcus,in osse, fractura,in neruo, ruptio, σπασμὸς dicta, in ligamento ῥῆγμα sed hæc paulò pòst latius explicabuntur, quum horum ratio à Galeno reddetur, utique cap. x 1. Nunc uerò id ostendamus,ex diuidendi methodo fieri non posse (quod ait Galenus)ut quippiam simplicibus membris & compositis sit proprium. quod nullatenus monstrari poterit:ni prius quæ sit ea diuidendi Methodus,nobis cognita. sit atq; compertum. Hanc igitur nobis omniũ primus Plato tradidit,quum in Philebo, tum in Sophista, sed præsertim in Ciuili de regno, quibus in locis exactissimè absolutam diuidendi uiam monstrauit. quem sequutus eius discipulus, summus semper in omni philosophia habitus Aristoteles, perfectam de diuidẽdi ratione in Analyticis posterioribus tradidit artem. ea autẽ est(ut etiam fidus interpres Boëtius tradit) ut primum eius quod diuiditur substantiam ueramq; essentiam noscamus: dein eas quæ per se sunt differentias sumamus, abiectis his quæ per accidens, item & quæ consequẽtes ac relinquẽtes uocantur: hoc est quæ ab eo quod diuiditur aut re aut ratione separari possunt. solæ enim quæ per se sunt differentiæ,ad diuidendi methodũ pertinent:quòd eæ unius cuiusq; rei substantiam compleant. Deprehenduntur autẽ huiusmodi differentiæ ad hunc modum: nam si proposita differẽtia,omni posit & semper inesse subiecto: ea inquã uera,& per se differẽtia,ac propria dici merebitur,ut mortale ad animal. quòd si non posit,sed actu,uel ratione seiũgatur,hæc à diuisione summouẽda est,quòd uel de genere relinquentium sit (ut quæ actu & ratione à subiecto seiungitur, ueluti sedere hominis respectu) uel de genere consequentium , ut quæ ratione sola à subiecto separatur:ut glaucis oculis esse,ab homine ratione tantũ seiungimus. Huiusmodi autem differentiæ omnes diuisioni ineptissimæ sunt: solæ autem per quas species constituit:ipsæ & in definitione speciei:& in generis eius diuisione, quod cõtinet speciẽ,collocari iure optimo possunt,& ad diuisionem sunt appositissimæ. Sed non hoc tantùm sat est in diuisionis methodo, uerùm id etiam spectare oportet,quæ differẽtiæ à seinuicem aliqua oppositione differãt: nam rationale & bipes,quanquã animalis differẽtiæ sint,tamen ad diuisionem sunt ineptissimæ, quòd sibijnuicẽ nullatenus opponãtur. Quæcunq; igitur à se per oppositionem aliquam distant,eæ genus ipsum commodè diuidere possunt: ut quæ cõtrarietatis oppositione à se disiunguntur:ut rationale & irrationale,

uel quæ

a. posteriorum cap. 1.

Ex Gal. 4. Metho. med.

Plato, Aristoteles,

a. posteriorum, cap. 14.

Boetius lib. de diuisionibus,

uel quæ ſecundum habitum & priuationem diſtant: uti, uiſus & cæcitas: uel quæ ſecundum contradictionem, ut, eſſe & non eſſe: uel tandem quæ ſecundum relationem, ut pater & filius, dominus & ſeruus. Hæc de diuidēdi methodo ad præſens, ex qua illud conſtare arbitror, nihil differentijs ſeu ſpeciebus, genus aliquod diuidentibus, propriū eſſe poſſe: nam quum has ipſas (uti mox dictum) contrarias aut aliquo modo oppoſitas eſſe oporteat, proprium autem omni & ſoli & ſemper inſit: quod autem ſoli ineſt, iam illius cōtrario ineſſe non poteſt: ex eo fit, ut differentijs unum aliquod genus diſtinguentibus nihil proprium eſſe poſsit. Nam ſi (exempli cauſſa) riſibile rationali proprium ſit, uti eſt, irrationali conuenire non poteſt: alioqui idem duobus contrarijs proprium erit: quod uel ex ipſa rei natura repugnare uidetur. Rectißimè igitur Galenus ex diuidendi methodo affirmauit, ſimplicibus & compoſitis membris, hoc eſt, differentijs ſibijnuicem contrarijs, nihil poſſe proprium eſſe, commune tamen aliquid eſſe poteſt, ut paulò antea monſtratum.

CAPVT V.

AGGREDIAMVR itaq; id quod propoſuimus, rurſus à priori hypotheſi initium ſumentes: hæc enim duos ponebat ſimilarium partium morbos, in meatuum ametria (id eſt à iuſto modo declinatione) conſiſtentes: unum quum ſupra modum patent, alterum quum conſtipantur. Atque uterq; horum bifariam diuidítur: quippe conſtipatio fit, aut quum totum corpus undiq; in ſeſe contrahitur, aut quum meatus ipſi obſtruuntur. At latitudo, ubi uel corpus ad omnem partem extenditur, uel meatus quodammodo expanduntur: quod fieri ſolet quum concidunt elementa, quæ propriè corpora appellātur, nempè prima ſimpliciaq;. Nam quæ ex illis compoſita ſunt, ſyncrimata (quaſi concreta dixeris) uocant. Porrò altera hypotheſis, itidem duas habet morborum differētias: quippe ſimilaria corpora interdum ſolis qualitatibus alterantur, interdum uerò ſubſtantia quædam iamdictis qualitatibus prædita, fluit ad ipſa. Atq; hic ſecundus modus tumorem in corpore excitat, qui nullum medicorum latere poteſt: Etenim Eryſipelata, phlegmone, œdemata, phymata, phygetla, ſtrumæ, Elephantiaſis, pſora, lepra, uitiligines, tumores duri, huius ſunt generis, & facilè deprehēduntur. At morbi qui in ſola qualitatum intemperie conſiſtunt, non ita facilè cognoſci poſſunt, niſi pars ipſa plurimum à naturali habitu deflexerit: Tunc enim haud difficile fuerit eos cognocere:

Conſtipatio quando fiat.

Latitudo meatuum.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 41 sur 428

Febris quid.

Quippè ubi calor totum corpus infestat, febris nominatur, qui & in partibus nonnunquam haud obscure appareret. Nam & crura, ijs qui uehementer & præter consuetudinem ambulauerint, & manus, si plurimum eas exercueris remigando, fodiendo, aut quippiam huiusmodi faciendo, calidiores manifeste uidentur, non solum laborantibus ipsis, uerum etiam ijs qui extrinsecus eos tetigerint. Si enim magnus tumor in particula quapiam oriatur, ob affluentem aliquam substantiam calidam, is ad secundam morborum differentiam pertinebit. Verùm morbi quos iam diximus, & affectus quoque qui aut ab adurente sole, aut calfaciente igne (incendium uocant & ambustionem) uel in parte, uel in toto corpore relicti fuerint, ad primam sunt referendi.

PRælongo hoc capite, *simplicium morborum numerum ex utriusque sectæ placitis denuò recenset, arguens interim eos qui morbi substantiam in actionis noxa non in habitu ponebant: ostendens itidem quàm sint ipsi uno symptomatis nomine male usi, hoc ipsum pro morbo, morbum uero pro ipsius caussa usurpantes, atque tandem de imbecillitate per occasionem nonnulla. hæc totius capitis summa. Morbos autem qui secundum priorem hypothesim in meatuum ametria constant, recensere non est operæpretium: cum de ijs abundè superiori capite à nobis sit dictum: alterius tantum hypothesis morbos enumerabimus: quorum duas statuunt eius sectæ principes præcipuas differentias. primis nimirum corporibus, aut solis qualitatibus sine humoris influxu extra temperiem ductis: aut interdum substantia quapiam iisdem qualitatibus prædita confluente. primam uocant intemperiem nudam: alteram, intemperiem cum affluxu. has neoterici, materialem & immaterialem uocant. de quibus Auicenna primo suo canone non parum multa. Ad intemperiem uero cum influxu, omnia apostematum genera pertinent, Erysipelata, phlegmones, œdemata, phymata, & eius ordinis multa, quæ & ipsa uitiosæ substantiæ in affecta parte confluxum indicant: fluente nanq; bilioso succo, erysipelas nascitur. cum ipsum uel teste Galeno bilioši humoris soboles sit: uti phlegmone sanguinis copiosioris & calidioris, œdemata autem pituitæ, scyrrhi, atræ bilis naturam sequuntur. Miscentur autem nonnunquam horum tumorum germina: quorum si alterum uincat & superet alterum, dominantis nomen præponitur, unde hæ nomenclaturæ, phlegmon Erysipelatodes, uel Erysipelas phlegmonodes & œdema phlegmonosum, uel econtra. Sunt & alij tumores non pauci, qui licet sub uno aliquo dictorum generum comprehendantur, uarijs tamen ex caussis diuersa sortiti sunt nomina, uti phygmata, phygethla, strumæ, & reliqua quæ hîc Galeno numerantur: nam φύμα, quod à Celso Tuberculum dicitur, ab tenui succo & qui cito augeatur, & in suppurationem accelerct, ortum habere omnes asserunt. φύγαθλον, Græci uocant inflammationem ery*

Intemperies nudæ & cum affluxu.
Fen. 4. primo capit. 1.

2. Thera. ad Glau. & lib. De tumoribus contra naturam, & item 23. meth.

Lib. 6. ca. 18. & ante libro 5. cap. proprio.

nem erysipelatoden uel erysipelas cum inflammatione. Celsus definit tumorem non altum sed latum, in quo quiddam pustulæ simile sit, quem dolor & distentio uehemens, interdum etiã febricula comitari soleat, et glandosarum partium peculiare sit: panum nostri dicunt. Strumæ sunt quas Græci χοιράδας nominant, uel à chœradibus petris per marinas aquas conspicuis, uel à suibus multiparis animalibus, eo morbo frequenter affectis, uulgus scroffulas uocat. Sunt autem adenis indurati à pituita crassa uehementerq; impacta. Ἐλεφαντίασιν porro est quam uulgato nomine lepram dicimus, quæ & ipsa atrabilarij succi in totum propulsi soboles est. uti Galeno, Paulo, & Aëtio autoribus grauissimis uisum est: quam & ipsam fermè incurabilem omnes affirmant. Vnde constat errare eos tota uia, qui hanc, tumorem crurum uel pedum esse cum Auicenna existimant: & non potius cancrum toti corpori communem: à quo qui prehenduntur, tum curatu difficiles, tum satyris quamsimillimi euadunt. Sed quoniam de hoc ipso argumento satis à Fuschio & Manardo tractatum est, non est quod in re iam doctis uulgatissima laborare amplius oporteat. Ψώρα autem & λέπρα cutis uitia sunt, & affinitate quidem proxima: uti & uitiligo, quam Græci ἄλφον nominant. priora duo, cutis asperedinem esse uolunt cum pruritu & corporis squallore: ab atrabili utplurimum: hoc tamen differre, quòd λέπρα cum manifestis squamis cutem profundius depascatur, ψώρα autem summam tantum cutim afficiat, & ueluti furfuracea quædam remittat: Latini hanc scabiem nuncupant. Affectus porro ij omnes quam facilè deprehenduntur, nimirum sensibus expositi, tum uero secundum locum cui insident, aut humorem à quo oriuntur uariam sortiuntur appellationem. qui autem præter substantiæ influxum in sola qualitatum intemperie consistunt, non sic facile, quòd ij non æquè pateant, ni affecta pars plurimum (ut Galenus ait) à naturali habitu deflexerit. Ac proindè rectissimè dixisse Hippocrates uisus est, de occultis morbis opinione potius quàm arte iudicari: quòd interni morbi aut non omnino certas & euidentes, aut certè coniecturales notas habeant: propter quod non modo curatu difficiles, sed & ad præsagitionem incerti & sunt & habentur, præsertim si acuti sint. Quod nobis ijs uerbis Hippocrates testatum reliquit, τῶν ὀξέων νουσημάτων δὲ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προδιαγνώσιες εἰσι, οὔτε γὰρ θανάτου οὔτε τῆς ὑγιείης. i. Acutorum morborum non omnino certæ sunt aut salutis prænunciationes aut mortis. Ex internis autem, qui totum corpus occupat calor functiones impediens, febris dicitur: si modo & præter naturam sit, & à corde procedat: qui uero in partibus labore aliquo fatigatis suscitatur ab spirituum nimirum & sanguinis confluxu, is sane febris nomen non meretur: quòd nec à corde in totum corpus procedat (quod febri esse proprium ac peculiare uolunt omnes) nec actiones lædat. Itaq; qui ab aduerte sole, aut igne affectus creatur (Græcis καύματα & πυρώσεις. i. ambustiones & incẽdia uocari Gal. asserit, quanquã ambustionis nomen Copus angustioribus cancellis arctauerit, dum 11. lib. de Morb. caus. capitis solum calore extrinseco tentati incensionẽ significare ait: ita enim Galeni literam ipse uertit, Cæterum, inquit, qui in apricis diu morantur locis, si nudi sunt, tota interdum cutis calidior redditur: si uero

Vbi supra ti. 5. cap. proprio.

Gal. 2. therap ad Glau. & lib. De tumo. Paulus lib. 4. cap. 1. Aetius lib. Sermonum 13. ca. 120.

Ψώρα & λέπρα quid Alph.

Scabies.

Li. De flatibus.

Febris.

Ambustio.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 43 sur 428

©BIUM

ueſtiti, caput dũtaxat afficitur calore, atq; hic affectus Ambuſtio uocatur. Sunt autem qui hanc partem (atque hic affectus ambuſtio uocatur) non ad proximè præcedentem particulam (in qua de capitis tantum calore agit) ſed ad ambas illas ſimul referant, ut ſenſus ſit, non eum tantum affectum qui ex capite calfacto oritur, ſed & eum à quo tota cutis calidior redditur, ambuſtionem nominari. Quod ego ueriſſimum eſſe exiſtimo, & nominis ſignificato congruere magis: non enim magis ambuſtio unius quàm alterius partis incenſionem ſignificat, ſed omnium ex æquo.

EIVS uero morbi, qui calido opponitur, nempè frigidi, affectus in extremis partibus, adeo ſubinde manifeſtus eſt, ut ipſas emortuas decidere nonnunquam contigerit. At huiuſmodi affectus in uniuerſo quoque corpore accidit ijs qui ſub uehementi frigore iter aggreſsi ſunt. Horum enim alij in ipſo ſtatim itinere mortem obierunt, alij priuſquam domum reuerti potuiſſent, diuerſorium nacti, ſemimortui, gelidi que apparuerunt. Solet huiuſmodi affectus accidere & apopleticis, & comitialibus morbis, & trementibus, & conuulſis. Porro eorum qui in itinere frigoris inclementia perierunt, alij ἐμπροσθοτόνῳ, alij ὀπισθοτόνῳ, alij τετάνῳ, alij congelatione arrepti obrigueruntᵇ, alij apoplexiæ quidpiam ſimile perpeſſi ſunt.

Morbus frigidus.

HVIVS *loci facilis eſt explicatio: nam nulli non conſtat à uehementi frigore malè affici corpora noſtra: tum præſertim corporis extrema, ut quæ à fonte caloris remotiſſima quum ſint, & neruoſi generis fibris contexta, frigus haud difficulter adnutiant. Neruoſa autem omnia frigoris iniurias non ferre, omnium primus Hippocrates prodidit in hæc uerba,* τὸ ψυχρὸν πολέμιον ἰσχίοις, ὀστέοις, νεύροις, ἐγκεφάλῳ, νωτιαίῳ μυελῷ. τὸ δὲ θερμὸν ὠφελιμόν. *i. frigidum inimicum oſſibus, dentibus, neruis, cerebro, ſpinali medullæ: calidum uerò, utile. Quin & illud exploratiſſimum eſt, apopleticis & comitialibus, trementibus item & conuulſis idipſum accidere, quod per frigoris uehementiam peregrè profectis. qui ut ſunt ipſi præ nimia ſpirituum & ſanguinis refrigeratione coarctationeq; , emortui, peneq; exanimes, ſic ſanè huiuſmodi affectibus qui prehenduntur (præ uiarum obſtructione nequeuntibus ſe in partes animatas diffundere ſpiritibus) attoniti, immoti, ac functionibus inutiles manent. Cæterum multos ex cœli inclementia in media uia conuulſos fuiſſe ac periiſſe tam eſt manifeſtum, ut ampliori fide non egeat. Contingunt autem ij affectus refrigerato neruorum principio, ut latius tertio de locis & quarto de Symptomatum cauſis.*

5. Aphoriſ.

Cæterum

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 44 sur 428

©BIUM

CAETERVM in omnibus ijs quibus ſymptoma aliquod acceſſerit, ipſum nonnullorum intelligentiæ ita imponit, ut ſymptoma putent morbum eſſe: & morbum ſymptomatis cauſſam. Quippè qui actionum noxas, morbos eſſe arbitrantur, ij non ab re conuulſionem, ſentiendi uim abolitam, torporem, & id genus alia, morbos appellant. Sed nos ab initio de nominibus diſputauimus, ut in ijs omnibus intelligas, non de rebus ipſis, ſed de nominibus eſſe controuerſiam. Quippè illi duntaxat reprehendendi uidentur, qui ſuam ipſorum hypotheſim non obſeruantes, quanquam errant, putant tamen ſapienter ſe quippiam agere. Quippè audire licet eos, quum diſtinguunt, dicentes, Si à phlegmone naſcatur conuulſio, ipſam eſſe phlegmonis ἐπιγέννημα (perindè ac ſi dicas aduentitium germen, & ſymptoma). Si uerò à ſola intemperie prodierit, morbum eſſe aiunt. Similiter de febre quoque ſtatuunt: quippè eam ſymptoma eſſe arbitrantur, quum ſenſibilem aliquem partis affectum ſequitur, alioqui morbum & pathos appellant. Qui etſi reprehenſione maximè digni ſunt: tamen alienam confutationem non expectantes, ipſi ſeipſos irretire uidentur. Igitur qui uel functionum offenſas morbos uocari ſtatuerint, ſi hoc ipſum perpetuò, conſtanterq; defendant, uel alioqui hallucinantur, ij ut in nominibus errare uidentur, ita in rebus ipſis nihil peccant. Sed medica nomina omnia, in alio uolumine accuratè perſequuti ſumus: proindè qui rectè ipſis uti uoluerit, eum tractatum percurrat. in præſentia uerò (quia res ipſas conſiderandas ſuſcepimus) ſequentes prædictum de nominibus pactum, ad reliqua nos accingamus.

Epigineme quid.

Liber de medicis nominibus.

SYMPTOMATIS nomen, plerosq; certè non indoctos modo, ſed & peritiſſimos quoq; fefellit. putantes hoc ipſum morbum eſſe, morbum uerò, huius cauſſam. Nam ſi cui conuulſio accideret, hanc quidem, morbum putabant: intemperiem uerò à qua hæc oriebatur, non morbum, ſed morbi cauſam exiſtimabant: cum contra omnino eueniat, ut quæ intemperies ſymptomatis alicuius cauſſa ſit, eam ſanè morbum conueniat dici: quum ipſa per ſe primò functionem lædat, ſymptoma autem non per ſe, niſi quatenus huius proles eſt & generatio: ſequitur enim ſymptoma morbum uelut umbra corpus. At de omni ſymptomatum natura ſequentibus libris exactè dicetur.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 45 sur 428

DE AFFECTIBVS itaq; tum calidis, tum frigidis nulla affluente materia iam dictum est. neq; diuersa ab ijs est humidorum, siccorumq; morborum generatio, quum tota corporum natura, nulla extrinsecus irruente substantia alteratur. Atque ut exiguas mutationes deprehendere perdifficile est, ita magnæ haud obscurè cognoscuntur, præsertim ubi partes aliquæ iam emortuæ uidentur. nam quædam harum exiccantur, perinde ac si sale conditæ sint: id uerò non ita crebrò euenire solet. Contrà, quædam adeo sunt muccidę, molles, & laxæ, ut non solùm tangentibus, uerum etiam inspicientibus innotescant. quippe si particulas ipsarum manibus tractare tentaueris, ilico defluere & è digitis excidere uidebis, haud aliter quàm aquam. Sic ossium quoque marcidorum quædam in sabulum ferè resoluuntur, exemplo lignorum quibus uetustas cariem induxit: quædam uerò ob immodicam humiditatis intemperiem, ueluti muccida demoriuntur. Cæterùm reliquæ omnes partium intemperies, si exiguæ fuerint, ab indocta multitudine non percipiuntur: quamobrem eas uulgo imbecillitates uocant. Etenim si phlegmone, uel ulcus, uel aliquid huiusmodi, uentrem infestet, nullam aliam cruditatis causſam quærunt: ubi uerò nihil horum apparet, tum uentriculi imbecillitatem in causſa esse dicunt, tanquam aliud dixerint ab eo quod manifestum est, puta cibos non probè concoqui. Quid enim aliud intelligere possis, quum imbecillitas eius dicitur, nisi functionis infirmitatem? uerum non hoc, sed quæ huius imbecillitatis causſa, id uerò quæritur. Quid enim obstat quominus uenter suo munere fungatur, ubi neque phlegmone, neque scirrus, neque ulcus, neque aliud quippiam huiusmodi ipsum infestat? neque enim sine causſa factum est, ut non probè concoquat. Itaque oportet omnino uel meatuum ametriam, uel intemperiem incusare. Hinc etiam manifestè patet, nullum ex primis morbis, qui ad similares partes propriè pertinent, eos posse uia & ratione curare, sine primorum elementorum contemplatione. Sed hos in alijs tractationibus, prout res expostulabat, confutauimus. Id uerò in præsentia scire oportet, omnem imbecillitatem siue uentriculi, siue uenæ, siue arteriæ, siue musculi, atque (ut simpliciter dicam) cuiuslibet instrumēti, tum

Morbus siccus.

Morbus humidus.

Imbecillitas uulgo quid.

uitalis, tum animalis, neceſſario, uel ob meatuum ametriam uel ob intemperiem euenire. uerum quibus notis huiuſmodi affectus deprehendi poſsint, non eſt huius negotij: quippè qui non notas ſcribere, ſed ipſos primos morbos enumerare propoſuimus. Hactenus omnes ſimilarium partium morbos recenſuiſſe mihi uideor.

Imbecillitatis omnis cauſa.

QVAE *adeo exiguæ ſunt intemperies ut actionibus ipſis haud magnopere incommodent, has ſanè falſo nomine uulgus imbecillitates uocat, hoc eſt, ab integra functione defectiones. Cum enim parum probè uentriculus concoquit, aut cerebrum non ſatis commodè ſentiendi & mouendi uim membris impartitur, tum ſanè imbecilla eſſe hæc membra rerum naturæ ignari dictitant, quaſi infirma & ſuo muneri obeundo parum idonea dicas, præſertim ſi nullus effatu dignus in ijs affectus conſiſtat, in quem reijcere huiuſmodi uitiatæ functionis cauſſam poſsint, utpote ulcus, phlegmone, ſcirrus, aut quippiam tale. Quum uerò nihil horum apparet, & parum ſuo munere membra ſunguntur, tum imbecillia eſſe aiunt: quum tamen nihil niſi per ſe manifeſtum proferant. nam illud certè conſtat, non probè membrum ſuo munere fungi: ſed qua cauſſa id fiat non planè conſtat. Quare neceſſum eſt imbecillitatis omnis, aut intemperiem aliquam, aut meatuum ametriam in cauſſa eſſe. quibus uerò notis idipſum deprehendere queas, in libris* De affectorum locorum noticia *abundè cognoſces.*

CAPVT VI.

CONSEQVENS eſt ut eos qui ad inſtrumenta pertinent percurramus. Iam uerò aliàs demonſtratum eſt, in ipſis eſſe unam aliquam partem quæ ſit actionis cauſſa, reliquas uerò omnes, ut huic uſum quendam præſtent, fuiſſe creatas. Proindè totius inſtrumenti functio maximè ac præcipuè uitiabitur, ubi pars ipſa quæ functionis eſt cauſſa, ægrotauerit. Ac reliquarum partium omnium uehementiores affectus actionem impediunt.

Inſtrumenti functio quãdo potiſſimũ uicietur.

DE *inſtrumentarijs morbis ſermonem inſtituens Galenus, abſoluto eo qui de ſimplicibus & primis particulis, omnium primum, ſingulis inſtrumentis unam ineſſe ſimplicem particulam, quæ actionis inſtrumenti præcipua ſit cauſſa, non ineptè præmittit, ut cuius particulæ læſione, totum inſtrumentum illius ue actio lædatur, extemplò cognoſci poſsit. Dein, unde inſtrumentorum omnium morbi naſcantur planũ facit, obiter oſtendens naturæ in formandis inſtrumentis miram induſtriam, ut quæ nihil fruſtra, aut non uel maximè neceſſarium, uel commodum in ijs ipſis fecerit: ac demum quid morbi cauſſa, quid morbus*

morbus dici in inſtrumentarijs partibus debeat. Hæc ſanè omnia nobis hoc capite explicantur. Eſſe autem in organicis partibus unam aliquam quæ functionis præcipua ſit cauſſa, libris de uſu partium eſt exactè à Galeno monſtratum, nempè, quarto, octauo, & decimo. Quippè, ut in oculo inſtrumentaria parte, κρυσταλλοειδὴς uocata, uidendi functionis potiſſima eſt cauſſa, ſic in muſculo neruus, motionis quæ ab ipſo fit, præcipuum organum eſſe cenſetur: quæ uerò in organo partes actionem non edunt, eæ ſanè uſum aliquem præſtant. ut enim in oculo κόρεοειδὴς à Græcis dicta item & coniunctiua cæteræq; tunicæ uiſionem ipſæ non faciunt: ſic certè ad eam ipſam non minimum adiumenti & præſidij ferunt. Nempè aliæ, uiſionis ſpecies intrò ad cryſtalloidem deferunt, aliæ ipſam circumſcpiunt ac ceu munimentum quoddam tutantur, alimentum aliæ ſubminiſtrant, ſicq; ſingulæ oculi partes uſum quendam præſtant & quaſi coadiuuant. Quin & hoc animaduertendum, uſum non eodem hîc modo ſumi quo primo de locis affectis, ubi dicitur uſum omnibus ineſſe partibus uel nihil agentibus: tum enim uſus, potentiam & facultatem membro propriam ſignificat, qua ipſum actionem edere poteſt: hîc uerò, non facultatem, ſed cooperationem & adiumentum quaſi quoddam ad perficiendam functionem dicit. Itaq; ſi inſtrumenti cuiuſpiam præcipua pars, cui uni functio adſcribitur, noxam ſubeat, uitiari & totius quoque inſtrumenti actionem neceſſe eſt. Si uerò reliquarum partium quæ uſum tantummodo præſtant quæpiam uitietur, actionem ipſam non protinus lædi oportet, ni tam uehemens fuerit affectus, ut eius nonnihil ad principem functionis partem perueniat.

Vſus uaria acceptio.

IGITVR qui non per ſeipſos, ſed quatenus primo actionis inſtrumento nocent, actionem impediunt, non morbi, ſed morborum cauſſæ ſunt. Vbi uero nihil incommodant primo functionis organo, poſsint tamen functionem impedire, iam huiuſcemodi affectus, morbi ſunt appellandi. Naſcuntur uerò, ut iam diximus, ubi uel conformatio à naturali habitu euariat, uel particularum debitus numerus, uel decens ſingularum magnitudo non ſeruatur, uel non ut oportebat, inter ſe compoſitæ ſunt. Quoniam igitur natura (ut iam demonſtratum eſt) nullam harum fruſtra fecit, ſed ad eum finem formauit omnes, ut quodlibet inſtrumentum, uel commodius uel tutius ſuo munere fungeretur, neceſſe omnino eſt earum noxas, quæ functionem uel in totum prohibent uel impediunt, in morborum numerum redigere. Quæ uero ad primæ partis, quæ functionem efficit noxam conferunt, eas morborum (ut nuper dictum eſt) cauſſas appellare oportet.

Morbi inſtrumentarij unde.

Natura partes fruſtra non fecit.

Hic

©BIUM

HIC certè Galeni locus tam eſt ambiguus, ac explicatu difficilis, ut Delio aliquo natatore nobis opus eſſe uideatur, qui in eruendo ſenſu ſeſe nobis ducem præbeat. Nam ſi uerum eſt quod paulo antea ab eodem eſt proditum, nempè morbum uitiatæ actionis eſſe cauſſam, qui fieri poteſt, ut quod actionis præcipuum organum nullo pacto lædit, id morbus cenſeri debeat? quum fieri minime poſſit ut partis cuiuſpiam functio lædatur, illæſa quæ ipſam efficit, parte. Itaq; ſi quid actionis cuiuſpiam efficatricem partem non uitiat, id nec actionem quoq; impedire poſſe dicetur, quare nec morbus dici. Ad huius igitur loci ſcrupuloſi ſanè ac non ſatis expoſiti, explicationem id nobis animaduertendum, morbo id proprie conuenire ut primò & per ſe, nulliusq; interuentu actioni incommodet: quòd ex ſua ipſius definitione fit manifeſtum. Quodcunque igitur in parte quapiam inſtrumentaria conſiſtens actionem uitiat (modò primum actionis organum non lædat) id morbum eſſe cenſendum eſt. Quòd ſi actionis præcipuam partem offendat, atq; ea ſola ratione functionem impediat, iam non morbus, ſed morbifica cauſſa erit, eius inquam morbi qui ab tali affectu in parte actionis principe productus fuerit. Vt exempli cauſſa ὑπόνυχον in oculo (quam Vngulam Auicenna nominauit) inſtrumentarius eius partis morbus cenſendus eſt, nempè in numero addito: is itaq; uidendi functionem impedit primò & per ſe, nihil cryſtalloidi incommodans, cùm nulla in eius ſubſtantia ex tali affectu ſequatur noxa, nullaue læſio, ſed ſolum impedimentum, quo minus ipſa probè ſuo munere fungi poſſit: ubi tamen ab ipſo ungue uapor quiſpiam craſſus, aut intemperies aliqua cryſtalloidi communicetur eius eſſentiam uitians, unde uidendi functio impediatur, iam non morbus, ſed morbi cauſſa erit, quòd non primò & per ſe lædat, ſed quatenus cryſtalloidi, primo actionis inſtrumento incommodat: nam tum adempto ungue, non tollitur morbus ab eo in cryſtalloide natus, cuius unguis efficitrix fuit cauſſa. Nec huic diſſimile eſt quod de pulmonis obſtructione, à qua cordis functio uitiatur, adferri ſolet. Nam talis affectus ea tantùm ratione nocet, qua cordi principi parti noxam infert. non autem per ſe, ſed quatenus parti actionis opifici, nempe pulmoni incommodat. Veriſſimum eſt igitur eos affectus qui non per ſeipſos, ſed quatenus primo actionis organo incommodant, functionem impediunt, morborum eſſe cauſſas, eorum ſcilicet qui in parte actionis principe ab ijs geniti ſunt: qui uerò ei parti nihil incommodantes protinus actionem per ſemetipſos lædunt, ij certè morbi ſunt. Quæ rurſus cuncta infrà capite octauo denuo recenſentur, inquiente ad hunc modum Galeno, Quæcunque functionem impediunt in morborum ordinem collocari debere, quæ uerò partem actionis opificem uel refrigerant uel non ſatis alimenti tranſmittunt, morborum cauſſas eſſe dicendas. quod in Gurgulione exacto apertè demonſtrat: eius enim partis quum ſit præcipuum proprium q; munus, & aërem reſpirationi ſeruientem attemperare, & uocem aëris repercuſſu moderari (ut libro de uoce & VII. de uſu partium plenè probatur) fit, ut eius exactione utraq; functio malè procedat: quamobrem nec reſpirationis membra probè ſuo munere fungi poterunt, nec uox dearticulari. Exactus itaque Gurgulio, dearticulandæ uocis reſpectu morbus erit, quòd hanc

1. de locis aff.

Morbo quid proprie conueniat.

Vide hoc exemplum infrà capite 2.

Gurgulionis munus.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 49 sur 428

functionẽ primò & per se nullius q; interuentu uitiet. respectu tamen respirationis, cauſſa morbifica cenſebitur: quòd non hanc primò reſpirandi functionem uitiet, ſed quatenus primo reſpirationis organo nocet, nempe pulmoni & ſepto tranſuerſo: illa nimirum refrigerando, eatenus reſpirandi actionem impedire, cauſſæq; rationem habere iure dicetur. Quodcunq; igitur parti functionis principi noxam infert, unde functio uitietur, illud uitiatæ functionis cauſſa morbifica erit. Quod autem ſine huius partis læſione protinus per ſe actionem uitiabit, hoc certè morbus erit: uti in ungue, oculi affectu ſuprà oſtendimus, qui nullam intemperiem, noxam'ue aliam cryſtalloidi inferens, uiſionem turbat. Quam ego ueriſſimam eſſe hoc loco Galeni ſententiam germanamq; mentem arbitror: ni quis acutius cernens nouum aliquem huic parti congruentiorem adferat intellectum. Nec obſtat quæ in oppoſitum adducta eſt ratio, nempè. Etſi uerum eſt morbum uitiatæ actionis cauſſam eſſe, tamen ut quippiam in organicis partibus morbus dici debeat, non oportet principi functionis parti læſionem inferre, quum citra hanc impediri actio poſſit. Sed abundè ſatis eſt totum organicum, cui actio tribuitur, ab eo affectu lædi. nam in ungue oculi, etſi cryſtallois, præcipua uiſionis pars, non uitietur, totus tamen oculus noxam & alterationem ſuſtinere dicetur, intemperatis nõnullis eius partibus uiſioni uſum præſtantibus, nempe cornea & coniunctiua membrana, in quibus is affectus conſiſtere traditur. Quamobrem inferri ex hoc non poteſt, partis cuiuſpiam actionem lædi, illæſa quæ ipſam efficit parte, quum tota organica pars per eos affectus lædatur, quanquam non ea quæ functionis opifex eſſe dicitur. Quæ ego obiectioni præadductæ ſufficere poſſe confido. Ad reliqua modo capitis exponenda pergamus, hoc eſt, ad inſtrumentariorum morborum naturam explicandam: quos Galenus in conformationis uitio, uel particularum numero, aut magnitudine uitiatis, ad hæc in poſitu, conſiſtere ait: de quibus latius ſecundo libro à nobis tractabitur. Naturam autem (quod proximè ſubdit) in formandis partibus huiuſcemodi, nihil frustra temereq; feciſſe, libris De uſu partiũ fuſiſſimè eſt demonſtratum: eſtq; is ſtructuræ earum finis, ut commodius tutiusq; ſuo fungi munere poſſint. Cuius cauſſa, omnia in nobis ſua ratione, ac planè diuina quadam naturæ lege, quàm optimè conſtant, ut neque melius quàm ſint, neq; utilius fingi formariq; poſſint. unde meritò cum Hippocrate & Galeno eruditam eſſe naturam, iuſtam, artificioſam, animalium prouidam, ſolicitamq; pronunciabimus: ut quæ unicuique membrorum quod pro eius dignitate ſit, mira quadam induſtria condonarit, ac diſtribuerit. Quòd autem earum partium noxas quæ functionem uel prohibent, uel impediunt morbos cenſere oporteat, ex ſuprà dictis manifeſtiſſimum eſt. A' uehementiſſimis autem cauſſis ſolent membrorum operationes prohiberi, à debilioribus impediri: per quæ, duo tanguntur uitiatæ actionis genera, nempè, abolitæ & impeditæ, de quibus tertio libro.

Quid ad morbum in inſtrumentarijs ſatis ſit.

Structuræ partium finis.

Lib. 1. de uſu partium.

CAPVT VII.

QVAMOBREM & uaciarum, & uarorum, & planorum crura minus expedite ſuo munere funguntur, eò quòd

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 50 sur 428

©BIUM

quòd ab idonea figura deflexerunt. Itidem quibus fracta ossa non rectè curata fuerunt, ne ipsi quidem huius membri officium probè perficiunt: neque non malè opus suum aggrediuntur crura, ubi ob uehementem articulorum dolorem luxatio sequitur, aut cum perfracto iuxta articulos supercilio, articulus exiliens promptè luxatur, aut ubi eminentior callus articulo innascitur, per huiusmodi affectus ob spatij angustiam totus articulus non facile poterit moueri. Atqui huiuscemodi figurarum uitia aduentitia sunt. Nam sunt quædam natiua, quæ in utero contrahuntur, prima statim conformatione peccante. hæc in quacunq; corporis parte euenerint, ex eadem animal efficiunt ægrotum. Oportet enim cordis, pulmonis, uentris, cerebri, linguæ, lienis, renum, ac reliquarum partium omnium, seruari figuram: quæ si uitio quopiam offenditur, totius instrumenti functionem deteriorem reddi necesse est.

EOrum morborum qui in deprauata formatione, seu figura, accidere consueerunt, rationem toto hoc capite explicat Galenus, ostendens qui & quales nam sint, quæq; præcipuæ horũ causſæ. Tum de ratione symptomatis breuiter nonnulla: quòd ipsum scilicet nonnunquam actionis sit uitium, quodq; symptomatis ipsius causſa morbus ipse sit, & quisnam affectus præcipue morbus dici mereatur. Horum sanè omnium hoc capite ratio redditur. Vaciæ autem, uari, & planci nomina sunt eorum quibus ob uitiata gressus & localis motus organa, probè gradiendi munus procedere nequit. Vaciæ uerò dicuntur, quibus in exteriorem partem crura flectuntur: Vari, qui introrsum pedes uel crura obtorta gerunt: de quibus Galenus lib. 11. cap. v 11. Planci, qui supra modum pedibus plani sunt: eosq; ceu tabellas, quæ plancæ dicuntur, habent. De uatijs extat illud Varronis 11. de Re rust. de canibus scribentis, Cruribus, inquit, rectis sint generosi canes, ac potius uaris quàm uatijs. Hinc Vatiæ & Vatiennorũ cognomina fluxêre, quòd pedibus essent uehtiosis. Hinc et illud Senecæ ad Lucilũ scribentis, Seruilius, inquit, uatia latere sciebat. & Hieronymus in Eusebij chronicis, Vatienus nobilis Narbonensis orator habetur: cuius item meminit Martialis inquiens, Docti patria Narbo Vatiennij. De uaris est illud lyrici poëtæ in sermonibus, Hunc uarum distortis cruribus, &c. illud item Persij, Et non fallit pede regula Varo. Plancorum Eusebius meminit, qui ab Planco quodam illustri Romano Comatam tum Galliam moderante, Lugduniq; inclytæ in Gallia ciuitatis conditore, initium originemq; sumpsisse, ac nomen scribit. Sunt & ualgi uocati, qui in diuersum actas suras habẽt. De quibus Plautus in Milite, Maiorẽ partem uideas ualgis suauijs. & item in eodẽ, Ea mihi insignitos pueros pariat postea, aut uarum, aut ualgum, aut cõpernem, aut petum. Vaciæ igitur, inquit Galenus, uari, & planci, ob id progrediundi munere parum probè funguntur,

Vaciæ Vari & Planci.

Cap. 16.

Lib. 7. Epistol. Epistola 56.

Lugduni conditor.

Valgi.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 51 sur 428

Lib. de fracturis. Luxatio quid.

quòd ab idonea figura deflexerint: item & ubi luxatio sequitur, quæ secundum Hippocratem, est artuum secundum naturam connexorum uiolenta separatio, dum uel casu, aut ictu, compressúq; ac distentione nimia artus & ossa à se inuicem dissociari contigerit: quod per uehementes interdum dolores accidere nonnunquam consueuit. Luxata Græci ἐξαρθρήματα, & ἐξαρθρώσεις uocant, tum & σφίγματα. Esse autem hæc ipsa in nobis uitia interdum aduenticia, interdum natiua, hoc est, à prima statim conformatione contracta, manifestius est, quàm ut probari oporteat: sed quæ natiua sunt, ægrum, & simpliciter quidem, animal efficiunt. Vnde Galenus in Arte medicinali, uentriculum, uesicam, hepárq; in nonnullis ob innatum conformationis uitium malè suo munere fungi: eoq; morbosum reddere corpus, uidisse se testatur.

IAM tum magnitudo, tum multitudo, omnium concauitatum quæ partibus debentur, si non seruetur, necessariò ipsarum occasione offendetur actio. Sed multiplices sunt huiusce morbi. Alij quia meatus coalescunt, alij quia ijdem à uiscidis, crassisq; humoribus obstruuntur, consistere solent. Rursus alij, quia exiccata sunt corpora, aut à uicina aliqua parte ingruente compressa constipantur. Atque corporum ipsorum, quibus huiusmodi sunt meatus, essentia, interdum uel indurata, uel phlegmone prædita, uel tabescens, uel suppurata, uel inflata, aut aliàs aduenticia magnitudine turgens, deinde sua mole proprias cõcauitates occupans, meatus obturat. Verum huiusce meatus longo interuallo differunt ab ijs, quos prioris sectæ principes ex primorum elementorum impatibilium concursu, ortum habere proposuerunt. Etenim intestinorum, uenarum, arteriarum, ac omnium huiusce modi instrumentorum meatus, & lati sunt, & manifesti, quos nemo non uidet. Quod si aliqui adeo sint exigui, ut sensum subterfugiant, non tamen protinus huiusce modi meatus eiusdem sunt generis cum ijs, quos prioris sectæ autores instituerunt. Atque per omnes eiusmodi affectus, in quibus corporum ipsorum in tumorem sublatorum meatus occludi, constipariq; cõtingit, nonnunquam unus duntaxat est morbus, nempè obstructio, quæ functionem lædat, nonnunquam præter hunc alius quoque corporum affectus instat, qui obstructionem efficit. Quod si corpus quod in tumorem attollitur, nullam propriam habeat functionem, unus quidem erit morbus, puta obstructio: corporis uerò quod in tumorem attollitur affectus, non morbus, sed morbi ipsius causa censetur.*

Morb

©BIUM

MORBORVM qui ad meatus & cauitates pertinent, naturam omnem cauſſasq; in tranſcurſu recenſet. Quæ tota pars à proximè præcedente colligi uidetur. Nam ſi uerum eſt, partium omnium ſeruari figuram oportere, ut integra totius procedat functio, quod paulò antea dictum eſt, hoc itidem uerum erit, tum magnitudinem, tum multitudinem concauitatum omnium quæ partibus debentur ſeruari oportere, ſi incolumis proceſſura ſit actio: alioqui, ſi uitio quopiam meatus ij offendãtur, horum occaſione & actionem quoq; malè procedere erit neceſſe. Offendi autem meatus contingit uel conniuentia partium & coalitu, uel obſtructione, uel exiccatione nimia, uel compreſſu, idq; corporibus ipſis quorum ſunt, aut præter modum induratis, aut inflammatis, aut tabeſcentibus, ſuppuratis, inflatisue. Horum autem omnium ſuccincta à nobis reddetur ratio. Itaq; aliud longe eſt coaleſcere meatus, aliud obſtrui: coaleſcunt ſiquidem cum in ſeinuicem partes natura diſtantes colliguntur: quod fieri ſæpe ſolet, aut ſicciate nimia, aut tabeſcente parte & peculiari ſuo ſucco alimentoq; deſtituta, aut phlegmone obſeſſa, aut ingenito alio quopiam ex ijs quæ præter naturam ſunt, callo, Scyrro, myrmecide, polypo, & id genus ſimilibus: à quibus coaleſcere meatus dicuntur, obſtrui uero à craßis & uiſcidis humoribus, ut hic Galenus, tum IX. Methodi & in arte parua uoluiſſe uiſus eſt. Indurantur autem meatus quum ipſorum mollior ſubſtantia diſſoluitur: quod fit, uel motu, uel calore nimio, uel frigore denſante, uel alio quopiam intendente & duritiam promouente. Quomodo autem phlegmone prehendantur, quum XIII. Methodi, tum II. ad Glauconem, & de Tumoribus præter naturam exactè Galenus. Tabeſcunt uero quum proprium ipſorum alimentum deficit, quo abſumpto ſicciora euadere & ipſa, ac ueluti emortua, eſt neceſſe: Lib. de Tabe. Cum abſceſſus autem aliquis in meatibus conſiſtens in eruptionem abijt, ſuppuratus tunc dicitur cui incumbit, locus: etſi ſcio ſuppuratos eos proprie dici ſolere, quibus inter thoracem pulmonesq; puris copia continetur, communius tamen, quicunq; pus obtinent intus in corpore uniuerſo, ſiue conditum ante in parte affecta inflammatione, ſiue etiam poſt eruptionem, purulentos tales & ſuppuratos rectè nominare licebit, ſi Galeno fides habenda. Inflari dicuntur uel ab humore quopiam inſidente, uel à flatuoſo quopiam ſpiritu, qui ſanè tumor propriè magis inflatio dici conſueuit. ut lib. VI. de Symptomatũ cauſsis. Reliqua uerò partium incrementa naturalem ſtatum ſuperantia, Tumores appellare ſolet Galenus: quæ præſertim ab humorum confluxu fiunt, licet & qui à flatuoſi copia oriuntur, tumores etiam nuncupentur. Ab ijs itaque omnibus uariè meatus obturari contingit. Ea uerò pars (Quod ſi corpus, &c.) maiorem habet difficultatem. Pro qua ſciendum, eam propriam actionem Galeno dici, quæ à nulla alia parte ceu inſtrumento ſit quam ab ea cuius eſt: quo pacto uiſio oculi, auris auditio propria eſſe actio dicitur. propria autem actione inſtrumentum quodq; præditum eſſe, cuiq; ſatis conſtat. Cùm uerò Galenus hic dixit, Si corpus quod in tumorem attollitur nullam propriam habeat functionem, non de hac intellexiſſe uidetur, quum id eſſe non poßit, ut nullam talem habeat, quod actionis cuinſpiam gratia creatum

Coaleſcere meatus & obſtrui, diuerſa eſſe.

Capite 94. ex uerſione Leonicени.

Indurari meatus.

Tabeſcere meatus.

Suppurati meatus.

1. prædictionum ad Hippocratem comen. 60. nouę uer.

Lib. de Tum. cõtra naturam.

1. de Locis affectis.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 53 sur 428

©BIUM

eſt: ſed de ea loquutus eſt, quæ ad individui, uel ſpeciei conſeruationem facit: qua contingit pleraq; ex membris carere. Nam membrana, uenæ de qua Galenus in exemplo, ad alterutrius horum cõſeruationem nullum uſum habet ad id primò ordinatum. Galeni autem exemplo, de uenæ tunica, abundè quod in calce huius partis adducitur fit manifeſtum: quare in illius explicatione diutius non immorabimur.

SI ENIM, exempli cauſſa, tunica uenæ quæ in ſima iocinoris parte continetur, huiuſmodi quempiam affectum ſuſtinens, meatum conſtipet, per quem gibbi ipſius uaſa ſanguinem recipiunt, duo exiſtimandi ſunt morbi, alter ipſius uenæ affectus, alter obſtructio meatus: quippè uenæ affectus obſtat, quominus ſanguis utilis generetur, obſtructio uero ipſius per corpus digeſtionem impedit. Atqui harum functionum utraque animanti eſt neceſſaria. Etenim manifeſtum eſt, eos affectus qui primò functioni officiunt, morbos eſſe nominandos: ubi uero nihil patitur uena, craſsi autem, & uiſcidi humores meatibus infixi, digeſtionem per corpus remorantur, hic affectus, nempe obſtructio, unicus erit uiſceris morbus. Haud aliter in inteſtino, ſi ſola fuerit obſtructio, unicus erit morbus, at ſi phlegmone quoq; infeſtetur, atque ob hanc internum ipſius ſpatium claudatur, prohibeaturq; excrementorum tranſitus, tum duo erunt morbi: nam ſubinde morbus ex morbo naſcitur, ueluti in ijs quos dixímus uidere eſt. Quandoquidem phlegmonas, eryſipelata, herpetes, carbones & id genus reliquos, febris comitatur: nonnunquam enim id quod effectum eſt, cum functionis eſt uitium, oportet ipſum tum pathema, tum ſymptωma nominare. quippè ſymptωmatis cauſſa morbus appellatur: ueluti obſtructio, ipſa enim in cauſſa eſt, quo minus alimentum per corpus digeri poſsit. Quod uix autem quis ſentiat, refrigeratio in cauſſa eſt: atque hæc morbi nomine cenſetur, à quo huiuſmodi ſymptωma, originem traxit. Itaq; quum affectus ipſe functioni primò incommodat, eius uero cauſſa ipſam non lædit, effectum quidem morbum, id uero quod ipſum efficit cauſſam morbi nominare oportet: id quod in ſuccis craſsis uiſcidisq;, atque obſtructione facile deprehenditur: quippè obſtructio ipſa morbus eſt, ſucci autem, cauſſa ſunt morbi.

Qui affectus morbi cenſendi.

Quos affectus febris comitetur.

EXPLICATIO *eſt eius quod in poſtrema ſuperioris textus parte dictum eſt,*

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 54 sur 428

ctum eſt, eaq; perfamiliaris, ut quæ exemplo doceat quod inibi craßiore Minerua traditum eſt. In exemplis autem quidnis diſcẽtes exercitari oportere, ex Galeni monumentis habemus: qui mos Galeno eſt perquam familiaris. Probat autem eorum corporum qui in tumorem feruntur, quorumq; meatus occludantur, nonnunquam unum duntaxat eſſe morbum qui functionem lædat, nonnunquam plures, uti in uena ſimæ iocinoris partis, ceu hypotheſi quadam, manifeſtum facit. Quæ pars cum ſibijpſi uice commentarij ſit, hanc non explicabimus. Hoc tantum adijciemus, ex axiomate illo in principio poſito, Eam partem quæ munus ſuum obire nequit ægram dici, id ſequi, eos affectus qui primò functioni officiunt, morbos eſſe dicendos: nam ab ijs fit, ut pars affecta probe ſuo munere fungi non poßit: morbos autem ex morbis ſequi, phlegmonas, Eryſipelata, carbones, & herpetes comitans febris palam facit. Quæ ob id hos affectus comitari ſolet, quòd calidæ fluxionis ſint germina, ob idq; facile corpus accendant: ſiquidem Phlegmon calidioris ſanguinis eſt confluxus, Eryſipelas bilis, Herpes craſſæ & deurẽtis cutem bilis, Carbo, feruentis craßiq; ſanguinis, ut XIII. Metho. & II. ad Glauc. atq; lib. de Tumoribus præter naturam, colligi poteſt. Illud item non magno negotio conſtat, id quod effectum eſt, interdum functionis uitium eſſe, nempè ſi cuiuſpiam crus inſigni phlegmone tentetur, à quo claudicatio fiat: iam quod à morbo effectum eſt, functionis eſt uitium. claudicatio enim quæ à phlegmone orta eſt, deprauata eſt cruris actio, hoc eſt, uitiatus inceſſus. De pathemate autem & ſymptomate infrà lib. tertio diſſeremus.

Lib. 9. Meth. medẽ.

Phlegmon. Eryſipelas. Herpes. Carbo.

CAETERVM concauitatum morbi, ſiue obſtruantur, ſiue immodicè pateant, omnes ad conformationis genus reducuntur: etenim in omnibus ijs, naturalis conformatio impedita uidetur. Neq; uero natura cum partes formaret, eas fruſtra uel leuigauit, uel exaſperauit: hac enim occaſione per ſingulas partes morbi naſci poſſunt: nempè exaſperata ea parte, quæ ſuapte natura debuit eſſe leuis, leuigata uerò ea, quam oportuit aſperam eſſe. In hoc genere euidentiſsimè Medicis innoteſcunt oſsium tum leuitates, tum aſperitates, neq; non faucium quoque aſperitas, ob quam tuſsis excitari ſolet. Ac ſcire in præſentia oportet, ubi læſa eſt particulę figura, ſimul cum ipſa uitiari meatum aliquem: id quod in naſo facile uidere eſt. Quum enim ob uiolentum ictum ſimus eſt factus, internum meatum adeo aſtringit, ut per ipſum uel nulla omnino, uel admodum difficilis fiat reſpiratio. Atqui neminẽ latet, in huiuſmodi affectibus meatus conſtipationem eſſe morbum, quippè qui primò reſpirationis functionem obturbat: cauſa autem quę ipſum præcedit, eſt reſima naſi figura, quæ naturalis figuræ ipſius noxa eſt.

Tußis à quo excitari ſoleat.

xa eſt. Igitur parte quapiam in conformationis genere à naturali habitu aberrante, adeo ut functionis noxam ſubeat, prædictæ morborum differentiæ oboriuntur.

HAEC *pars explicationem non deſiderat: quare hic finem capiti huic faciamus.*

CAPVT VIII.

IN numero autem partium ſimplicium, ex quibus ſingula inſtrumenta conſtituuntur, duplices inueniuntur morborum differentiæ: aut enim deeſt, aut abundat pars aliqua. Atque in harum utraq; rurſus aliæ deprehenduntur differentiæ. Nam earum quæ abundant, aliæ iſs quæ naturali ſunt habitu adnumerantur: ut ſi cuipiam ſextus expullulet digitus, aut in oculo πτερύγιον, id eſt, unguis, aut in naribus corpulentum tuberculum, aut in alio quopiam meatu, id genus aliud. Sed horũ aliqua inter morbos reputantur, ut πτερύγιον: nam cum plurimum increuerit, & pupillam obſcurauerit, uiſum impediet. Alia uero cauſſæ morborum ſunt, ut tubercula quæ meatus obſtruũt. In primis enim obſtructio morbus eſt, quippè quæ primò functionem offendit.

Pterygion. Fen. iij. 3. tract. ij. cap. 12. Paulus lib. 3. cap. proprio. Sermone 7. ca. 38. Polypus.

ABSOLVTO *eo ſermone, qui morborum in conformatione naturam omnem explicat, ad eos affectus qui uitiato in numero conſiſtunt, de induſtria Galenus progreditur, recenſens longã eorum ſeriem, differentiaſq; ſcitè omnes explicans, interim edocens, qui eorum morbi rationem, qui cauſſarum, qui item utriuſq; habeant: quæ cuncta hoc capite enarrantur. Duæ autem potiſſimam ab omnibus cenſentur præcipuæ morborum in numero differentiæ, exceſſus & defectus. In utroq; par uicium, nam ſiue abundet pars aliqua, ſiue deficiat, adæquè ſua membro uel peribit functio, uel certè ſecus quàm pro naturæ modo edetur, quum utrobiq; ametria. Pterygion autem, oculi uitium eſt quo uidendi functio ob innatum obſtruentemq; unguem uitioſior redditur, & interdum tota perit. Hunc nonnulli alam, Auicenna ungulam nominat, Paulus neruoſam quandam circa tuniculam corneam exuperantiam ait eſſe, ſub angulo quidem maiore orientem, ſed ad exteriora oculi ita progredientem, ut magnitudine ſua nonnunquam pupillam operiat. Celſus lib. VII. unguem uocat. Diuerſa eius genera Paulo atque Aëtio. Ex colore enim, albeſcentem aliam, rubram, ruſſam, & fuſcam eſſe uolunt, ex tactu duram & mollem, ex annexione ad membranam, hærentem, & diuulſam, Ex modo ſubſtantiæ craſſam, tenuem, calloſam, uaricoſamq;. Corpulẽtum uero tuberculum nares obſtruens, Græcis pariter & Latinis polypus dicitur, aptum enim nomen huic reſpondens*

©BIUM

ſpondens minime habent) eſt autem ſuperexcreſcens caro multos ueluti pedes inſtar animalis Polypi uocati, habens, ſubſtantiæq; proprietate, colore, & conſiſtentia, ut Aëtius ait, Polypo marino quàm ſimilimum, unde illi nomen. Hunc Paulus lib. III. Sarcoma uocat: quanquam ſarcoma idem Paulus polypi ſpeciem quandam eſſe ſtatuat, polypo proprie dicto congeneam, nonnihil tamen diuerſam: ut dici poſſit duas Paulo ſtatui polyporum differentias ſecundum magis & minus ut dici ſolet, differentes. Quæ qui ſcire uolet, locum adeat lib. tertio, cap. XXIIII.

Sermone ſexto, cap. 91. Sarcoma.

QVAEDAM uero toto genere præter naturã ſunt, ut lumbrici, aſcarides, lapis in ueſica, grãdo in oculo, ſuffuſio, pus, itidem acrochordones, melicerides, atheromata, ſteatomata, uitiligines, lepræ, calli, præterea quicquid in abſceſſibus depræhenditur. Ex iis ea quæ primò functionem impediunt, morbos eſſe dicemus, ut ſuffuſionem, quæ uerò non ita, morborum cauſſas: id uerò latere puto neminem. Earum uerò partium quæ deſunt, quædam radicitus perierunt, quædam ueluti ex dimidio, & amputatæ ſunt & mutilatæ. Atqui manifeſtum eſt cuiq; huiuſmodi complura protinus à prima generatione depræhendi. At uerò iis qui in lucem ſunt æditi auferuntur ſubinde oſſa integra ex digitis, membris, capite & lateribus, aufertur etiam nonnunquam digitus, pes, extrema manus, crus, cubitus, item uenæ uaricoſæ, glandulæ induratæ, dentes exeſi, atq; eximitur etiam gurgulio, omentum, præputium, & pudendi pars aliqua, ac ſubinde totum pudendum, ſimiliter & teſtes. Sic correptus quidam non ita pridem uehementi uniuerſi corporis conuulſione, linguæ anteriorem partem mordicus amputauit: atq; hic reualuit quidem à conuulſione: ſed loqui, ut antea, haudquaquam potuit. Sub hoc genere continentur, labiorum, aurium, narium (ut uocant) detruncationes. Sic partes quædam corpulentæ, aut uiolenter auulſæ aut putrefactæ, funditus exectæ ſunt. Atq; per huiuſmodi miſerias, ſiue una pars, ſiue duæ ſiue plures deſint, quæ uel omnino perierint, uel partim fuerint exemptæ, naturalis partium numerus erit imperfectus.

Abſciſſa à conuulſione lingua.

TOTO *genere præter naturam ea dici ſolent, quæ nullo pacto homini ſecundum naturam habenti ineſſe poſſunt, quæque ut primum conſtiterint, ſuapte natura lædere, ac membrorum functionibus incommodare conſueuerunt: cuiuſmodi*

Toto genere præter naturam quæ dicantur.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 57 sur 428

©BIUM

iuſmodi ſunt lumbrici, calculus, grando, ſuffuſio, & id genus reliqua à Galeno connumerata, quæ uniuerſa actionem eius membri cui inſunt, ex ſe lædunt: ac proinde præter naturam iure optimo eſſe dicuntur. Horum autem morborum uim naturamq; omnem qui ſcire uolet, librum de Tumoribus præter naturam diligenter perlegat. Itaq; qui recenſiti ſunt morbi, ad auctum numerum pertinent, qui poſtea recenſentur, ad deficientem. Porrò quibus à primæ ſui conformatione aliquid deeſt eorum quæ ſecundum naturam ineſſe oportet, hæc manca, mutila, detruncata dicuntur, (Græci κολοβώματα dicunt). Nonnullis uerò detruncationes hæ, non ſecundum naturam, ſed arte fiunt, quoties morbi alicuius uel uitandi uel curandi cauſſa membrum aliquod chirurgica actione adimimus, ut in gangræna & σφακέλῳ & eo item ulcere quod ἕρπης ἐσθίων uocatur, facere ſæpe ſolemus. In ijs itaque partium auulſionibus ſiue integræ ſint, ſeu partim factæ, naturalis partium numerus uel peribit, uel non minimum uitiabitur. Huiuſcemodi uero detruncationes rectiſſimè Galenus miſerias nuncupauit: quum homini, alioqui certè non minimis, nec parum multis infelicitatis titulis inſigni, nihil maius, ad illius infelicitatem addi poßit, quàm, ſi ijs membris caſu aliquo, uel morbi iniuria careat, quibus ad uitæ neceſſaria parandà, ceu fidelibus mancipijs utitur. Cui non quæſo magis uel mors ipſa optanda, quàm eo miſeriarum labi, ut manuum uel pedum miniſterio carentes, uictui quærendo externa egeamus ope, alienaq; manu? Huic enim ſi ullum omnino illi pectus eſt, ſexcenties præſtat mori quàm talem uiuere uitam.

Quando detruncationes arte fiant.

IGITVR quæcunq; harum functionem impediunt, eadem ratione in morborum ordine collocari debent. Quæ uero partem aliquam aliam actionis opificem, uel refrigerant, uel ei non ſatis alimenti tranſmittunt, morborum cauſſæ dicendæ ſunt. Quædam utroq;, tum cauſſæ, tum morbi nomine continentur: ut gurgulio, quum funditus fuerit exectus, & uocem obturbat, & pulmones, & pectus refrigerat.

QVVM plæraque ab Galeno recenſita ſint, quæ tum morborum in numero, tum cauſſarum rationem obtineant, hoc modo docere pergit, quo diſcrimine alia ab alijs diſtent, inquiens, Ex ijs quæ paulò antea numerata ſunt, ea quæ functionem impediũt, morbis adnumerari, quæ uerò unius alicuius intemperici in parte actionis opifice occaſionem præſtant, refrigerationis inquam, uel calfactionis immodicæ, ea cauſſarum rationem ſubire. Rectè quidem utraq; Galenus: nempè ea eſt morbi natura, ut primò actioni officiat, tertio huius tractationis. Itaq; hoc nomine Lumbrici, calculus, grando, ſuffuſio, morbi meritò cenſebuntur: ab ijs enim primò membrorum actionibus noxa infertur. At quibus uero non ſtatim actio læditur, ſed intemperiei alicuius interuentu, hæc iam non morbi, ſed morbificæ cauſſæ ſunt dicendæ. Quo pacto humor ſuffuſionem generans morbifica cauſſa erit, quòd aliquid pariat, cuius interuentu oculus à proprio

Morbi natura.

©BIUM

proprio munere deficit, nempe ſuffuſionem, quæ & ipſa morbus cenſeri debet. Non ea autem ſolummodo quæ intemperiem aliquam creant, cauſſarum numero adſcribi debent, ſed & ea quoque quæ parti opifici non ſatis alimenti tranſmittunt, quod in morbis ab inanitione promptum eſt uidere. Nam ſi cui atrophia laboranti inteſtina (exempli cauſſa) parum probè ſuo munere fungantur, quòd alimentum ſufficiens ab iocinore non ſuſcipiant, cuius penuria alimenti non ſatis poßint pro naturæ modo excernere, ſymptomatis huius cauſſa hepatis uitium erit, cuius occaſione non ſatis alimenti partibus illis diſtribuitur: quamobrem eorum functiones læsi neceſſarium quidem eſt. Eſſe autem nonnulla quæ tum cauſſæ, tum morbi rationem obtineant, Galenus hic planum facit in eo quod pro affectionis ſuæ modo ad uaria collatum, & cauſſa, & morbus cenſeri poßit: uti exectus gurgulio, quem & columnellam & uuam Latini, Græci παρᾴσιον nominant, uocem obturbat, pulmonesq; refrigerat. unde & deprauari uocem, & reſpirationem parum probè procedere conſequens eſt. Vitiatæ igitur reſpirationis cauſſa exectus gurgulio erit: quà autem uocis dearticulationi quaſi cuidam & deris intromißi moderationi primò & per ſe incommodat, eò ſanè morbi rationem habet. Mirum igitur non eſt idem ad uaria collatum, & morbi & morbificæ cauſſæ rationem obtinere. Atque de hoc ipſo exactius à nobis ſuprà capite ſexto dictum eſt.

Columella uua.

QVVM enim ex eo libro, qui & functiones & uſus ratiocinationem docet, didiceris omnium animantis partium, alias functionem aliquam toti animali utilem perficere, alias per ſe quidem nihil agere, ſed uſum quendam iſs quæ agunt præbere, proculdubio earum noxas, quæ actionem plane uitiant, morbos, eas uero quæ uſum aliquem ſubtrahunt, morborum cauſſas appellabis. Proinde partes quæ duplicem uel functionem, uel uſum obtinent, ex unica quandoq; noxa, duplicem habebunt uel morbi uel cauſſæ rationem. Quod ſi pars aliqua utrunque poſsit præſtare, nempe functionem & uſum, ueluti gurgulio, eius abolitio una quidem ratione morbus eſt, altera uero morbi cauſſa. Atqui manifeſtum eſt, ut ad reliquam partem, quæ adhuc manet & ſeruata eſt, morbus ſit referendus, non ad eam quæ iam non eſt. Quippe non negaueris & uuam, & gurgulionem, ut nominant, particulam eſſe ſpatij in ore, in quo ſita eſt ea pars quæ nunc perpeti uidetur. Igitur cum abolita eſt, & ſpacium ipſum deſeruit, totum id quod reſiduum eſt, morbum ſuſtinebit, eo conſtanter manente quod ab initio in confeſſo erat, nempè quamlibet functionem à morbo offendi. Quamobrem aut oſtendere oportet, & inſpirationem

Lib. 1. de Eſa gloſ.

Vua ſeu gurgulio.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 59 sur 428

& uocem non esse functiones animantis: aut si id probari nequeat, manifestum fuerit abolitam uuam morbum in palato efficere posse.

IN LIBRO qui de Vsu partium inscribitur, omnium nostri corporis partium, tum functiones, tum usus, mira quadam uia ac Methodo edocentur. Itaque sunt ex partibus nostris nonnullæ, quæ functionem ipsæ edunt, aliæ quæ ad functionem perficiendam usum tantummodo præstant, actionem ipsæ non edunt. Prioris ordinis esse dicuntur, quæ proprio sibi & natiuo temperamento id perficiunt, quod ad cuiusque uitam, uel speciem conseruandam est necessarium: cuiusmodi sunt cor, cerebrum, testes, hepar, uentriculus, & huius generis: pariunt enim hæc spiritus in nobis uitales, animales, naturales, & generandi ui præditos, quorum adminiculo & uita & species in omnibus conseruatur, augetur, subsistit. Vsum præstant, quæcunque horum membrorum functionibus uno aliquo modo subministrant, uel id præparando quod ad functionem necessarium est, uel id deferendo quod tali functione genitum est. In primo genere sunt pulmo, uentriculus, seminaria uasa: in secundo uenæ, arteriæ, nerui. Cordis nanque actioni (hoc est spiritus uitalis generationi) pulmones aërem præparando in hunc usum necessarium, probè subministrant: sanguinis generationi, uentriculus cibum conficiens: testibus, seminaria uasa. Itaque principes in nobis partes actionem toti animali utilem edunt: reliquæ, & quæ secundi sunt ordinis, nihil quidem ipsæ agunt, sed usum tantum præstant, hoc est, iuuamentum, ut neoterici loquuntur, & præsidium quasi quoddam: ut etiam Auicenna sentit: quod & ipsum duplex esse docti plærique omnes censent, adminiculans scilicet, & deferens. Adminiculans, quod functionem præcedit, & illi necessaria suggerit, quale uel pulmonis ad cor, uel uentriculi ad hepar: nunquam enim aut cor functionem propriam edet, ni pulmo adminiculetur, nec hepar suam, ni uentriculus. Deferens autem, principis membri actionem sequitur, & in uniuersi corporis commodum, quod susceptum est toti corpori elargitur, cuiusmodi neruorum, arteriarum, uenarum´que ministerium est: quæ & ipsæ spiritum sanguinemq; à principibus membris acceptum toti communicant. Sunt item in instrumentariis partibus præcipuæ quædam, quæ actionem ipsæ efficiant: aliæ quæ actioni usum præstent, uti in oculo crystallois uidendi actionis præcipua est pars: reliquæ in oculo actioni huic commodum quendam usum partes præbent. Quæ igitur noxæ, functionem protinus uitiant, hæ morbi sunt: quæ usum aliquem subtrahunt, morborum caussæ, ut in exemplo, Si ab obstructione meatuum pulmonis, noxa cordi inferatur, quo minus gignendo uitali spiritui sufficiat, ea quidem noxa cordi illata, siue ea intemperies sit, siue quid aliud, morbus erit, quòd protinus ab ea actio uitietur: obstructio uero usum pulmonis adimens morbifica caussa, quòd ad eam noxa functione cordis uitians sit illata. Quam ego hoc loco Galeni esse mentem existimo. Quasdam uero in nobis partes non

Fen. 3. 1. doct. 5. cap. primo. Iuuamentum duplex.

tes non unicum tantum præſtare uſum, alias item multiplicem functionem habere, in confeſſo quidem eſt: quod in mox propoſito exemplo Galenus confirmat: Gurgulio nempe multiplicem nobis ſui præſtat uſum, quum aërem intromiſſum quadantenus temperando, tum uocem uelut plectrum tintinabuli, ut ait Galenus, dearticulando, tum fluxiones à cerebro, ne in pulmones labantur, ſiſtendo. Venarum autem & arteriarum non unica tantum eſt functio, ſiquidem ſpiritum, & ſanguinem non tantum in ſe recipiunt atq; continent, ſed & toti corpori ex æquo diſtribuunt. Quarum itaque partium duplex eſt uel functio, uel uſus, ex unica interdum noxa duplicem ſortiuntur uel morbi, uel cauſſæ rationem, prout ab ea quæ infertur noxa, duplex illa functio uitiatur: tumq; morbi rationem ſubit: quòd ſi uſus, cauſſæ rationem ſubibit. Vaſa etenim ſi ſecundum eorum ora uel ſtipentur, uel obſtruantur, ab hac utiq; noxa duplex eorum functio uitiatur: nam neque ſanguinem pro naturæ modo recipere, neq; receptum tranſmittere ualent. Sic uitiato gurgulione, qui ab eo prodeunt uſus, uel immutantur, uel omnino pereunt. Quin cum & functionem nobis & uſum Gurgulio præſtet, functionem quidem gutturi, in cuius ſumma parte (ut uult Galenus) ſitus eſt, uſum autem pectori ac pulmoni uocisq; modificationi, fit ut eius abolitio una quidem ratione morbus ſit, qua inquàm gutturi noxam infert, altera, morbi cauſſa, quatenus ſcilicet uocem obturbat, pulmonesq; refrigerat.

Quarum partium multiplex ſit functio.

8. de uſu partium.

HAVD aliter dentis abolitio, oris morbus eſt, qui uel mandendi munus offendit in parte quæ dentem amiſit, ſi is ex molarium numero fuerit, aut ſimul edendi loquendiq; munia impedit, ſi ex eorum numero fuerit qui cibos incidere ſolent: Græci τομεῖς uocant. Sic ubi linguæ dimidium abſciſſum eſt, reliqua pars mutilationem præter naturam ſuſtinet: itidem & de omento & pudendo & reliquis omnibus ita affectis dicendum eſt. Quòd ſi quis huiuſmodi non morbum, ſed pathos aut pathema uoluerit appellare, is non de re, ſed de nomine contendet. Id uerò facile intelligitur per omneis iam dictos morbos, nonnihil ex magnitudine minui, tum linguæ, tum omenti, tum etiam pudendi, tum denique omnium huiuſcemodi inſtrumentorum. non tamen protinus animalis ipſius diminutionem adeò manifeſtam eſſe oportet, ut ob hoc mutilum eſſe uideatur: ſed partium numerum quendam amittit: tametſi per huiuſmodi affectus, & arteriæ & uenæ, & nerui, & cutis, interdũ & adeps, & membranæ, & carnes eximuntur. Atqui gurgulione aut uaricibus inciſis, numerus quidam partium ab ipſis inſtrumentis auferetur. Atq; omnia hæc ad immutatum partium

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 61 sur 428

©BIUM

numerum ſunt referenda. Vbi uerò ab inſtrumento quopiam aliquid eximitur, ſed non eximitur pars abſoluta, huiuſmodi affectus in utroque ferè genere comprehenditur: deeſt enim animanti, tum ſimplicium particularum numerus, tum compoſiti inſtrumenti magnitudo: totum enim mutilatum eſt. Neque ulli dubium eſt, quin uterque affectus, tum is qui ad numerum, tum is qui ad magnitudinem pertinet, in ſuperiore prædicamenti genere, nempè quantitate, comprehendi poſsit. Quandoquidem Quantitas duas complectitur ſpecies, diſcretam, quæ propriè quantitas nominatur, & continuam quam Græci Pelicon uocant. uerum in præſentia, ut clarior eſſet doctrina, eas ſeparatim diſtinguere uolentes, alteram ad numerum, alteram ad magnitudinem reduximus.

EADEM *hîc quæ in execto gurgulione ratio eſt: nam & dentium quoq; uti gurgulionis, non ſimplex eſt uſus, non unica functio: alij nanque diuidendo cibo, mandendo alij ſeruiunt: hos, Molares, illos Græci μυλὰς uocant: quæ ſi Galeno creditur, propria eſt dentium functio, proprium munus: non tantum autem atterendo cibo, ſed & locutioni quoq; ac ſermonis dearticulationi uſum præſtant. Vnde fit, ut exectus dens & morbi & cauſſæ rationem habeat: morbi, quatenus mandendi uel diuidendi cibi functionem uitiat: cauſſæ, prout ſermonem impedit. Atq; eadem planè eſt in lingua, omento, pudendoq; exectis ratio, reliquiſq; omnibus quæ nonnihil à magnitudine defecerunt ſua, & ad innatum partium numerum ſunt referenda. Cætera omnia patent.*

10. de uſu partium.

CAPVT IX.

POSTEAQVAM de morbis qui ad numerum ſpectant, iam dictum eſt, eos qui in particularum magnitudine conſiſtunt (quomodocunq; eos nominare placuerit) perſequemur: qui quidem à iam dicto genere diſtingui uidentur. Si enim ſeruante particula figuram ſuam, magnitudo adeo uitietur, ut hanc ob cauſſam actio impediatur, accidens ipſum particulæ morbus erit, ueluti ſi in prima ſtatim conformatione, lingua uel ad tantam increſcat magnitudinem, ut ad nullam oris partem ſeſe deflectere poſsit, uel adeo ſit exigua, ut non omnes partes eius attingat. Verum qui poſt ortum iam perfecti uidentur, iſs non ita crebrò ſolent partes ad magnitudinem præter naturam attolli. Atqui minuuntur ſubinde, appellaturq; morbus hic

aliis

alijs atrophia, id eſt, defectus cibi, alijs phthiſis, id eſt, tabes ipſius partis.

QVi in magnitudine uitiata morbi conſiſtunt, ab ijs qui in numero, ſpeciatim diſtingui uidentur: quòd ij in quantitate diſcreta, in continua illi congruè reponantur. Eoq; fit ut abſoluta priorum tractatione ea ſequatur quæ uitiatæ magnitudinis morbos pertractat: quæ tota capitis eſt ſeries. Itaque præter eam quæ poſita eſt differentiam, hoc rurſus ij morbi à ſe inuicem diſtant, quòd qui ad numerum ſpectant, particulæ affectæ propriam natiuamq; figuram uitiant: quum uel ex diametro repugnet partis figuram illæſam manere, eandemq; partem uel ab eo quod ſecundum naturam, deficere, uel pluſquam naturæ modo conueniat, abundare. Vt ſi cui quintus in manu digitus deſit, huic iam ſecundum eam partem congrua figura perit: item ſi ſextus additus ſit. In morbis autem qui ſecundum magnitudinem, ſtat quidem manente figura, ſolam partis magnitudinem uitiari, atq; ſubinde morbum fieri, uti in lingua, ceu familiari exemplo, planum nobis facit Galenus. Vnde illud rectè adieciſſe uidetur, in morbis uitiatæ magnitudinis, ſeruare figuram particulam poſſe, manente'que figura actionem impediri, aucta plus quàm naturæ modo cõueniat membri magnitudine. Quæ & ipſa interdum alimenti ad particulam delati inſignem copiam & ipſius in membri ſubſtantiam tranſitum quaſi quendam ſequitur, ualente ad id immutatrice quæ in nobis eſt, facultate, interdum congeſto excrementicio quopiam inibiq; aggregato: non rarò etiam fluxione aliunde manante, perq; membri ſubſtantiam immerſa. Vera autem de qua Galenus hîc loquitur, particulæ magnitudo, ea tantum eſſe creditur, quæ à prima harum cauſſarum prouenit, nempe à reliquis, non propriè magnitudo, ſed tumor potius dici meretur: præſertim ſi particulæ actionem offendat: tumq; præter naturam iure dicetur. Quæ uerò incrementa partium, naturalem ſtatum excedunt, hæc itidem, tumores rectè uocari poſſunt. Sed hæc de nomine contentio eſt: illud animaduerſione dignum, accretionem apud Ariſtotelem eſſe magnitudinis quæ in quopiam ineſt incrementum: uti, decretionem, magnitudinis diminutionem. Quum autem non quibuslibet ad magnitudinem accidentibus incrementum fieri contingat (non enim incorporeis aut ſecundum ſpeciem diſſimulibus) ſed ijs tantum unde maius reddi totum poſſit, eò fit, ut adueniente aliquo ſecundum formam & ſpeciẽ incrementũ fieri contingat: ac proinde augeri quippiã haud prius poſſe, quam quod auctum eſt, ei quod ſuſcepturum eſt incrementũ ſimile fiat, & eius ſubſtantiam ampliore quàm antea mole adaugeat. Quod tum fiet, quum quæ accedunt partes, ijs quæ fluxerunt, ampliores fuerint. Nam quæ in nobis ſunt partes, cum corporeæ ſint, & materiæ naturam referant, in perpetuo eſſe fluxu oportet: materia enim, ut Arabs Auerrous ſentit, in perpetuo ſemper eſt fluxu. Itaque quorum ſubſtantia ad hunc modum creuit, hæc iure aucta & ampliora facta eſſe dicentur: quæ uerò diſſimili aliquo, & non ſecundum naturam im nutato, hæc non propriè aucta ea de qua loquutus eſt Ariſoteles accretione dici poterunt, ſed potius tumidiora reddita. De utroque autem incremen

Morborũ magnitudinis & numeri differentia.

Membrorum præter naturã magnitudo unde.

Vide Galen. in de tumoribus præter naturã.

1. de gene. ca. 5.

Accretio.
Decretio.

Accretio quomodo fiat.

Materia, in perpetuo fluxu ſem per eſt.
1. de gen. com. 35.

incrementi genere Galenum hìc fuiſſe locutum ſuaipſius exempla declarant. Nam Nicomachi corporis incrementum ad primum genus pertinet, mammarum & teſtium auctæ ſupra naturæ modum magnitudines, ad alterum. Quin & illud ſciendum, non ad immodicam tantum partium magnitudinem morbos ſequi, ſed & ad imminutam: cum utrorumq; contrariæ ſint & cauſſæ, & rationes. Sicut enim alimenti & excrementorum copia membrum augeri, ſic & penuria imminui cernimus, atque conſumi. Quam ſanè conſumptionem Galenus ἀτροφίαν, *id eſt, cibi penuriam uocat: quæ tum maxime fit, quum immodico uitio langueſcentibus membris, deficientibusq; alimentum immutantibus facultatibus, corpus ali deſinit, frugemq; ex nutrimento ſentire. Quanquam uerò atrophian hìc Galenus & phthiſin pro eodem fermè partis affectæ uitio poſuerit, maximo tamen inter ſe diſtare interuallo, neq; omnino ſimiles ſuæ generationis cauſſas habere, omnibus in confeſſo eſt: quum ſit plærunque atrophia uocata, phthiſis morbi proprìè dicti ueluti ſymptoma quoddam: quum ſit proprìè phthiſis, pulmonum exulceratio ad ſanguinis corruptionem conſequens: quam totius corporis marcor ac uehemens exſiccatio ſequitur, ita definientibus Galeno, Paulo, & Aëtio. Communius tamen ſumpto phthiſis nomine, idem cum atrophia uocata quodammodo cenſeri poteſt.*

Atrophia.

Phthiſis.

Lib. de tabe & 5. metho. me. Pau. lib. 3. cap. 32. Aë. Ser. 8. cap. 67.

PORRO immodica incrementa eueniunt, in ulceribus ſupercreſcente carne, atque in eo morbo quem Priapiſmum uocant. Nicomachi uerò Smyrnæi corpus adeo immodicè auctum eſt, ut ne mouere quidem ſeipſum poſſet: atq; hunc ſanitati reſtituit Aſclepiades. Vidimus etiam linguã cuiuſdam mirum in modũ auctam, idq; citra omnem ſenſum doloris ut neque œdema, neque ſcirrus, neque phlegmone, uideri poſſet: nam neque excauata eſt ſub premente digito, neque ſenſum amiſit, neque dolebat. Sed hic affectus incrementum quoddam erat partium, ita tamen, ut ipſa partis eſſentia ab omni noxa uideretur immunis. Sic teſticulos quoque & mammas, alijs utroſq;, alijs alterum duntaxat, immodicè increuiſſe compertum habemus. Ad hoc genus pertinet & ſtruma, ut uocant: quippe quæ immoderatius aucta, non parum functioni incommodat. Similiter oculorum quoque anguli, ubi à iuſto modo receſſerint, ſiue immodicè fuerint aucti, ſiue diminuti: Græci alterum ἐγκάνθιδα, alterum ῥαγάδας appellant. Atque huiuſmodi ſunt in hoc genere differentiæ morborum.

IN QVIBVS *morbis, partium incrementa eueniant indicat, primumq; in ulceribus ſupercreſcente carne: quæ tum ſanè in ijs ſupercreſcit, cum alimen-*

tum

©BIUM

tum plus iusto copiosius ad ulceratam partem defertur, quumq; facultas immutatrix ualida potensq; fuerit. Siquidem ea est quæ ex copioso in ulceribus sanguine superuacuam carnem generat: tertio Methodi. In Priapismo item partis fit incrementum quum, uel Galeni, Pauli, & Aëtij sententia colis sit in suis dimensionibus incrementum & intensio, nullo excitante ad libidinem appetitu: estq; pudendi propria atque peculiaris affectio: uti gonorrhœa, uasorum seminarium. Appellationem autem à satyro Priapo, cui tale fuisse pudendum, pictores poëtæq; fingunt, sumpsisse, Aëtius non pœnitendus autor testis est. Eius porrò affectionis caussas præcipuas esse idem censet, aut dilatata in pudendo uenarum ora, aut uaporosum flatum intra fistulosum neruum excitatum: ab utroque Galenus fieri existimat. Cætera patent: quare sicco à nobis pede transigentur.

Caro in ulceribus quando supercrescat. Gal. 6. de locis Pau lib. 3. cap. 57. Aet. ser. 11. cap. 32. Priapismi caussa. Sermone 11. cap. 32.

CAPVT X.

CAETERVM cõpositione à naturali habitu aberrante, morbi nascuntur, in positu quidem, ut sunt articulorum tum luxatio, tum cõmotio: item si uel intestinum, uel omentum in scrotum deuoluitur: hoc ἐπιπλοκήλην: illud, ἐντεροκήλην Græci nominant. Vbi uerò uicinarum partium inter sese consensus à naturali ordine recesserit, ut si ligamentum uel laxum, uel intentum, uel abruptum fuerit, impediet in ea parte motum articulis debitum. Huius generis sunt, linguæ pudendorumq; immodica uincula: quippè quæ linguam in loquendi mandendiq; functione impediunt: pudenda uerò ob auersum meatum cohibent, quo minus semen genitale procul, rectoq; incessu, in fœminæ uterum inijcere possint. Eiusdem notæ sunt labia, palpebræ, digiti, sedes atque aliæ huiusmodi partes, quum ob ulcus præter naturam coalescunt. Atque hoc pacto colligere oportet morborum species, quæ à compositione proueniunt.

EOrum qui in instrumentis nascuntur morborum, quadruplicem suprà capite sexto posuerat Galenus differentiam. Nam uel in conformatione à naturali habitu peccatum erat, uel in particularum numero, uel congrua magnitudine, uel demum in mutuo partium consensu. Cunq; iam et uitiatæ partium figuræ morbos, & numeri quoque ac magnitudinis percurrerit, ad ultimum progreditur, ostendens, quales nam morbi compositione à naturali habitu euariante proueniant. In positu autem atque uicinarum partium consensu affectus ij potißimum reponuntur. In priore utique genere sunt, articulorum tum luxatio, tum commotio, omenti item intestinorumq; in scrotum lapsus. Ad consensum uerò partium pertinent ligamentorum laxitas, intentio, uel abruptio. Luxatio porò tum,

Luxatio.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 65 sur 428

Lib. de fracturis. ro tum, uel autore Hippocrate, esse creditur, cum quæ natura cohærent, ab sese inuicem motu quopiam uiolento diducuntur, extráq; naturalem locum abeunt: quod articulis propriè conuenire omnes asserunt. Commotio, cum non eousque

Commotio. separantur, ut à proprio loco in totum abeant, sed tantum secundũ unam partem didactio fiat: contorsionem nonnulli uocant. Quæ sanè cuncta ad morbos in positu sunt referenda. Ad quod item genus spectant, omenti intestinorumq;

Ramex. in scrotum deuolutiones, quas ramices Latini, Græci, ἐκπλοκήλω, καὶ ἐντεροκήλω, Arabes herniam & rupturam nominant. Est autem

Omentum. Lib. 1. & 7. omentum Cornelio teste, membrana adiposa intestina & stomachi inferiorem partem conuestiens, ac cibi concoctionem ueluti stragulum, ut uult Alexander Benedictus, ad-

Lib. 1. cap. 5. iuuans. Hanc partem Græci ἐπίπλοον & ἐπίπλωμ, Arabes zirbum dici uolunt. Cuius naturam omnem & originis locum qui scire uolet, Galenum lib. VII.

Lib. 7. de Anatomicis administrationibus adeat. Scrotum uerò, idem Celsus membrum esse ait didimis commune, eorumq; amborum ueluti sinus, quem Græci ὄσχεον,

Scrotum. nostri scrotum uocant. Tendonum uerò laxitas, tensio, & ruptio ad consensum partium potius pertinent: siue enim laxi sint qui membrum membro tendones colligant, siue intenti, siue abrupti, motum in ea parte articulis debi-

Laxi tẽdones. Tensi tẽdones. Abrupti tendones. tum, quanquam alio atque alio modo, impediunt. Laxi autem tendones fiunt, humiditate excrementicia eorum substantiam subeunte: tenduntur, siccitate frigoreq; uincentibus, aut alioqui partibus inflammatione affectis: abrumpuntur, uel præter modum distenti, uel gladio, alioue teli genere secti: tumq; maximè membris motum adimunt, & quam à natura cum cæteris consociationem habent, aut uitiant, aut certè tollunt. Reliqua ex se apertissima sunt: quare hic finis esto.

CAPVT XI.

IAM AD reliquum, idq; quintum genus morborum transeamus, nempè unitatis solutionem, siue illa simplicibus, quæ similares uocantur, partibus aduenìat, siue compositis: quippè cuius paulò antè inter communes utrisque partibus morbos mentionem iam fecimus. Quum enim uel ligamentum, uel arteria diuellitur, & totius instrumenti, & ipsius diuulsæ partis, commune erit pathema: nam utriusque soluitur unitas: totius quidem, quia neque partes sibijnuicem cohærent, neque in unum rediguntur: partis uerò diuulsæ, quia non manet una: quippe quæ in duas dissecta sit. Quod si non tota, sed pars eius aliqua fuerit diuulsa, tum affectus hic non totius instrumenti morbus est, nisi ex accidente, quòd pars eius aliqua fuerit affecta, sed ad affectam duntaxat partem propriè insigniterq; pertinere uidetur. porrò continui solutio,

in osse

©BIUM

in osse quidem fractura nominatur, in carne uerò commuiter ulcus. Ruptura uerò & conuulsio ab eodem genere manant: nisi quòd hæc neruis, illa uerò carni tribuitur. Diuelluntur autem neruorum fibræ, aut sub uiolenta aliqua attritione, aut ubi de repente affatimq; intenduntur. At quæ ἀποσπάσματα, id est, auulsiones uocantur, instrumentorum duntaxat sunt pathemata. Habes iam omneis simplicium morborum differentias.

Cap. 1. Lib. 6. meth. Com. 31. galen. 3 καθ' ὑπόθεσιν

QVum morborum simplicium partium, atque organicarum naturam omnem ac differentias exactè pertractarit Galenus, ad alterum genus quod utrisq; commune esse dixit, ex ordine progreditur, indicans qua ratione soluta unitas tum simplicis similarisq; partis, tum instrumentariæ pathema sit: quod in priori capitis parte facit: arteriam pro exemplo, ligamentum'ue diuulsum in medium adferens. Siquidem soluta arteria, non tam ipsiusmet continuitatem, quàm totius organici, cuius ipsa est pars, cohærentiam soluit: eoq; ambobus conuenit. Sic ligamentum, & ipsum in se diuisum, iam unum non est: & diuulsæ quæ per id connectebatur, partis integritatem soluit. Soluta porrò unitas secundum uaria in quæ incidit membra, uariam item & ipsa sortitur nomenclaturam: ut quæ in osse fit, fractura, in carne, ulcus dicatur, in neruo conuulsio. Primam Græci κάταγμα uel ἄγμα, alteram ἕλκος, postremam σπάσμα uocant. Ob id autem propriè fracturam ossibus accommodant, quòd ea rei duræ peculiaris sit: frangi nempe ea dicuntur quæ in magnas partes diuidi ac distrahi possunt, quæq; essentiam nec mollem nec uacuam, sed solidam & duram nacta sunt, ita asserente in Meteorologicis Aristotele, atq; eius interprete Auerroë. Ossa uerò, cum talem sint sortita naturam, & multis præterea scateant foraminibus, fit, ut non frangibilia tantum, sed & friabilia & comminuibilia sint: hoc enim altera ab alteris distare Aristoteles uoluit, quòd fractilia, longè porrecta foramina habeant: ob idq; non nisi in magna & longè seposita secari possint: friabilia uerò, & multa & non directim posita foramina contineant: quamobrem & minutatim diuidere, & quasi frustillatim discerpere quis rectè possit. Ad fracturam item duobus potissimum opus esse naturæ rerum peritissimi censent, ualido frangentis impetu, & rei frangendæ renixu: quæ caussa est, quòd neque carnem, neque medullam, aut id genus mollium quidpiam frangi dicamus: quòd facilè cedant, mollitieq; sua frangentis impetum non sustineant: contundi potius, & atteri hæc potius dicentur, atque secari. Quare quæ in carne fit solutio rectè uulnus, seu ulcus, uocari consuescit: plagam Auicenna uocat si nondum pus subsit, cum hoc uero, ulcus: Galenus perpetuò ulcus nominat. Ruptiones uocantur quæ in uasis musculisq; ex uiolento ictu, uel graui casu, uel alio quopiam ualente motu excitantur solutiones, teste Galeno: has Græci ῥήγματα nuncupant: quibus nonnunquam ea affectio coniungitur quæ ἔγχυσις dicitur, id est, effusio & extra-

Fractura. Vlcus. Conuulsio.

Frangi quæ dicantur.

Lib. 4. cap. 91 Auer. eodē loco com. 44.

Ossa cur frangibilia & friabilia sint.

Frangibilium & friabiliū differentia. Ad fracturam requisita.

Fen. 4. 3.

4. metho. & in de consti. artis.

Ruptura ex distensione quadā, totius et grauedo. unctio et mundatio genitā curarum: Lib. 12. meth. cap. 17.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 67 sur 428

uaſatio ſanguinis à uehementi contuſione & uaſorum diſtenſione oborta. Sed de ijs qui plura uolet, Galenum in medendi Methodo, & Manardum in Epiſtolis legat.

CAPVT XII.

CONSEQVENS eſt ut compoſitos quoq; perſequamur. Igitur qui priorem hypotheſin ſequũtur, morbum quendam ſtatuunt, ex meatuum laxitate conſtipationéque compoſitum: non quòd ſinguli particulatim meatus utrunque ſuſtineant, ſed uicíſsim alíj conſtípentur, alíj dilatentur, ita tamen ut utrum magís accuſes, latitudinem, an conſtipationem meatuum, in toto ſimilarí corpore haudquaquam inuenias: neq; etiam ſumere queas ſenſibílem eius partem, cui alterum duntaxat aſsit, ſed quamcunq; ſumpſeris, ſemper tota ab utríſque afficietur. Alterius uerò hypotheſis autores, ſolís qualitatibus à naturalí habitu aberrantíbus, per ſingula corpora ſimílaría quatuor compoſitos morbos dínumerant, calídum ſimul & ſiccum, calídum ſimul & humídum, frígidum ſimul & ſiccum, frígidum ſimul & humídum: affluente autem ípſis eſſentía quapiam, ítídem quatuor alíj ex qualitatíbus eodem modo conſugatís, naſcentur morbí.

Naturæ ordo. RECTE quidem Galenus ab enarratione ſimplicium, ad compoſitorum progreditur enarrationem: is nempè eſt naturæ ordo, ea uia ac ratio, ut ex ſimplicibus ad compoſita progreſſus fiat: ſic enim in mixtorum propagatione à minimo quoque & ſimpliciſsimo exorditur, nempè in plantis, brutis, ac reliquis omnibus, à ſemine ſemper, primo rerum omnium principio, ex quo compoſitum formatur, uel uegetale, uel animans. Quem Naturæ ordinem nunc imitatus Galenus, ab ſimplicium enarratione morborum, ad compoſitorum progreditur, idq; ſecundum utriuſq; ſectæ placita, hoc eſt eorum qui in meatuum ſymmetria, uel ametria ſanitatem morbumq; reponebant, & item eorum qui in qualitates iſtæc ipſa referebant. Prioris ſectæ morbos, qui & qualeſnam eſſent, ſuprà capite primo, quarto, & quinto recenſuimus. Simplicium quidem apud eos morborum duo præcipua ſtatuebantur genera, nempè, uel patentibus latè meatibus, uel coanguſtatis clauſiśque. Et quidem hæc, ad ſimplicium naturam pertinebant: ad compoſitorum illa, cum ſcilicet utriuſque generis pathemata, eiſdem partibus conuenirent, ut ex meatibus alíj claudantur, alíj plus iuſto pateant, ita ut in eodem ſimulari corpore, meatuum alios patentes, coanguſtatos alios inuenias. Nam eundem ſimul meatum contrarijs ijs affici modis, fieri nullo pacto poteſt: quum ea tſi

©BIUM

ea ſit contrariorum natura, ut eidem ineſſe ſubiecto minimè poſſint: quare ubi laxitas, ibi adſtrictio tum eſſe non poterit: nec econtra. Nullam tamen eſt inuenire ſimilaris corporis ſenſibilem partem, in qua non utrunq; ex oppoſitus conſtans inueniatur: perinde atque in hepiala uocata febri, in qua ſimul & febricitant & rigent qui hac tenentur, eodemq; tempore in corpore toto utrumq; ſentiunt affectum. Sic & in meatuum uitijs ſuo modo contingere poſſe cenſendum eſt. Qui uerò in qualitatibus primis, morbos conſtituunt, ij quoque compoſitorum morborum quatuor faciunt differentias, quadrifariam nimirum qualitatibus coniugatis, atq; à naturali ſymmetria aberrantibus: unde tot fieri morborum genera erit neceſſe, eaq; (ſi nullus ſubſit humor intemperiei coniunctus) ſine confluxu uocare conſueuerunt: affluente uero eſſentia quapiam, quatuor alia creabuntur, cum confluxu uocata. Hanc diductionem neoterici ijs uerbis exprimunt, ut ſint alij quidem morbi ſine materia (quos & immateriales uocant) alij, materia conſtantes ſeu materiales, quoties ad intemperiem humor aliquis accedit noxam inferens, ut ſi ad intemperiem partis calidam & ſiccam, bilis iungatur, uel ad frigidam & humidam pituita.

Hepialæ febris natura.

Morbi cum confluxu & ſine confluxu.

QVIA uero continui ſolutio non ſolum inſtrumentis, ſed ſimplicibus quoque corporibus accidere conſueuit, iccirco connectitur ipſa nonnunquam iam dictis, iuxta utriuſq; ſectæ ſententiam, morbis compoſitis, neque non ſimplicibus quoque, quos ſtatim in huius operis initio deſcripſimus. Fieri quippe poteſt ut pars aliqua ſuſtineat ulcus, & ſimul uel ſiccitate, uel humiditate, uel frigore, uel calore præter naturam afficiatur, aut etiam unà cum ulcere, ſimul & calore & humore infeſtetur. Igitur partes quas ſimul & ulcus & phlegmone afficiunt, trifariam à naturali habitu recedunt: etenim ob ulcus, partium ſuarum unitatem amittunt, ob phlegmonem uero, naturali ſua tẽperie calidiores fiunt & humidiores. Deniq; , tumor in ipſis ſi ad tantam magnitudinem attollatur, ut ob hanc ipſam functio impediatur, morbus cenſeri debet, alioqui uel ſymptωma uel pathema duntaxat, quemadmodum & dolor. Igitur quæcunq; pars unà cum phlegmone ulcere quoque infeſtatur, eam triplici morbo affici neceſſe eſt: quamuis nonnunquam quatuor ſuſtinere poſsit.

VNITATIS ſolutionem commune eſſe tum ſimilarium, tum inſtrumentorum uitium ſæpiſſimè iam dictum eſt, ac proinde cõiungi ipſa quidem poteſt cum utrorumq; affectibus, ut hîc bellè Galenus docet, & rurſus Methodi medendi tertio & quarto. Qui uero in phlegmone ſubeſt tumor (quod mox ſubdit Gal.

Tumor quando morbus & quãdo ſympto ma.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 69 sur 428

©BIUM

dit Gal.) ſi actionem per ſe ipſe offendat, morbus certè erit, nempè qui uel ad figuram & confirmationem, uel ad conſenſum partium pertinet: quum ab eo iſtæc uitiari contingat. Si uerò actionẽ non lædat, phlegmones ſymptoma erit.

Phlegmon

PORRO phlegmonem in præſentia non nominamus pro ueteri more, partium ueluti inflammationem, ſed rubentem renitentemq; tumorem, & qui dolorem inferat. Atque itidem in eryſipelate nonnunquam uſu uenit. Anthraces, id eſt carbones, aliter conſiſtere haudquaquam poſſunt. Herpetes & cancri in his mediam naturam obtinent: nam magna ex parte ulceribus coniunguntur, interdum ſine his conſiſtere uidentur. Atque huiuſmodi morbi compoſiti ſunt, uel nullo comitante ulcere: principio, quòd omnes ex abundante naſcuntur humore, eryſipelas à flaua bile, cancer ab atra bile, phlegmone à ſanguine, œdema à pituita: deinde, quòd omnes iam dicti humores, quanquam ſecundum ſpeciem ſint humidi, potentia tamen non omnes humidi ſunt. Nam atra bilis ſicca & frigida eſt, flaua bilis ſicca eſt & calida, pituita humida & frigida, ſanguis humidus & calidus eſt. Poſtremo, quòd omnes ij morbi ſibijnuicem implectuntur, neq; facile aliquis eorum ſyncerus inuenitur. Nam phlegmone magna ex parte miſcetur aliquid, quod uel eryſipelatis, uel œdematis, aut ſcirri naturam ſeruet, eryſipelati autem, quod phlegmones, aut œdematis aut ſcirri ſpeciem referat: ita ſimiliter in reliquis omnibus perpende. Itaque multiformis eſt huiuſmodi morborum compoſitio. Dicemus autem de ipſis copioſius in libro quem de Morborum cauſsis inſtituimus, atq; in eo qui illum ſequitur de Symptomatis, neq; non in tractatu de Medendi methodo, cuius gratia hos commentarios omnes conſcripſimus.

Lib. 1. ſympto. cam.

VETERES *partium inflammationem & ardorem, phlegmonem communi nomine ſeu φλόγωσιν uocabant, ut Metho. me. XIII. Gal. hìc uerò phlegmones nomen non in eo ſignificato audire oportet, ſed prout tumorem quendam ſignificat, qui & dolorem infert, & cum rubore renixuq; ac pulſu partem afficit. cuius prouentum à copioſo ſanguine eſſe omnes uolunt: uti eryſipelatis, à flaua bile, in quo & id quoque nonnunquam uſu uenit, ut interdum cum ulcere & intemperie partem infeſtet, nonnunquam ſine ulcere: ſed quod ulceri coniunctum eſt, exquiſitum eſſe non cenſent: Nam exquiſitum id eſſe uult Galenus quod ſummam tantùm cutem occupat, & ruborem ardoremq; uehementem*

2. Thera. ad Glauc.

©BIUM

uehementem ſine ulcere infert. Herpetes uerò & cancri interdum ulceribus coniunguntur, nonnunquam ſine his partem obſident. Nam quum horum materia ut plurimum acris mordensq; ſit, cutem ſæpenumero exedunt, & ulcerant, ſi mitior, minimè: carbones uero, quos ἀνθρακας Græci nominant, perpetuò & calor & inflammatio, & ulcus ſæpenumero comitari ſolet: ut qui exedentem maximè, ac calidiſſimam habeant materiam, nempè ſanguinem craſſum uehementer calfactum, ut ſecundo ad Glauc. Galenus compoſitos uerò eſſe omnes huiuſcemodi morbos, ex ſuamet ipſorum natura conſtare cuiq; poteſt: quatenus enim ab redundante quopiam humore prædictorum ſinguli fiunt, eatenus ſecundum humoris morbum efficientis ſpeciem, alium atq; alium contingit compoſitionis eſſe modum: nempè eryſipelas ab flaua bile, cancer ab atra ortum habet, phlegmone à ſanguine, œdema à pituita. atq; is unus eſt compoſitionis horum modus, quòd cum intemperie calida, frigida, humida, uel ſicca unam aliquem ſibi aſciſcunt humorem, qui intemperiei præter naturam coniunctus ſit. Deinde quòd iam dicti humores potentia quidem non unam nec ſimplicem habent temperaturam, etſi ſecundum ſpeciem humidi quidem ſint omnes: nam atra bilis frigida eſt & ſicca, flaua ſicca & calida, ſanguis, calidus humidusq;, pituita frigida & humida. Quo loco animaduertere eſt, Galenum rectè atram bilem frigidam ſiccamq; eſſe dixiſſe, non ſic autè melancholiam: nam hæc ſedimentum eſt ac ueluti fex ſanguinis: quæ etſi ad ipſum collata frigida ſit, & ſicca, atræ bilis tamen reſpectu calidior eſt & humidior. Nam quæ atra bilis uocatur, ex ſanguinis fece uehementer aduſta (ſi Galeno creditur) ortum habet: ac proinde reſolutis tenuioribus in ea partibus igneisq;, craſſioribus relictis (quod per aſſationem immodicam illi contingit) frigidam ſiccamq; eſſe erit neceſſe, ſed non omnino tamen caloris expertem, inſtar aceti aut cineris: quæ ambo, ut uult Galenus, etſi frigido ſint temperamento, caloris tamen nonnihil retinent. Sed de his copioſius differendi commodior libro ſexto dabitur locus, ubi de atra bile & eius ſpeciebus ex profeſſo tractabitur.

Compoſitionis morborum tertij modi.

Lib. de atra bile.

Sexto de Symptom. cau.

Tertius porrò compoſitionis modus ex humorum inuicem in uaſis commiſtione oritur: ſiquidem quum, qui in uaſis ſubſiſtunt ſuccι, uix ſinceri puriq; ſint, ſed in ſe miſti, eo fit, ut ab altero horum prodeuntes affectus proximi generis ſibi iungant: quæ cauſſa eſt, cur phlegmoni (quod ait Galenus) magna ex parte miſcetur aliquid, quod uel eryſipelatis, uel ſcirri, uel œdematis naturam ſeruet: atque in alijs eodem modo, ſecundum tamen uincentis qualitatem, nomen affectui ſubijci eſt neceſſe. Atque hæc tertia eſt atq; poſtrema prædictorum morborum compoſitio, de qua uberius lib. de Morbor. cauſſ. atq; in Medendi methodo, libro ſcilicet XIII. & XIIII. tractaturum ſe pollicetur.

CAPVT VLTIMVM.

POſtquam cõpoſitionis modum in ſimplicibus iam ſatis diximus, ad inſtrumentorum morbos tranſeamus, oſtendentes quomodo ipſi quoq; inter ſe connectantur: ſi prius admonuerimus eius, quod ab initio

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 71 sur 428

©BIUM

initio dictum est: nempè quòd alij sunt primorum similarium{que} corporum morbi, alij uerò instrumentorum compositorum{que}: etenim phlegmone ad prima corpora, luxatio uerò ad instrumenta pertinet. Quum itaque membrum aliquod simul & luxatur, & phlegmone afficitur: luxatio quidem totius instrumenti primò morbus est, phlegmone autem neq; primò neq; propriè, sed per accidẽs: quia enim phlegmone singularum ipsius partium morbus est, erit utique totius quoq; instrumenti morbus, sed per accidens.

QVi, quales{que} sint in simplicibus, & primis particulis compositionis morborum modi, proximo capite satis dictum est: ad eos nunc, qui instrumentarijs proprij peculiares{que} sunt, se conuertit: idipsum commonstrans, quod in morbis simplicium partium fecit. Itaque phlegmone simplicium primò partium affectus est: non ob id tantùm, quòd intemperiem creat (simplicibus particulis peculiarem propriumq; morbum) quàm quòd eas partes primùm obsidet: etsi ex accidenti totius quoq; instrumenti morbus censeri possit, quà totius ab eo instrumenti actio uitiatur: quanquam id non primò & per se, sed mediante simplicium læsione contingat: ut in exemplo, si crus phlegmone laboret, tametsi progressiuus motus (cruris utique functio) lædatur, non tamen primò & per se, ni quatenus quæ crus constituunt partes phlegmone obsidentur: eoq; fit, ut uitiata simplicium actione, uitietur & ipsius instrumenti functio. Vnus itaque compositionis morborum in instrumentarijs modus est, quum duo simul coniunguntur affectus, quorum alter simplicibus primò, alter instrumento competit: ut si membrum simul & luxetur, & phlegmone præhendatur: nam luxatio primò instrumentariæ parti conuenit (luxatur enim crus, brachium, manus, non uena propriè, arteria, neruus) quanquam & hæc ipsa ex consequenti noxam sentiunt: phlegmone uerò (uti antea dictum) primis simplicibus{que} conuenit magis.

Phlegmone cur simplicium partiũ morbus sit.

Luxatio quibus partibus conueniat.

ITA DE oculis etiam, & Lippitudine dicendum est: est enim Lippitudo, membranę quæ ceratoidi tunicæ adhæret phlegmone: quamuis ex accidenti oculi morbus esse uideatur. Atque euenit nonnunquam, ceratoide tunica altum habente ulcus, ut ipsa tota exesa, procidat tunica quæ sub ea ponitur, rhagoides Græcis appellata, & distorqueatur pupilla. Horum trium affectuum quilibet oculi pathema putatur: quamuis & ulcus, & erosio ad solam ceratoidem pertineant, lapsus ad rhagoidem, & distortio ad pupillam: sed ut nuper dictum est, similarium corporum morbi ex accidente ad totum instrumentum referuntur. Quòd si unum

Lippitudo.

Capite. Lib. 4. de caus. Symptom.

quodlibet

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 72 sur 428

quodlíbet ex ipſis compoſitus morbus infeſtauerit,is quoque ex accidenti ad totum inſtrumentum pertinebit: atq; ubi complures partes ſunt affectæ, ita ut ſingulæ ſingulos ſuſtineant morbos: tum ſic quoque totum inſtrumentum compoſito morbo laborare putabimus. Igitur fac eſſe (ſi ita ſors tulerit) ut id in oculo eueniat (neque enim impoſsibilis eſt hypotheſis) nempe pterygion: id eſt, unguis,& lippitudo,& eroſio ceratoidis,& exitus rhagoidis,incipiensq; apparere ſuffuſio: hic non eſſe unum duntaxat & ſimplicem morbum,id uero latere poteſt neminem. At non deerit quiſpiam,qui omneis huiuſmodi affectus compoſitum oculi morbum uocabit: alius uerò non unum compoſitum, ſed plures dicet eſſe in oculo morbos, in diuerſis ipſius partibus conſiſtentes: uerum ob hoc haudquaquam uariabitur medendi indicatio, cuius gratia omnes huiuſmodi quęſtiones tractamus ſiue unus fuerit compoſitus morbus, ſiue plures, pugnantibus remedijs indigentes: ſed de his in opere de Medendi methodo amplius differemus. At hoc in loco ſatis fuerit oſtendiſſe, probabilem utrosq; fouere ſententiam: tum eos, qui plures eſſe morbos in oculo arbitrantur: tum eos, qui, ut unum eſt inſtrumentum affectum, ita unum quoque morbum compoſitum autumant: quamuis, ut iam dictũ eſt, multæ ſint in ipſo partes affectæ.

OCVLORVM *ut uarij ſunt ac multiplices morbi, ſic eorundem non unica nec ſimplex natura, ſed multiplex ac uaria eſſentia: ut alij quidem ſimplicibus primum partibus,ex conſequenti autem & toti inſtrumento: nonnulli uerò toti primum organicæ parti conueniant. Prioris generis ſunt,* Lippitudo, ὀφθαλμία *Græcis dicta: item &* χύμωσις, *id eſt, ualida fortisq; inflammatio: cæteriq; omnes, quicunq; ſingillatim unam aliquam oculi partem obſidere conſueuerunt: quales qui in ceratoide ac rhagoide tunicis fiunt affectus,de quibus exacte* Paulus *lib.* III. *&* Aëtius *ſermone* VII. *tractauerunt.* Itaq; Lippitudo,*phlegmone eſt eius oculi membranæ quæ ceratoidi adhæret, quam coniunctiuam nominant: cuius etiam & illud peculiare eſt uitium,quod Græci* τραχύτητα, *Auicenna conturbationem & uacillationem nominat. Ad alterum porrò genus pertinent,quicunq; toti oculo priuatim conueniunt, uti oculi diminutio* (ἀτροφίαν, *Græci dicunt*) *eiuſdem ulceratio, ſtrabiſmus,reſolutio, & id genus. Prioris ordinis morbi uni alicui parti primùm noxam inferunt,dein toti oculo: atq; proindè ex accidenti,hoc eſt,non per ſe & primò,totius organici eſſe putantur. Sic & qui in ceratoide & rhagoide tunica conſiſtunt affectus,de quibus à nobis exacte libro huius tractationis tertio tractabitur. Si uerò plures*

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 73 sur 428

organici partes ſimul uarijs ſymptomatis præhendantur, iam tum alius erit compoſitionis morborum modus, uarijs nimirum affectibus idem membrum occupantibus: ut ſi in oculo (exempli cauſſa) pterygion inſit, id eſt, unguis, & lippitudo, & ceratoidis eroſio, & rhagoidis exitus, & ſuffuſio: iam plæræq; partium oculi ſuis quæque ſymptomatis afficiuntur: totus uerò oculus, non unum & ſimplicem, ſed compoſitum potius morbum pati dicetur: uel non unum compoſitum (ut alij paulò curioſiores uelle uidentur) ſed plures ac uarios in diuerſis partibus conſiſtentes. At ſiue plures dicantur morbi, ſeu unus, eadem erit communis medendi indicatio, nempe, eius quod lædit per contrarij admotionem ablatio. Nam hoc perpetuò uerum eſt, quod Hippocrates prodidit, Contrariorum contraria ſemper eſſe remedia.

Lib. de flatib.

IGITVR quemadmodũ ſimplicium morborum alius quidem primò totius inſtrumenti morbus erat, ueluti ſuffuſio: alius uerò ex accidente, ut ulcus in ceratoide: ita compoſitorum quoq; morborum, alij propriè ad totum inſtrumentum referuntur, nempe qui complures eius particulas ſimul infeſtant: alij uerò per accidens, qui in una quapiam ipſius particula conſiſtunt morbi compoſiti, ut lippitudo, quæ inhærentis membranæ phlegmone eſt: quippe phlegmonem compoſitum affectum eſſe, iam demonſtratũ eſt. Quòd ſi præterea ulcus in membrana ſuboriatur, ſic profecto multo magis compoſitũ morbum particula ipſa ſuſtinebit: at nihilo minus totus ipſe oculus compoſito morbo laborare dicendus eſt. Atq; huiuſmodi ſunt, qui ex accidenti ad totum referuntur inſtrumentum, morbi compoſiti. At uerò ij, per quos eodem tempore multæ partes afficiuntur, ipſorum inſtrumentorũ primò compoſiti morbi ſunt: præſertim ſi particulatim quiuis ſimplicium, nõ ex accidẽti, ſed primò, totius inſtrumenti morbus fuerit, ut in oculo pterygion, id eſt, unguis, ſuffuſio, rhoeas. horũ quilibet proprius eſt oculi morbus: at quum ſimul concurrunt, compoſitum, propriumq; oculi morbum conſtituunt. Igitur ſi hac uia & ratione proceſſeris, facilè omnes compoſitos inſtrumentorum morbos deprehendes: nam omnes & perſequi, & componere, ſuperuacaneum mihi uidetur. Si enim ſimplices morbos omnes cognoueris, deinde quo pacto inter ſeſe cõponãtur didiceris, ſatis idoneus eris qui in reliquis particulatim te exerceas. Proinde ſi ſemel duntaxat ea, quæ in hoc opere conſcripſimus, perlegeris: nihil utilitatis reportabis, niſi exacta diligentia crebrò in ipſis te exercere ſtudueris.

Ex morbis

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 74 sur 428

EX morbis ij ſimplices dicuntur, qui nullum in ſe alterius generis ſuſtinent, ut intemperies, ſuffuſio, & eius generis: quæ cum ſuapte natura ſincera impermiſtáq; ſint, iure ſimplicia cenſeri debent: nec ob id ſimplicia dici debere (quod nonnulli uolunt) cenſuerim, quòd ſimplicibus tantum membris & omiomeris conueniant: quippe tum ſuffuſio ſimplex morbus non eſſet, cum inſtrumenti & organi (nempè oculi) morbus ſit. Inter ſimplicia tamen morborum genera enumerari, ipſa Galeni hoc loco ſeries docet. Ex his igitur quidam toti inſtrumento primò & per ſe cõueniunt, ut ſuffuſio, quæ teſte Galeno 1111. De locis affectis, totius oculi, non unius alicuius partis oculum cõſtituentis pathema eſt. Alij non primò & per ſe, ſed quatenus uni alicui inſunt parti: ut ulcus ceratoidis primò ipſius membranæ, Secundo totius oculi morbus cenſetur. Compoſiti uerò ij ſunt, qui ex uarijs coaleſcunt, et diuerſi generis morbos admittunt: uti Lippitudo, quæ & intemperiem, & compoſitionis uitium, & ſolutam unitatem ſecum perpetuò adfert: eoq; compoſitus dicitur, uti & reliqua omnia apoſtematum genera. Atq; horum etiam morborum nonnulli toti primum inſtrumento noxam inferunt, ut qui ὑφεάκωσις, Græcis dicitur, Oculi carbunculum Celſus nominat, & eius notæ ſimiles. Ex compoſitis porrò nonnulli per accidens toti conueniunt, nempe uni alicui parti organicum conſtituenti primò, dein per eam toti inſtrumento: ut Lippitudo, quæ non totius oculi per ſe uitium eſt, ſed primò inhærentis membranæ, coniunctiuæ uocatæ. Quòd ſi plures inſtrumenti eodem tempore partes affici contingat, idq; morbis toti inſtrumento conuenientibus, tum ij ad inſtrumentum propriè pertinere dicentur: ut ſi & ſuffuſio, & unguis, & angulorum immutatio (ῥυάδα Græci uocant) ſimul oculum infeſtent, compoſito tum ſanè morbo oculus primò laborare cenſebitur: quòd & qui inſunt morbi, uarij ſint, & non unius generis, & nullam ſibi (ut hic uult Galenus) propriam in oculo partem uendicent: quamobrem totius oculi proprios iure optimo cenſuit. Methodum autem compoſitorum in inſtrumentis morborum naturam inueniendi, ex ſimplicium ad compoſita progreſſu inuenire nos docet Galenus: nam ſimplicium natura habita, & horum compoſitionis modo, quonam pacto alter alteri copuletur, protinus & compoſitionis ipſorum modus conſtabit. Si enim didiceris calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, primos eſſe ſimplicesq; morbos, hosq; quatuor modis coniungi poſſe, nempe calidum humido, calidum ſicco, frigidum humido, frigidum ſicco, iam unum habes compoſitionis modum. At quoniam & ij ipſi unà cum ſubſtantiæ influxu coire quatuor illis modis poſſunt, aliam tum habebis compoſitionis ſpeciem. Sed & rurſus quòd hos morbos & phlegmoni, & uitiatæ partium ſtructuræ, & ulceribus coniungi nonnunquam uidemus (fieri enim poteſt, ut pars quæpiam & præter modum calida ſit, & phlegmone atq; ulcere obſeſſa, corruptamq; habeat conformationem) hoc ſanè modo aliam erit intueri compoſitionis imaginem: atq; ſic in ſingulis tali ſemper Methodo ſeruata, ut primum ſimpliciſſimi quique morbi adamuſim perquirantur omnes, dehinc uarios compoſitionis ipſorum modos contemplemur, quibus inquam copulari poſſint, quibus minime: totq; ea ratione nanciſcemur

Simplices morbi.

Compoſiti morbi.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 75 sur 428

compoſitionis modos, quot fuerint ea quibus conſociari congruè poſſunt. Quæ Galenus tanquam longè utiliſſima non ſemel legenda propoſuit, quaſi non ſatis ſit rem ſeriam uſuiq; futuram ſemel legiſſe, ſed & millies id feciſſe præſtabit: nam decies (ut ille inquit) repetita placebunt, fietq; ex crebra lectione quum animus ad intelligendum promptior, tum ipſa rerum lectarum memoria firmior. Quo loco nos Galenus & diligentiæ, & ſtrennuè nadandæ operæ bellè admonet. Nam qui curſim, & ueluti per tranſennam hæc legerit, nullum certe à lectione fructum reportabit: qui ſeriò, is ad quiduis percipiendum animo promptus paratusq; erit. Proinde uos, quicunque Galeno nomen dediſtis, hortor ac moneo, ut diuina tanti autoris dogmata nocturna uerſetis manu (ut Flaccus ait) uerſetisq; diurna: ut bona fruge inſtructi, miſeris mortalibus uſui ac commodo eſſe poßitis.

FINIS PRIMI LIBRI.

CL. GALENI DE MORBORVM CAVSIS, LIBER SECVNDVS.

*

CVM FRANCISCI VALLERIOLAE MEDICI COMMENTARIIS.

CAPVT PRIMVM.

OMNES iam morbos quot, qualesq; ſint, & ſpecie & genere diſcriminatos, tum ſimplices, tum compoſitos, ſuperiore uolumine declarauimus: conſequens eſt, ut ſingulorum cauſſas perſequamur, ſumpto initio ab iis animantis partibus, quæ & ſimplices, & ſimilares nominantur: mox ad compoſitas, & inſtrumenta rurſus tranſibimus.

INuento quid ſit, de quo futura tractatio Galeno erat, eoq; in ſuas ſpecies ſingulatim deducto, quod priore libro factum eſt, proximè ad eorũ quæ diuiſione inuenta ſunt inquirendas cauſſas progreditur. Itaq; & hic rurſus à primis, ſimplicibusq; in homine particulis exorſus, totum de Morb. cauſſis tractationem eo ipſo ordine, quo morbi naturam & ſpecies inueſtigauit, aggreditur.

Poſteaquam

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 76 sur 428

POSTEAQVAM igitur demonſtratum eſt (ſi eorum ſententiam ſequimur, qui ſubſtantiam generationi corruptelæq; obnoxiam in unum redigi, alterariq; arbitrantur) omnem ſimilaris ſimplicisq; ad ſenſum corporis morbum, uel intemperiem quandam eſſe, uel partium, quæ inter ſeſe cohærere debent, diuiſionem: aut (ſi alterius ſectæ placita recipimus, quæ partes non in unum coaleſcere, ſed uacuum quoddam ſpatium in omni corporis concretione intextum putat) meatuum ametriam, id eſt, à iuſto modo declinationem: aut partium, quæ ſibi inuicem ad ſenſum cohærere debebant, ſolutio. Incipiamus igitur nunc ſingulorum morborum cauſſas conſiderare: prioris ſectæ hypotheſi (quam ueram eſſe credimus) innitentes. Erant autem (ni fallor) quatuor ſimplices morbi, & quatuor compoſiti, increſcente nimirum immodicè uel calore duntaxat, uel frigore, aut in altera oppoſitione, uel ſiccitate uel humiditate. Accidit uerò nonnunquam ut coniugatæ ſimul qualitates augeantur, oriatuŕque morbus, uel calidus ſimul & ſiccus, uel frigidus & ſiccus, uel calidus & humidus, uel frigidus & humidus.

DVAS olim ſummorum fuiſſe præcipuas de ſanitate & morbo, tum philoſophorum tum medicorum ſententias, in confeſſo eſt. Alij nanque ſanitatem in partium tum ſimilarium, tum inſtrumentariarum temperie, commoderatione, unitateq; poſuêre. Quo in genere ex philoſophis, Plato, Ariſtoteles ac eius ſectæ homines: ex medicis Hippocrates, Galenus, Paulus, Aëtius, Alexanderq; fuêre. Morbum contrà, intemperiem quandam, uel incommoderationem, aut partium diuiſionem eſſe uoluerunt. alij in meatuum ametria morbum, in ſymmetria ſanitatem collocauêre. utique ij, qui non in unum coaleſcere partes, ſed uacui cuiuſdam incluſione interferi putauerunt. In quorum albo Democritus, Mneſiteus, Aſclepiades & eius ſarinæ autores reponi iure poſſe cred[illegible]r. Galenus uerò prioris ſectæ (quam ueriſſimam, uti eſt, putat) hypotheſim ſe[illegible]utus, atque ab ea exorſus, tum ſimplicium, tum compoſitorum morborum cauſſas Methodo perquirit. memoria repetens quæ priore libro fuſiſſimè dixit: enumeransq; tum ſimplices tum compoſitos morbos. quæ tota eſt capitis ſeries.

CAPVT II.

VIDEAMVS itaque à quibus cauſsis ſinguli dictorum morborum naſcantur, incipientes ab eo morbo, qui in immodici caloris intemperie conſiſtit. Atque reliqua corpora omnia quę plus ſatis in-

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 77 sur 428

©BIUM

Morbi calidi cauſſæ.

calescunt, ita uidentur affici, uel ob motum aliquem, aucto calore, uel ob putredinem, uel quia calidiori cuipiam corpori uicina sunt, uel quia constipantur, uel quia cibum sumunt, qui suapte natura calorem excitare possit.

SImplicium in primis morborum enarraturus cauſſas Galenus, ab eo exorditur qui & qualitate & poteſtate ſua cæteris omnibus præſtat. Is autem eſt qui ab calore immodice aucto proficiſcitur. Nam ut inter qualitates quæ elementares dicuntur, caliditas omnium eſt efficaciſſima, uel Galeni & Ariſtotelis teſtimonio, ſic certe qui ab ipſa prouenit morbus, omnium eſt pernicioſiſſimus, multoq; maximam inferens noxam. cuius quinque Galenus præcipuas hoc loco ſtatuit cauſſas, nempe, motum, putredinem, calidioris alicuius corporis uiciniam, ſtipationem, calidorum tum ciborum ac potuum: tum medicamentorum uſum. hæc calidos morbos in totum gignere dicuntur. de quibus mox Galenus.

Lib. de conſtitut. artis. 4. meteor. & 2. de generat.

DE MOTV ſatis apparet, tum in his qui exercitantur, tum in lapidibus aut lignis, quum inter ſe mutuò confricantur. Denique in flamma uentilata: ex putredine calefiunt, tum reliqua corpora omnia, tum maxime ſemina, aut ſtercora. Equidem uidi columbarum ſtercora ob putredinem accenſa arſiſſe. Quod uerò ob calidiorum uicinitatem proxima quæq; corpora caleſcant, ſatis patere puto iis, qui balnearum, ſolis æſtiui, & flammæ cuiuslibet uim fuerint experti. Iam ſi brumæ tempore ſuccendas ignem in amplo cubiculo, oblinens omnia ipſius ſpiramenta, uehementem colliges ibi calorem. At niſi ſpiramenta claudas, nihil ſanè profeceris. Atque eandem ob cauſſam & balneæ & camini, adaucto interno calore æſtuant. Ex quibus ſatis patet, conſtipationem nonnunquam adaucti caloris cauſſam eſſe. Quòd materia autem augere calorem poſsit, uel hoc argumento planè intelliges: nam ſtipulæ aridæ facile maximam flammam præbent, cui ſi lignorum uiridium magnum cumulum inieceris: in primis quidem aliquandiu flammam, tum grauant, tum ſuffocant, tandem uerò eam augere uidentur.

Motus.

Putredo.

Vicinitas.

Conſtipatio.

Materia.

QVAE in exemplis ſit exercitationem, omnium optimam eſſe idem Galenus in medendi Methodo prodidit. ac proinde nullo magis artis præcepta, quàm exemplorum ueritate conſtare, Galeni hoc loco doctrina manifeſtum facit. Nam motum, caloris in nobis eſſe cauſſam, tribus maximè ſimiliaribus comprobat exemplis. exercitio, lapidum mutuo colliſu, flamma denique uentilata. quæ

Lib. 9.

exercentur

exercentur corpora, ſeipſis calidiora fiunt, ſanguine ſpirituq; per totum diffuſis. unde maior nobis ſuccreſcit calor. Siquidem uel ipſius Galeni teſtimonio, ſanguis, caloris natiui in nobis fomes eſt. Atque ab eo calor perſeuerantiam habet. Colliſi autem lapides eò fiunt ſeipſis calidiores (ita tradente in problematis Alexandro) quòd qui intercipitur aër, ex attritu magnopere attenuatur: attenuatusq;, ac uehementer calfactus, in ignem uertitur. at non omnium attritu lapidum (ut idem inquit) ignis excutitur. Nam plerique leues, laxis meatibus, cedentesq; ictui nimium ſunt, à quibus ignis non exit. Flammam porrò uentilatam nobis calidiorem uideri, experimento quidem conſtat, cur ita fiat: non ſic perinde. Nam ſi ob id tantum, quòd motu ſollicitatuq; flamma uicinu nobis aërem excalfacit, isq; calidior factus uehementius quoque calfaciat, eadem ſanè ratione motus diuerberatusq; aër calfacere amplius nos deberet. Cuius tamen oppoſitum cernimus, refrigerat enim ſolicitatus aër (ut idem Alexander etiam tradit) niſi fuerit, quòd motus aër, eum qui nobis iam familiaris effectus fuerat, atque quodammodo calfactus, à ſe tranſmittens, alterum ſubinde nouum nondum excalfactum introducit, qui nobis frigidior eo qui diſceſſit uideatur: concitata uerò flamma, quæ in ea partes igneæ ſunt, difflantur magis, ſibiq; mutuo occurrunt, ſicq; uehementius calfacere ipſæ poſſunt. Quod & ipſum in calida aqua uſu quoque uenit, quæ motu quàm quieſcens calidior nobis apparet. Cuius cauſſam qui ſcire uolet, Aphrodiſeum in Problematis adeat. atque hæc de motu. Ex putredine uerò calfieri corpora nouum non eſt: id quidem in ijs, qui putridis febribus, aut ulceribus corripiuntur, manifeſtò cernimus. id rurſus (quod Galenus ait) in animantum ſtercoribus promptum eſt uidere, quæ putreſcentia multum in ſe concipiunt ignem. uti primo de febrium differentijs. Calidiora autem, quæ ſic putrent corpora, ob id certe fiunt, quòd extraneus inductus calor uniuerſum occupet corporis habitum: nam putredo, mutatio eſt totius putreſcentis corporis ſubſtantiæ ad corruptelam à calido externo, ex Galeni & Ariſtotelis ſententia. De calido ob uicinitatem manifeſtius eſt, quàm ut probari oporteat. Calorem ab ſtipatione augeri, ea maxime indicant, quæ in Germania ac rigentibus locis uaporaria fiunt, quæ & hypocauſta uocant: ubi enim mediocris accenſus fuerit ignis, lociq; ſpiramenta adamuſſim omnia ſtipam, necubi frigidus permeet aër, maximum protinus in loco excitari calorem uideas, non ob aliud certe, quàm caloris in ſemet reflexu, eo inquam in ſe coacto, fortioreq; reddito. cum ab ſtipatione difflari prohibeatur, unde roborari & uires ſuſcipere neceſſarium quidem eſt: ſed hoc ipſum ſtipatio non per ſe & primò, ſed per accidens facit, caloris, uti dictum eſt, repercuſſu. Extremum locum materia obtinet, quæ ad quiduis ſuſcipiendum (ſi idonea fuerit) maximum ſemper momentum habet, uel Ariſtotelis teſtimonio. Vnumquodq; autem id maxime efficere naturà aptum eſt, quale ipſum fuerit. Calidum itaque alimentum uel medicamentum calfacere natum erit, frigidum refrigerare, ſicq; cætera in ſuo genere cuncta.

Lib. de ſanguinis miſsione.

Problem. 58.

Problem. 123.

Problem. 112.

Putreſcētia cur calidiora.

11. 1. thera. 4. meteororū.

Vaporaria germanica.

SED QVO pacto perficiuntur hæc in animantis corpore? Certè

Certè ſi ab exercitatione quiſpiam fuerit fatigatus, is immodicum ſuſtinere calorem dicetur: maiorem inquam, quàm pro naturali habitu, tum in muſculis, tum in articulis: quippe ad hos in primis mouendi munus pertinet. Quòd ſi calor non ultra progrediatur, ſed priuſquã per totum animantis corpus fuerit ſparſus, ſoluatur, affectus ita genitus, Laſsitudo duntaxat fuerit. Si uerò in totum extendatur corpus, morbus ipſe, Febris nominari debet: quippe quæ totius animantis calor immodicus eſt. Itidem Ira quoque, quæ caloris, qui circa cor eſt, feruor quidam eſt, idq; ob immodicum motum: atque hic interdum per totum corpus diſperſus febrim accendit. Iam ea quæ putreſcunt in animantis corpore, calorem quendam immodicum in ijs partibus, in quibus putrent, efficere poſſunt. id quod in eryſipelate, herpete, carbunculo, phlegmone, & phygetlo, facile uidere eſt. Si uerò ſimul uniuerſum corpus calfaciant, febrim quoque excitare ſolent. Porrò quonam pacto tertia cauſſa in animantibus immodicum calorem excitet, ex iam dictis ſatis manifeſtum arbitror: atque ex ijs quoque, quas ambuſtiones uocant. Quippe in bubone, phlegmone, eryſipelate & omnibus adeo calidis morbis, pars ipſis proxima continuaq; in primis calore afficitur, quem deinde uicinæ parti tradit. Atque hæc rurſus illi quæ ipſam ſequitur: ita peruenientẽte intemperie ad fontem inſiti caloris, non ita multo poſt totum corpus principij pathema percipit. Cæterum qui in apricis diu morantur locis, ſi nudi ſunt, tota interdum cutis calidior redditur: ſi uerò ueſtiti, caput duntaxat afficitur calore, atque hic affectus Ambuſtio uocatur. Calor uerò totum corpus occupans, Febris eſt. Quartum genus eorum quæ inſitum calorem accendere poſſunt, in conſtipatione cõſiſtit: nam ſi immodico algore corruptus quiſpiam fuerit, aut in aqua, quæ uel aluminis naturam, uel aliam huiuſmodi facultatem ſeruet, natauerit, conſtipabitur denſiorq; reddetur cutis. Atq; ſic uapores, quominus tranſpirent, prohibentur. Quòd ſi forte fortuna fuliginis ſpeciem referant, ea quæ ibi cumulata ſunt, febrim ſuccendunt.

Laſsitudo.
Febris.
Ira.
Ambuſtio.

Inter illa quæ immodicum calorem inducere poſſunt, quintum locum obtinent, alimentorum qualitates acres & calidæ: eiuſmodi ſunt allia, porri, cepæ, & reliqua id genus:

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 80 sur 428

nam qui ijs immodicè utuntur, febre nonnunquam laborant. Eiuſdem generis ſunt potiones calidæ, ut uinum uetus & acre, ſi imbecillo corpori liberaliùs ingeratur. item medicamenta acria, qualia ſunt & amuleta, & uenena: quippe quæ febrim excitare poſſunt.

Lib. 2. cor. aph. ad finem
Aph. 7. part. 6. Lib. 6. apd.

HAS omnes morborum effectrices cauſſas, per ſe & abſolutè nouiſſe, Philoſopho quidem ſat eſt, medico non ſatis: ut qui, quæ ad naturalis ſcientiæ contemplationem pertinèt omnia, non prout ſe in re habent, at quatenus ad unum hominem accommodari poſſunt, ſic omnia contemplatur. Galenus autem & Philoſophi, & Medici hoc loco munere functus, utriuſque partes egit: Philoſophi, dum quo pacto quæq; cauſſarum calorem incitaret, oſtendit: Medici uerò, quando hæc ipſa quomodo calidos in animantis corpore excitent morbos demonſtrat. Itaque motus ſi immodicus ſit, fatigationem laboremq; excitat, ac laßitudinem ut plurimum tenſiuam: ſi non uehemens fuerit motus, corpuſq; ipſum non ſic perinde excrementoſum, nonnunquam uel phlegmonoſam ſi multis ſuccis refertum, uel ulceroſam, ſi calidis & acribus redundans: ut eſt Galeni III. de Sanitate tuend. ſententia: Ex eo autem exercitatos immodicum ſuſtinere calorem deprehendimus, quòd ijs & pulſus, & ſpirationes maiores ſunt, uelociores, interdumq; crebriores: tum & externa ad tactum calidiora, ac quæ circa faciem & oculos rubentia, tumida, ac ignem quaſi ſpirantia: quæ ſanè ex motu affectio ſi in totum non diffundatur corpus, Laſſitudo, ſi totum offendat, Febris dicitur: quæ, ut uult Galenus, nihil eſt aliud, quàm totius animantis immodicus calor: hoc eſt, ut ego quidem ſentio, natiuus calor in igneum mutatus, actionibus incommodans: quæ Galeni eſt primo Aphoriſ. com. XIIII. & XVI. ſententia. Sic quoque & Ira immodicus calor eſt, nempè feruor eius qui circa cor conſiſtit caloris, id eſt, ſanguinis & ſpirituum: quam & ipſam aliter Philoſophi, Medici aliter diffiniunt. Hi feruorem quendam ſanguinis cordi proximi, illi, uel cupiditatem reponendi doloris, uel concitationem animi ad uindictam, uoluntatis imperio procedentis. ſic enim Seneca. Ex ira uerò tum in febrim incidimus, quum quæ iram concitauit cauſſa uehemens eſt, & magna, ac humorum in nobis uel ſpirituum ſymmetriam euertere potens: ut tetigiſſe uiſus eſt Arabs Auicenna, febris ex profeſſo naturam tractans. Quæ uerò putreſcunt omnia, ea & calorem pari modo excitant, uti in eryſipelate, carbone, & eius generis reliquis, in quibus ſecundum affectam ſedem putredo ſubeſt: ſed acrior in eryſipelate, herpete, & carbone, quòd uitioſi & maxime calidi excrementi germina ſint: mitior in phlegmone, phygetloq;, quòd à benigniore ſucco prodeant. Ex quibus ſanè & illud conſtat, ſæpenumero à uicinis partibus affectum quempiam ſuſtinentibus, in proximas morbum deriuari: quum à bubone ſecundum inguina conſiſtente, nonnunquam calor in totum procedat, febrim excitans: quod & ipſum in ambuſtionibus uocatis uſu accidere ſolet: eas porrò uocant, membri cuiuſpiam aut

Medici conſideratio qualis.
Motus.
Laſſitudo.
Febris.
Ira.
Lib. de ira.
Fen. 1. 4. cap. 1.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 81 sur 428

©BIUM

Ambuſtiones. totius etiamnum corporis à calore externo, ſole, igne ue incenſiones, ac ueluti inflammationes, quibus affecta pars penè uri uidetur: quod ijs non rarò accidit, qui nudo corpore calido ſe committunt cœlo, tumq; totum corpus ex æquo afficitur. Si uerò reliqua operti, capite nudi per æſtum longiſſimè incedant, tum caput ſolum ambuſtione tentatur, quod ego non ſemel pluribus contigiſſe obſeruaui: præſertim in præſtanti, eximiaq; probitate uiro Tullenſi epiſcopo, cui ſub caniculam longius progredienti, tantus eſt in capite excitatus calor, ut ardere ſibi cerebrum, ac quæ caput circunſtant omnia, planè arbitraretur: quem nos, ſumma, uti par erat, diligentia, quiete, humectante ac refrigerante uictu, bilis modica uacuatione, perfuſionibus refrigerantibus commodè curauimus. Ab ſtipatione accendi calorem, quod proximum eſt huic genus, tum hìc, tum methodi octauo planum facit Galenus: nam qui in abulis lauâtum abierat, ob id febri correptus eſt, quòd ab aluminoſa aqua ſtipata cutis, intro caloris uaporumq; copiam reuocauit, diffationeq; humorum prohibita, ſuccenſam febrim oportuit. Cibos autem potuſq; pro ſui quemq; natura uariè corpus afficere, in de alimentis, atque de cuchimia libris abunde monſtratur. & hoc item, uinum uetus, nouo calidius eſſe & acrius, quum x i. de ſimi. fa. tum & in commentario ad tertium Hippocratis librum de ratione uictus in morbis acutis. Quod etſi uerum eſt, non ſemper tamen liberalius ingeſtum noxam infert: niſi & imbecillum ſit corpus, & crebræ potationi inſuetum: alioqui cur Germanis omnium bibaciſſimis multa meri potio non noceat? ob id certè, quòd & ualentiſſima corpora habent, & multæ potioni aſſueta, eoq; læſionem non ſentiunt. nam ex longo tempore conſueta (autore Hippocrate) & ſi deteriora ſunt, inſuetis minus afficere ſolent.

Epiſcopi Tullenſis affectus.

Ambuſtionis curatio.

Vinum uetus nouo calidius.

2. Aff. text. 50.

CVR igitur non ſemper, inquiunt, ob quamlibet dictarum cauſſarum ſuccenditur febris? Tum quia effectricis cauſſæ quantitas inæqualis eſt, tum etiam quia affectus quem ipſa corpori infert, magnam in maioris minorisq; ratione ſuſcipit differentiam: præterea animantium corpora, alia aliis longè ſunt uel promptiora, uel contumaciora, ad hoc ut à naturali habitu deflectant. Igitur ut non dubitas, quamobrem non quiuis motus laſſitudinem inducat, quippe qui planè intelligis, neque muſculos neque articulos unquam fatigari, niſi ipſorum natura à multo & forti motu uincatur: ita perpendere oportebat, niſi laſſitudo tum magnitudinem, tum moram notatu dignam habuerit, eam totum corpus uitiare non poſſe. Exiguus motus laſſitudinem efficere non poteſt, num exigua laſſitudo ſuccẽdet febrim? aut motus, efficiendi uim ad aliquid relatam habebit, laſſitudo non habebit? Quòd uerò athletarum corpora uehementes

mentes motus, diu citra fatigationem ſuſtinere poſſunt, & nos priuati, ſi paulo ultra conſuetudinem laborauerimus, ægrè feramus, nemo adeò rudis eſt, quin intelligat. Proinde nihil mirum uideri debet, ſi fatigatus aliquis haudquaquam febricitauerit: aut enim leuis fuit labor, aut non ita diu durauit, aut minor quàm pro corporis robore, uel etiam exercitatio ipſa breuis fuit & remiſſa, atque imbecillior quàm pro exercitata natura. Id uerò in igne, re omnium efficaciſsima, uidere eſt: neq; enim refrigeratos calfacere poteſt niſi & tempus habeat & robur. Etenim redeuntes aliquando ab aëre gelido, indolenter per maximam flammam ducimus manus. Neque etiam quamlibet materiam ilico accendit: nam ſtipulæ aridæ, primo protinus occurſu accenduntur: at ligna humida, uiridiaq; ut accendantur, longiori tempore, fortioreq; flamma indigent. Atqui quum nihil horum in igne mirum tibi uideatur, miraris tamen ut laſsitudo inducatur, opus eſſe & magnitudine, & tempore, & corpore quod facile queat accendi. Verùm ſatius fuerit te ob huiuſmodi res nihil mirari, ſed quænam animantium corpora ſuapte natura facile, quæ uerò non ita facile calfieri poſsint, conſiderare. Sed de ijs poſthac audies. In præſentia autem haudquaquam mirabile tibi uideatur, ſi quod facturum quidpiam eſt, indiget & tempore, & magnitudine: præterea, ut proxima ſit ei res, quæ ſuapte natura promptè affici poſsit. Sine his ne ignis quidem quicquam accendere, nec gladius ſecare poteſt: neque aliud quidpiam uel efficaciſsimum agit, ſi uel res, in quam agendum erat, ſit illo ualidior, uel non ſuppetat tempus notatu dignum. Neq; enim lucernæ flammam confertim perfundes oleo, nedum aqua: neque gladio lapides ſecabis, tantum abeſt, ut adamantem aggrediaris. Tamen laborem, calorem, & frigus, & reliqua id genus, ſemper febrem poſſe accẽdere putabis; etiam ſi exigua fuerint, & pauco immorentur tempore, ſiue uniuerſum quoq; corpus ad ſuſcipiendum calorem ineptum ſit. Quod enim iam calidum eſt, magis pronum eſt, ut immodicè caleſcat, quemadmodum frigidum, ut refrigeretur immoderatius. Quod uerò econtrario ſe habet, ineptum eſt: adeò ſtupida, rudisq; eſt eorum, qui huiuſmodi ſcrutantur, quæſtio.

Lib. 4. methodi. Aphor. 50 lib. 2. natural. facult.

Ad actionẽ requiſita. Ariſtot. 6. top. lib. 1. de cœlo & Iuriscon.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 83 sur 428

©BIUM

TACITAE *obiectioni occurrit hoc loco Galenus: quum enim ab his enarratis proximè cauſsis calfieri corpus aſſueuerit, cur ab iiſdem id perpetuò non fiat, longa ac dilucida enarratione explicat: in cauſſa eſſe indicans uel effectricis cauſſæ impotentiam, ac imbecillitatem, uel ſuſcipientis corporis ineptitudinem: ſi quidem è Peripateticorum ſcholis hæc ſunt à proportione minoris inæqualitatis (ut proprijs ipſorum uerbis utar) fieri actionem non poſſe: item, efficientium cauſſarum motus, ſubiecti (ut uocant) peculiarem quandam diſpoſitionem poſtulare: & illud, ad actionem omnem, & tempore, & congrua agentis ad materiam applicatione, ac mora opus eſſe. Inde fit, ut non ſemper caloris immodici effectrices cauſſæ calorem excitent: quod exemplis appoſitiſsimis probare hîc Galenus nititur.*

SVNT uerò alij nihil dubitantes, qui prompte, proteruéq; pronunciant nihil eorum quæ iam dicta ſunt, unquam poſſe febrim excitare. Horum ſtupiditas quidem miſerationem, contentio uerò odium meretur: uerum huiuſmodi ſophiſmata ſoluta ſunt in eo uolumine, quod cauſsis procatarcticis, id eſt, euidentibus, ſeparatim dicauimus. Neque nunc errores confutare, ſed uera duntaxat docere inſtituimus. Redeamus igitur ad id, quod propoſitum nobis erat, nempe, ut ſingulorum ſimplicium morborum cauſſas explicemus, tum præcedentes, tum procatarcticas, id eſt, euidentes: neque fuerit abſurdum lucidioris doctrinæ gratia, eas huiuſmodi nominibus diſtinguere. Eas igitur quæ in animali ipſo conſiſtunt, ſiue affectus ſint, ſiue motiones præter naturam: cauſſas nominant morbum præcedentes. Quæ uerò extrinſecus aduenium, ſi uehementer alterant, immutantq; corpora: eas interim Procatarchontas, interim Procatarcticas cauſſas appellant. Calidi morbi cauſſas in uniuerſum diximus.

Cauſſarum genera.

VVLGARE *quidem illud eſt, lippis atq; tonſoribus notum prouerbium, Qui nihil ſcit, nihil dubitat: quod genus hominum factioſum, arrogans, temerariumq; plerunque, ac impudens eſſe ſolet. Sic enim natura comparatum eſt, ut cui bonæ artes, ac perſpicuitas ingenij, & acrimonia deſint, huic ad ſe oſtentandum, ad inſcitiam uno aliquo uirtutum ſpecimine uelandam & reparandam, plurimi ſubſint fuci, technæ multo maximæ. unde fit, ut qui imperitiores ſunt, & ſolidæ doctrinæ minus hauſerunt, ij ſint omnium longè ad ſe uenditandum appoſitiſsimi. Quamobrem de omnibus (quod uerè Galenus teſtatur) promptè, proteruéq; pronunciant, quiq; nuda adferentes uerba plus ſibi credi poſtulant, quàm qui demonſtrationum uiribus loquuntur. Sed non alios tamen uideas*

In indoctos.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 84 sur 428

uideas ſui confidentiores, non ditiores alios, non loquaciores, ut qui hiſce malis artibus & popularem auram, & regum etiam ac potentum (ſi dijs placet) gratiam uenari ſtudent. Quorum hercle ſtupiditas (ut ait Galenus, miſerationem, contentio, odium meretur. Quos & ipſos ſi cum uno aliquo inferioris notæ uiro commiſſos ſpectes, ut primum ptiſſanam, pituitam, excrementum dicere norunt, ut primum unum, aut alterum Galeni locum adferre, Cumanos leones, aut corniculas Aeſopicas eſſe dicas: tam criſtas erigunt, tam illis ſua placent, & aliena putent. uerum hos ſi naſutus quiſpiam, & bene doctus homo excutiat, magis mutos quàm piſces inueniet, ſtupidos, inſcientes, ineptos. Sed horum inſaniam ne Mercurius quidem cum Muſis ſanauerit. Nos uerò ad propoſitum redeuntes cauſſarum catalogum cum Galeno texamus: quarum ſunt in uniuerſum duo tantum genera, alterum earum quæ in animali conſiſtunt, & præcedentes uocantur, ſeu corporeæ: alterum, earum quæ extrinſecus adueniunt, quas & externas, & præincipientes, & Græcè προηγουμένας τε καὶ συνεχεῖς nominãt. An uerò in earum albo, quæ in animali conſiſtunt, & corporeæ ſunt, coniunctæ cauſſæ adnumerari ſecundum Galenum debeant, etſi hanc rem exactißimè Fuchſius capite primo ſecundi Paradoxorum libri, ſit perſequutus (quod prius fecerat, ſed paulò craßiore Minerua, in eo libro quem Errata medicorum inſcripſit, nos tamen credimus ex corporeis cauſis, & internis, unam aliquam inueniri, quæ affectui ipſi functiones lædenti proxima ſit, & immediata: quam & coniunctam rectè nominare liceat, nec id Galeni doctißimis ſenſis repugnare. Quod nos in uno tantum exemplo apertè, ni fallor, docebimus. In omni inflammatione, id perpetuò uerum eſt, ex amplioribus, atq; maioribus uaſis, ad minora ſemper, atq; ab ijs, in uacua tandem membrorum ſpatia fluxionem deſinere, quoad inſigniter conſiſtens, locumq; opplens, membri functioni incommodet: quod millies in mille locis Galenus teſtatur. Sequi ex hoc uidetur, in huius generis morbis ſubeſſe quippiam, quod cauſſæ coniunctæ naturam obtineat: is nanq; humor qui propius locum obſeßit, & à quo protinus affectus ſequitur functiones lædens, is ſanè coniuncta illius cauſſa dici merito debet. in pleuritide (exempli cauſſa) uitioſus ſuccus membranæ coſtas uestienti inhærens, pleuritidis contentiua, ſeu continens cauſſa merito dici poterit. Si quidem quum præter naturam ſit, aut morbum eſſe oportet, aut morbi cauſſam, aut ſymptoma morbi. Morbum autem eſſe nemo, niſi inſanus, dixerit: quum non ab eo humore primò membri functio lædatur, ſed ab affectu potius, quem is concitauit humor, nempe oborta inflammatione. Item, quum affectus ipſe, ſeu morbus, qualitas quædam ſit (uti in Prædicamentis Ariſtoteles) humor autem morbum inferens, ſubſtantia, probè conſequitur, unum, alterum non eſſe. Sed neq; rurſus ſymptoma erit, quum hoc, uel ſuapte natura, affectui ſuccedere ſoleat, atque illum ſequi, uelut umbra corpus: qui uerò inflammationem facit humor, ipſam præcedere, non ſequi conſueuit, ad id perpetuò repugnante natura, quæ hunc ordinem rebus præſtituit, ut cauſſæ ſuos effectus naturâ præcedant. Supereſt igitur ut morbi effectrix cauſſa impactus in membrana humor cenſeri debeat. Sed quum nulla affectui propior ſit, quid uetat hanc rectè con-

An ſit cauſſam coniunctam dare.

Lib. de Inæ. intem. & x. Metho. & 14.

Capite de Qualitate.

Cauſſæ ſuis effectibus natura priores.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 85 sur 428

©BIUM

tinentem, ſeu coniunctam dicere, quaſi immediatius morbum continentem, ob quod id nominis meruit? ſic enim Galenus proximas quaſq; cauſſas continentes appellare ſolet. Nam Aphoriſmorum v 11. ſtatuo ſum ſpiritum, ſpumoſæ pituitæ quæ in uentris profluuijs excernitur, continentem, ſeu contentiuam cauſſam eſſe aſſerit. Quod & Fuchſius ingenuè confitetur, Galenum ſcilicet inibi cauſsæ quidem coniunctæ mentionem facere, at non ut morbificæ, ſed ut ſpumoſæ pituitæ. Quod etſi uerũ eſt, negari tamen nunime poteſt, ipſum etiam Galenum in morbis cauſſam ut uocant, coniunctam ſtatuiſſe. Quod uel ex primo de Pulſuum cauſsis probari apertiſsimè poteſt, ubi ea de re ad hunc modum Galenus loquitur: Cauſſæ, inquit, quæ pulſus uariant, partim generationis eorum ſunt, partim tãtum alterationis. Generationis tam uſus, cuius gratia fiunt: quàm facultas abs qua: tum inſtrumenta per quæ diſtenduntur. Alterationis cæteræ omnes, & quæ præcedentes appellantur, & quæ his ſuccedunt, externæ. Nam tertium quidem eſt cauſſarum genus non in pulſibus modò, ſed in alijs cunctis, unum quod primum eſt, & præcipuum, quod quidem continens appellant: cuius inde appellatio deducta eſt, quòd illorum eſſentiam contineat: quæ ut modo diximus, generationis eſt cauſſa. Hæc Galenus. Vnde conſtat non in pulſibus modo, ſed & in cunctis alijs generationis cauſſas habentibus, quod Galeni uerba apertiſsimè ſonant, cauſsas inueniri continentes, & primas, quibus eius quod fit, generatio adſcribatur. Si itaque in cunctis penè alijs, cur non & in morbis tales erit aſsignare cauſſas? præſertim quum morbus, unum ſit eorum quæ generantur, latius ſumpto (uti Medici ſolent) generationis nomine. Quo pacto & pulſuum eſſe generationem quandam Galenus aſſeuerat: quum pulſus in ſe, non ſubſtantia ſit, & per ſe ſubſiſtens ens (ut Philoſophorum more loquar) ſed actio quædam, & motus uitalis in nobis facultatis. Quamobrem pulſuum generatio propriè eſſe non poteſt, ſi Ariſtotelis ſenſa ſequimur. Non dubium igitur quin eorum quæ generantur omnium, hoc eſt, quæ quodammodo fiunt, cauſſas primas, & continuas Galenus aſsignet: quod & in morboſis ipſum aliquando ſymptomatis effeciſſe, mox oſtenſuri ſumus. Locus eſt in commentarijs ad ſecundum præſagiorum Hippocratis, commento, ni fallor, 43. hoc eſt, nouæ uerſionis capite octauo, de Screatione. Ibi enim facilis, & promptæ Screationis, item & difficilis, cauſſas reddens, uacuationis eiuſmodi duplicem adfert, primam, & continuam cauſſam, materiæ ſcilicet uitium, & facultatem thoracis motricem. ubi namq; tenuior, & aquoſior fuerit impactus in pulmone humor, aut plus iuſto craſsior, & tenacior, facultasq; mouens imbecilla, tum difficilem reddi ſcreationem eſt neceſſe, ubi contrà, facilem. Itaq; quoties thorax ualidè ſuo fungitur officio, & humor in fiſtulis pulmonis conditus modicè craſſus fuerit, facilè ſcreatur. Si uero neutrum exiſtat, difficilè, ægreq;. An non & hic Galenus continuæ, & coniunctæ cauſſæ in morboſo hoc ſymptomate meminit? Nempe (ait) ſi materia admodum tenuis ſit, & aquoſa, uix ſcreatur: ut quæ circiter in pulmone circunfluat. Hæc enim prima cauſſa uacuationis eſt, quam etiam continuam nominant. Sed rurſus 2. Methodi curatiuæ non ne illius meminit ad hunc modum? Proponatur (inquit) iam quemadmodum uen

Commen. xxx.

Primo de Generatione, cap. 3. & 4.

©BIUM

dum uentriculus malè concoquens, nobis ſit corrigẽdus. Verba autem faciemus non ſolum contra Methodicos, ſed etiam contra eos rationalium, qui non cognita ipſius actionis prima cauſſa, quam continentẽ etiam nominare ſunt ſoliti, methodo quadam, ac ratione conſtitui poſſe artem putant. Hæc Galenus. *unde apertißimè conſtat ipſum non ſemel coniunctæ cauſſæ non tam ex ſua, quàm aliorum ſententia meminiſſe. Quod ſi in facili, difficili'ue ſpiratione coniunctam eſt dare cauſſam, ſymptomatis eſſentiam continẽtem, cur non idipſum liceat in affectibus ipſis, quorum ſunt iſthæc ſymptomata? nempe ſi ſymptomatum eſſentia morbum ſequitur, habentq; ſuæ generationis primas, & continentes cauſſas, cur non magis qui uerè morbi ſunt, peculiares, ac proprias ſunt habituri, quibus morbi eſſentia tribuatur? quum præſertim axioma ſit medicum,* Nihil ſine cauſſa fieri. *Quod idẽ eſt, ac ſi dixeris,* Nihil eſſe in humano corpore, *cuius non iuſtam ſit, ac legitimam dare cauſſam, cui effectum præcipuè adſcribas. Alioqui, ſi talem non ſit dare, nihil unquam fiet, immutabitur nihil, nullius rei generatio fiet. Nam quæ externæ ſunt, & præcedentes cauſſæ, etſi ad cuiuſque rei productionem non minimum operentur, eius tamen quod fit, propriæ, & adæquatæ cauſſæ non ſunt: cum productæ rei eſſentiam non contineant, quod coniunctæ cauſſæ proprium, ac peculiare eſſe uult Galenus: uti ex primo de Pulſuum cauſſis paulò antea monſtratum.* Hæc mea de coniuncta, *ut uocant, cauſſa ſententia: quam & ipſam quum latius in libro Enarrationum medicinalium ſimus explicaturi, eam hoc ſine claudere uiſum eſt.* Nec eſt *quod naſutus aliquis me iſthæc in Fuchſij, uiri nunquam ſatis laudati, & de re medica optimè meriti, odium paraſſe exiſtimet, neq; ut illi aduerſus in ſententia irem. Nam ut illius eruditionem, atq; in Græcis pariter ac Latinis uariam lectionem, ingenij dexteritatem, animiq; candorem unicè probo: ſic cultis illius laboribus, ac fructuoſis, & impendiò delector, & ubi res poſcit, utor: tantum abeſt, ut liuore, aut inuidentia ei obſtrepere uelim, cui ex animo fæueo. Sed ut in re ſeria, & animaduerſione digna meam & ipſe pro ueritate, ut puto, ſententiam dicerem, hæc qualiacunq; parare, & in publicum proferre conſtitui, ſperans fore, ut qui melius ſentient, meliora & ipſi docebunt: qui meliora non habuerint, iis pro obſonio fortaſſe utentur.*

CAPVT III.

TRANSEAMVS itaq; ad frigidum: cuius multæ ſunt numero cauſſæ: ut frigidorum uicinitas, cibi, potusq;, tum quantitas, tum qualitas, item conſtipatio, & rarítas, præterea, & otium, & motus immodicus: ab huiuſmodi enim occaſionibus, ignis quoque extinguitur. Nam ſi exiguæ prunæ niuem plurimam, aut glaciem adhibeas, aut frigidam aquam infundas, ipſam illico extingues. Item ſi aër nos ambiens ſummo frigore afficiatur, quale potiſsimum apud Iſtrum horis brumalibus graſſari

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 87 sur 428

©BIUM

graſſari ſolet, uidebis non ſolum lucernam ſub dío expoſi-
tam,uerum etiam omnem ignem exiguum protinus extín-
gui. Atq; ſic uincit ignem rerum præfrigidarum uicinitas.

EAdem Methodo *frigidorum hoc capite morborum cauſſas,qua calidorum ſu-*
periore, inueſtigat: oſtendens quæ, quotuplicesq; ſint in uniuerſum eorum
cauſſæ. exempla adamußim proponens, quibus quod dictum eſt, probari ceu
manuductione quadam,inſinuariq; poßit. Frigidorum itaq; morborum cauſſæ
ſunt,frigidorum uicinitas corporum,cibi,potusq; tum quantitas,tum qualitas,
conſtipatio,raritas,otium,& motus,ſi immodica fuerint. Horum porro nõnul-
la,propria ui refrigerando, & alterando frigidos creant morbos: ut uicini-
tas,cibi, potusq; naturà frigidi. Nonnulla idipſum non primò, & per ſe, at
innatum calidum præfocando, ipſiusq; & uaſorum diffflationem prohibendo,
ut ciborum nimia ingeſta quantitas,conſtipatio,& eius generis reliqua: rari-
tas uerò,plus æquo fundendo,ac digerendo: eademq; ratione otium,& motus,
ſi modum exceſſerint. Ignem uerò & aërem ex frigidorum uicinitate à ſua
ipſorum naturà immutari, manifeſtum ob id facit, ut per ſimile, quippiam tale
in nobis fieri intelligamus. Aëris porrò frigidioris tanta eſt, ut aſſerit Galenus,
uis, atq; potentia, ut quæ ſub eo lucernæ accenduntur, aut mox uictæ extin-
guantur, aut certè imbecilles, ac uixdum lucem, caloremq; mittentes, ueluti
egelidæ permaneant. Quod apud Iſtrum celebrem Germaniæ fluuium, cui &
Danubio nomen,fieri Galenus comprobat. Quod ſi hæc frigidorum uicinia in
igne,& aëre tantum poteſt, ſimpliciſſimis utique corporibus, & non maximè
patibilibus, quid in nobis nulli non pathematum generi expoſitis poſſe cre-
dendum eſt?

Frigidorum morborũ cauſſæ.

De Iſtro uide Plin.lib.4. nat. hiſt.cap. 12. & Soly.cap.23.& Stra.lib.1.

ALIMENTORVM autem uel abundantia, uel defectus,
aut aliena qualitas,ad hunc illi modum officit: magna qui-
dem lignorum ſtrues,ſi confertim exiguæ flammæ inijcia-
tur,ob immodicæ quantitatis exceſſum,eam ſuffocabit. At
ſi nulla penitus, aut pauca admodum ligna ſuppeditaueris,
tabeſcere flammam uidebis: idq; ob alimenti uel defectum,
uel paucitatem. Sic lucernæ flammam & minui, & ferè ex-
tingui uidemus: ubi proprium ipſius alimentum à iuſto
modo aberrauerit. ſiue enim nimis parce oleum adhibeas,
ſiue affatim plurimum infundas, noxam non uitabis. At ſi
liberaliter quidem materiam adhibueris, ſed quæ ſuapte
natura uel accendi non poſsit, uel uix accendatur, ilico mi-
norem reddes flammã: ut ſi oleum aquæ mixtum,in ignem
effundas. Porro autem ſi aërem,qui flammam circundat,in-
cluſeris, ac immodicè rarum effeceris, uidebis flammam &

diminui

diminui, & penè extingui. Atqui claudítur uel ſub medica cucurbitula, uel uaporatorio cubículo, uel alío quopíam íd genus inſtrumento, uel etiam camino: ſi ipſius foramina obítruxeris. Quod ſi in loco aprico, ſole uehemẽter æſtuan te, ignem accendas, uel fortíore ipſum flamma circundes, uídebis tum ímbecilliorem flammam tabeſcere: quippe quæ ab externa flamma, utpote fortíore, & laxíor fit, & uehementer díſſípatur. Neq; non perſpicuum eſt, ſi eam uentílaueris, hoc eſt moueris, augebis: ſi quidem modicè íd feceris: nam ímmodica uentílatío díſſoluit, díſſípatq;. Ita uentos, à quíbus uſus aliquis expectatur, oportet flammæ ſemper pro portíone reſpõdere: nam maiores quàm pro ípſius ratíone, ípſam díſcutiunt, non uentílant. Hínc manifeſtum eſt flammam aduentítio motu indígere, ut íncreſcat, modo is non ſit ímmodícus. Nam quæ omnino non uentílatur, tabeſcit: Quæ uerò ab externo motu ímmoderatíus íruente agítatur, ea díſſípatur, & díſcutítur.

Libro. 1. tempe.

QVODCVNQVE *modum non ſeruat, naturam temperiemq; noſtram haud parum certe immutat: quum exceſſus omnis naturæ ſit, uel maximè contrarius, ſi Hippocrati Galenoq; creditur. Omnis imq; cibi ſeu abundantia, ſeu defectus, adæqui hominem alterat, eademq;, ſed alio, atq; alio modo, incommoda parit. Abundantia quidem (ceu paulo anteà dictum) uaſa coangu ſtando, ſubindeq; innati calidi diſſiationem prohibendo, atq; ob id, qui ad ſummum bonitatis habitus peruenerunt, ſummo in diſcrimine uerſantur, ſi in extremo conſtiterint, uti primo Aphor. Hippocrates: defectus certe, alimentum adimendo, ſuccos conſumendo, attenuando, calidi natiui robur exoluendo refrigerat. Nec mirum contraria in eodem idem efficere: quum non utraque unum eodem pariter modo faciant, ſed alterum per ſe, & primò, alterum per accidens, & obliquè. Cuius generis pleraque in rerum natura inuenire licet. nam uinum & calfacit, idem & refrigerat: ſed primum per ſe, alterum per accidens, utiq; ſi immodicè ſumatur. Motus item commoderatus totum corporis habitum calfacit, immodicus refrigerat. Hoc autem ipſum totum quod de ciborum tum quantitate, tum qualitate adfert Galenus, familiari de lignorum acerno ac ſtrue ad exiguum focum, exemplo comprobat: atque item conſtipationem, raritatemq; nimiam concepti nonnunquam frigoris cauſſam eſſe. Quod & ipſum eodem penè experimento de igne, uel loco anguſto occluſo, uel in uaſtum expoſito affirmat. Quæ cum ex ſe pateant, intellectuq; ſint facilima in ijs explicandis plus operæ ponere non eſt uiſum.*

1. aphor textu 4. & 5 1. & eorundem cõmentis, & in arte parua cap. 89.

Contraria interdum idem in eodem efficere.

IGITVR primæ cauſſæ ſpecies frigidum morbum indu-

m cet, ſi

cet, ſi frigida res, quæcunq; illa fuerit, extrinſecus acciderit, ſiue ſolo contactu, ſiue potentia, id efficiat. Sic natantes in aqua frigida, aut infeliciter loti, aut per loca frigida ambulantes, periculum ſubierunt: quippe nouimus quoſdam qui priuſquam domum reuerterẽtur extincti ſunt. Ob eam uero, quam ſecundo loco dixímus, cauſſam, nonnulli apoplexía, aut morbo comitiali laborauerunt, aut ſenſus motionisq; incommodum ſubierunt, aut alío quopiam pacto refrigerati ſunt, idq; ob ebrietatem: quamuis uínum, ſi modicè ſumatur, intimum calorem augere poſsit, quippe quod ſit alimentum maxime familiare, & optimi ſucci cíbus, & qui plurimum alimenti præbere poteſt: ſi tamen animanti immoderatíus ingeratur, frígidos morbos excitabit. Præterea tum cibi, tum potiones ſuapte natura frigidiores, ipſi quoque inter frigidorum morborum cauſſas numerantur: cuiuſmodi ſunt papauer, mandragora, hyoſcyamum, cicuta, atq; íj præ nimío frígore mortem quoq; inducunt.

PHILOSOPHICO *more de frigidorum morborum cauſsis hactenus tractauit: quæ nunc pro medici officio, in hominem conuertere uolens, propoſito ſuo accommodat: indicans quo pacto quis à frigidorum uicinitate noxam ſentiat. Sentiunt autem, quicunque per niuoſa, imbribuſq; referta loca diutius ambulantes, torpidi, ſegnes, conuulſi, emortui tandem domum reuerterunt. Ciborum autem immodica copia, ad expoſitum antea modum, attonitum morbum, quem apoplexiam dicunt, comitialem, reſolutionemq; creare ſæpenumero ſolet. Qui enim nullam aut uictus, aut concoctionis rationem habendam cenſent, íj protinus ab immodica ciborum copia crudorum aceruant ſuccorum multitudinem, unde frigidi oriuntur morbi, idq; maxime ſi ad hanc ciborum ingluuiem, temulentiæ, & bibacitatis accedat licentia, quæ quantum in exitialibus creandis morbis momenti habeat, íj probe norunt, qui in euoluendis medicorum ſcrinijs pluſculum operæ poſuerunt. Quippe* Galenus *millies in mille locis teſtatur immodicè hauſtum uinum apoplexiam, reſolutionem, tetanum, conuulſiones, commata, comitialesq; creare. Hoc ipſum* Aëtius, Paulus, *& inter Arabes non pœnitendus autor* Haliabbas, *omnes uno deniq; ore fatentur. Quin &* Plinius *extremo capite libri* XIIII. *Naturalis hiſtoriæ ebrietatis inſignes prouentus referens, extremum homini malum eſſe teſtatur: ut à quo & pallor, & genæ pendulæ, & oculorum ulcera, & tremulæ manus, & furiales ſomni, & inquies nocturna, & ſummum tandem ebrietatis præmium, libido portentoſa, & ex ore halitus fœtidi, & mors tandem ſequatur. An non eximia hæc ſunt intemperantiæ, gulæq; præmia? Sed ut hæc uinum facit immodicè ſumptum, ſic certè modice, eximium præſtat corpori alimentum, maximeq; familiare, uel omnium autorum ſententia.*

Gal. 1. de Mor. cauſs. & 5. item 3. de tẽpe. & 5. Aphor. com. 5. pluriesq; alibi. Aët. lib. 6. cap. 27. & 43. Paul. lib. 1. cap. 95. Hal. 5. theo. cap. 30.

Ceterum

CAETERVM, maxima conſtipatio (hanc enim in tertio cauſſarum,quę frigidos morbos pariunt,ordine ſtatuimus) & graues ſopores,& ueternum et,apoplexiam afferre ſolet. Atq; hoc eſt quod Hippocrates ait, ſi de repente quis obmutuerit, uenarum interceptiones corpori moleſtiam infe- Lib. 4. Vict. acut. aph. 23. runt. utraq; ſanguinis uaſa,quemadmodum & maiores, uenas nominans. Quanquam recentiores, alterum duntaxat genus,nempe id quod non pulſat,uenas appellant,quandoquidem arteriæ quoque in animante intercipiuntur, id eſt adeo implentur ſanguine, ut nullum in ipſis ſuperſit uacuum ſpatium, in quod inter dilatandum externum aërem illicere queant. Atq; ob id intimus calor tum præfocatur extinguiturq;, & eorum qui ſic afficiuntur corpora, ſubito mouendi ſentiendiq; uiribus priuantur. Iam in libro de Pulſuum uſu demonſtrauimus,ideo pulſare arterias,ut ſeruetur in omnibus animantis partibus caloris temperies. Item in opere de Vſu reſpirationis, quòd ipſa quoq; caloris,qui in corde continetur,ſeruat temperiem. Igitur quemadmodum externa flamma ilico perit, ſi ambiens aër arceatur, quominus illi communicet, ut cum in uaporatorio cubiculo,aut cucurbitula, aut in alio huiuſmodi uaſe includitur,ita animantis quoq; calor ocyſsimè peribit,ſi ipſum cohibeas, ac includas, ut nullam poſsit cum circunfuſo aëre habere communicationem. Igitur cordis calor ambiẽti nos aëri per gutturis meatum communicat: hunc ſi occluſeris, ilico præfocabis,interimesq; animantem. At calor, qui per uniuerſum corpus in arteriis cõtinetur, tum per cor ipſum, quatenus faucibus communicat,tum per uniuerſam cutem, in abientem nos aërem reſpirat: ac uentilatur quidem,cùm attolluntur arteriæ, purgatur uerò à fuligine, cum contrahuntur. Atqui utroq; horum naturalis ipſius modus ſeruatur. Nam quum arteriæ conſtipantur, aut à plurimo ſanguine, ut nuper diximus, aut obſtructis earum oſculis, ut haudquaquam tranſpirare poſsint, neceſſe eſt calorem quidem extingui,corpus uero ipſum emori.

QVAE *ab externo aëre, aut alioqui quocunque alio medicamento conſtipare potente fit ſtipatio,ſi uehemens ſit,& cerebrum pertingat, ſoporem, Lethargum, apoplexiam inferre ſolet: quòd hæc omnia ſtipatorum meatuum pathemata ſint, uti in de Locis affectis apertè monſtratur: inquiente nimirum Hipp*

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 91 sur 428

Vocis interceptæ causa.

pocrate, uocis de repente interceptæ causſam eſſe, uenarum conſtipationem. Sic enim libro de Sacro morbo, Quum uenæ (inquit) pituita clauſæ, ſpiritum aëra'ue non ſuſcipiunt, mutum, non ſentientem ; hominem reddunt. Rurſuſq; quarto, de Ratione uictus acutorum, Si repente quis obmutuerit, ait, is uenarum concluſione moleſtatur, textu xx. Vaſorum itaq; ſtipatio intimum in nobis calorem præfocat, extinguitq;, ſi malida ſit, nullo tum relicto uacuo ſpatio, in quod ſeſe uenæ, diffiatione calidi innati attollere queant. Quibus ſuo ipſarum officio priuatis, neceſſe eſt calidum extingui. In hoc enim creatas eſſe, ut caloris natiui in nobis temperies ſeruetur, libris de Pulſuum, & Reſpirationis uſu exactè monſtratum eſt. quod & ipſum appoſitiſſimo de flamma exemplo probare contendit Galenus. Etenim qua ratione externa flamma extinguitur excluſo, cui communicet, aëre, aut angustiore effecto, ſic certè caloris, qui in corde eſt, temperies, extemplo tota perit, ſi nullam poſſit cum circunfuſo aëre communicationem habere. Cum is ſit reſpirationis in nobis uſus, & utilitas, ut frigidi aëris ingreſſu, calidi natiui temperies ſeruetur. Quod & ipſum ſpirandi munus, tum oris, tum narium admuniculo atq; arteriarum obimus: fitq; intromiſſi aëris per aſperam arteriam cordi communicatio. Nam quæ per totum fit aëris ad cor tranſmiſſio, ea propriè tranſpiratio, non ſic autem reſpiratio dicitur: quæ eſt Galeni pluribus in locis ſententia. Ventilatur itaque calor arteriarum elatione, quem motum Græci διαστολὴν uocant, purgatur à fuligine corpus iiſdem coarctatis: quod contractionis genus συστολὴν nominari uolunt. Hoc igitur arteriarum, uenarumq; munere, caloris natiui fouetur ſubſtantia, hoc cordis calor temperatur, hoc uitales reparantur ſpiritus: & in ſumma, hoc uigente, uitam ſeruari, pereunte, extingui uitæ fontem, corpuſq; contabeſcere, eſt neceſſe.

Reſpirationis utilitas.

xi. therā. & li. de plenitu. Vide Gal. 4. de uſu par. cap. 15. ad finem.

Venarum & arteriarū munus quid faciat.

QVOD ſi modica fuerit conſtipatio, natiuus calor ob ipſam non neceſſario afficietur. Quumq; in animantis corpore ueluti fuliginoſa quædam, aut fumoſa excrementa contineantur, tum aliud natiui caloris pathema conſiſtet, aliud uero, ſi uaporis ſuauis, utiliſq; naturam referat. Horum uero utrunq; biſariam diſcriminatur. Etenim optimus in corpore ſanguis, nullius uitioſi excrementi permixtione turbatus, quum calefactus eſt, uaporem reddit optimum, qui nihil ſecum ferat igneum, neq; acre, huiuſmodi corpus ſi modicè conſtipetur, breui uel plethoricū, id eſt, oppletum, uel calidius quàm pro naturali habitu, reddetur: plethoricum quidem, quum per ignauiam exercitationem neglexerit: ita enim retinentur in corpore ea, quæ per motum excerni oportebat. Calidius uero, quum exercitatur: ut pote aucto ad motum natiuo calore, qui ob corporis conſtipatio-

Plethoricum corpus.

Lib. 1. fol. 4.

nem non

nem non transpirat. At si corpus fumoso excremento refertum, constipetur, tum, aut febris excitabitur, ob clausum intus fuliginosum uaporem, aut præfocabitur, extingueturq; calor natiuus. Atque utrunque horum consequitur & excrementi multitudinem, & constipationis fortitudinem. Nam si plurimum fuerit fumidum excrementum, quod indigebat uacuatione, & constipatio uehemens, ne sub excremento præfocetur, extinguaturq; insitus calor, periculum est. Si uerò paucum sit excrementum, & non ita uehemens constipatio, febris accendetur. Atque hinc perspicuum est, quòd & naturales, & aduenticios corporis affectus, per quos uel fuliginosum, uel fumidum, uel uapore refertum sit id quod transpirat, nosse oportet. Sed hæc in tractatu de Medendi methodo persequemur: nunc ad institutum redeamus.

Febris quando accendatur.

NON *ad omnem omnino stipationem refrigerari immodicè corpus, extinguiq; animans, longa hîc serie testatur Galenus. Alia tamen, atque alia ad exiguam constipationem symptomata sequi, pro excrementorum intus redundantium uaria natura, atque temperamento, planum facit. Siquidem quæ in uasis, & uacuis corporis meatibus subsunt excrementa, si nutia sint, non nidorosa, acuta, fuliginosaq;, transpirare tamen ob uasorũ constipationem nequeant, corpus quidem plethoricũ reddent, hoc est, succis refertum: nam Plethoran, succorum æqualiter se habentium exuperantiam esse Galenus uult. Exuperare autem succos tum maximè necesse est, quum differi prohibentur: quod tum maximè fit, quum stipatis uenis suo ipsarum munere fungi non possunt. Quamobrem uerissimum illud est, stipatis uasis plethoran sequi, uel si excrementa acria sint, & biliosa, febrem, putredinemq; accendi. In ijs enim quæ non diffiantur corporibus, extraneus succendi calor, putredoq; oriri solet: primo de febrium differentijs, & item* XI. *Methodi.*

Plethora.

3. & 6. de sanit. tu. & 4. Meth. & lib. de plen.

IGITVR ut constipatio refrigerationis subinde causa est, ueluti iam diximus, ita raritas quoq;, si modum non seruat, discutiendo, dissipandoq; natiuum calorem, corpus frigidius reddit. Atque hæc, nempe constipatio, raritudoq;, interim in uniuerso animali, interim in singulis partibus, similiter euenire possunt. Etenim per arteriarum tum obstructionem, tum plenitudinem, si qualis fuerit totius corporis affectus, talis sit in parte quapiam, ob arterias in ipsa sola affectas, necesse erit partem itidem ut totum, morbo laborare. Atque ea quæ extrinsecus adhibentur, tum medica-

Cõstipatio. Raritas.

©BIUM

menta, tum aquæ medica ui præditæ, ac frigidæ, item aër nos ambiens, partem ipſam immodicè uel raram, uel conſtipatam reddere poſſunt. Præterea uincula nonnunquam uiolenter uel ipſi particulæ iniecta, uel ſuperioribus circumligata, & uita partem priuant, & eam refrigerant: quippe quæ eam priuant ea communicatione, qua principi animalis parti conſentit, quæ & natiuum illi calorem, & facultatem arterias mouentem tranſmittit.

FRIGIDORVM *morborum extrema ſupereſt cauſſa, rarius: quæ & ipſa ſi immodica ſit, corpus refrigerat, calidum utiq; diſſipando. Quamobrem, quod* Comment. 15. *Galenus primo Aphor. ait, æſtate ad ſibi ſimilem protenſa innata caliditate, eius ſubſtantiam id temporis diſſolui, ac diſſipari contingit. Vnde fit, ut neque coctiones, neque ſanguificationes (ſic enim noſtri loquuntur) neque nutritiones æquè uti hyeme procedant, ab nimia ſcilicet raritate diſſipato calido natiuo, horum operum omnium artifice, atque effectore. Rarefaciunt autem immodicè & calorem diſſipant, labor nimius, immodica Venus, aëris conſtitutio calidior,* Diſſipantia ca lidum innatũ. *intempeſtiua ſtudia, curæ animi & perturbationes reliquæ ſi uim animo inferant, cibi potioneſq; diſcutiendi ui præditæ & medicamentorum ſoluentium creber uſus. A' quibus omnino, ſi immodica fuerint, frigidi expectandi ſunt morbi, ac demum animantis interitus.*

CAPVT IIII.

DE MORBIS tum calidis, tum frigidis, ſatis dictum eſt: de ſiccis deinceps diſſeramus. Igitur ſi aliquis plurimum quidem tranſpiret, ſed parcè nutricetur, idq; alimẽtis quibus ſiccandi facultas eſt, is facile ad ſiccum morbum perducetur: idq; maximè ſi ſolicitudine, uigiliſq; torqueatur. Itidem aëris nos ambientis ſiccæ conſtitutiones, animantium corpora aridiora reddere ſolent. Sic etiam aquæ uel nitri, uel ſulphuris, uel aluminis, uel bitumínis, aut alterius id genus qualitatis naturam ſeruantes, ſi quis in ipſis natauerit: item medicamenta quæ exiccandi potentiam habent, ſiue deuorentur ad interna, ſiue extrinſecus adhibeantur, ipſa quoque exiccant. Atqui de his amplius dictum eſt in opere de medicamentis. Hæ quidem ſunt ſiccorum morborum cauſſæ.

QVæ *ſint morborum tum calidorum, tum frigidorum cauſſæ, abunde iam dictum eſt: ſiccorum nunc recenſendæ cauſſæ. Igitur ſi uel labore multo, uehementiq; corporis agitatu, uel rariore ſecundum naturam habitu, uel calidiore cœli, aërisq; conſtitutione, uel immodica Venere quis plurimum tranſpiret, hoc eſt,*

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 94 sur 428

hoc eſt, ſuccos effluere cogat (nam hæc, effluxus humorum, tranſpiratuſque proximæ ſtatuuntur cauſſæ) accedat autem alimenti penuria, iam tum quod effluit, eo quod aſſumitur multò eſt amplius. unde ſiccari quidem corpus eſt neceſſe: idq; potiſſimum ſi cibis ſiccandi facultate præditis utatur, quales ſunt cruſtaceus panis, cibarius & ſiligineus, ſalſa omnia, acuta, amara, & ex leguminibus pleraq;, uina uinoſa, et uetuſtate acriora reddita. Nam & quæ nimium calfaciunt, exiccandi quoq; uim habent: uti Galeno uiſum eſt. Ex *fructibus, quicunque adſtringentis, & ſiccantis ſunt facultatis.* Ex *carnibus leporinæ, & ſylueſtres penè omnes, quæq; in ſaltibus, nemoroſiſq; locis degunt.* Ex *cauſſis item ualidè ſiccantibus ſunt, ſollicitudo, mœror, uigiliæ, metus & id genus animi pathemata, quæ corporis ſtatum à naturali ſymmetria non minimum immutant, & alterant, uel Galeni teſtimonio. Aëris uerò ſiccæ, Aquilonaresq; conſtitutiones idipſum faciunt: quomodo enim affectus eſt aër, ita corpora affici noſtra eſt neceſſe, ex Hippocratis, & Galeni ſententia: & in uniuerſum, medicamenta potioneſq; eius generis, & balnea ſulphurea, nitroſa, aluminoſa, ferrea, ſimilem creduntur facultatem habere. Morbum porro ſiccum eum dicimus, quo corporis ſucci, humidioriq; ſubſtantia in dies abſumitur, ac uniuerſi per eum corporis habitus in tabem delabitur.*

Exiccãtes cibi.

5. de ſani. tuen.

In arte parua.

3. Aff. 2. de criſibus. & in cõmentar. ad. pri. epidimi. Hip.

Morbus ſiccus.

CAPVT V.

QVIBVS humidorum morborum cauſſæ omnes opponuntur econtrario: ut ſunt alimentorum quibus humectandi uis eſt, copia, potus plurimus, mollis educatio, animi tranquillitas, crebra in balneis dulcium aquarum conuerſatio, præſertim à cibo, uita otioſa, & ignaua, imbres plurimi, temporum conſtitutio humida, & medicamenta quæ humectare poſſunt.

Plaut. 2. Lib. ... epid.

Fasr. 2. aph. ...

HVmidorum morborum cauſſæ in promptu ſunt, ſi quis ſiccorum cauſſas præcedenti capite habitas ritè animaduerterit: nam oppoſitorum oppoſitæ ſunt & cauſſæ, & rationes. Humectabunt igitur quæcunq; corporis ſuccos reficere, augere, membrorumq; natiuum humorem ampliorem reddere poterunt. De quibus exactè Galenus in litera.

CAPVT VI.

IAM SATIS manifeſtum arbitror compoſitorum morborum compoſitas quoq; cauſſas eſſe. Nam ſi calida cauſſa ſimul cum ſicca conueniat, calidum, ſimul & ſiccum morbum oriri neceſſe eſt: ſi calida, & humida, calidus quoque, & humidus prodibit morbus. Ita in reliquis duabus coniugationibus perpende, nempe frigida, & humida, ac frigida, & ſicca.

Compoſi

Axioma medicum.

COmpoſitorum morborum compoſitas eſſe cauſſas, uti ſimplicium ſimplices, æquè omnibus in confeſſo eſt. Ex axiomatum enim medicinalium numero unum hoc eſſe putant, ſimplicium ſimplices, compoſitorũ compoſitas eſſe cauſſas: ac proinde nullum in ſe probationis genus admittere, ſed ſua ipſius abunde fide conſtare, plerique omnes exiſtimant. Cauſſa igitur quæ calidum, ſimul & ſiccum inferet morbum, ea calida, ſiccaq; erit: quæ frigidum, & humidum, ea ad eum modum frigida quoq;, ac humida: ſicq; de reliquis.

CAETERVM dicamus & id quoq;, quod ad hunc ſermonem neceſſario addi, ac definiri oportet: nempe quòd corpus ſubinde alteratur, omnibus cauſis conformi inter ſeſe concordia conuenientibus, ſubinde uerò ob contrarias facultates inter ſeſe diſcrepantibus. Atque interim uincunt illæ quæ ſunt uel numero plures, uel tempore diuturniores, uel robore potentiores: interim ab utriſque ex æquo corpus noxam ſuſcipit. Accidit autem (licet fieri non poſſe uideatur) ut idem corpus ſimul & calidius, & frigidius, aut ſimul & humidius, & ſiccius, quàm pro naturali habitu, reddatur. Vocatur autem hæc intemperies inæqualis: idq; non ab re. De qua ſeparatim in alio uolumine, prout res ipſa poſtulabat, differuimus. uerum non eſt nobis in his diutius immorandum.

Intemperies inæqualis.

AD PRAESENTEM de morborum cauſis tractationem illud addi, definiriq; oportebat, uariè corpus alterari poſſe, extráq; propriam duci naturam. Interdum nanque, quæ unum aliquod morbi genus pariunt cauſſæ, omnes concidunt, communiq; conſenſu ualidè corpus immutant. Nam ſi & motus immodicus, & putredo, & calidi uicinitas, & ſtipatio, & calfacientium uſus, unà conueniant eidemq; corpori negocium faciant, iam ab ijs in unum coëuntibus cauſis immodicè ad calidum alterabitur corpus. Ac quanto plures coierint cauſſæ, eo maior à iuſto temperamenti modo in humano corpore euerſio fiet, tumq; conformi (quod Galenus ait) concordia alterare dicuntur: quòd omnes ſimul cauſſæ ad unam tantum intemperiem corpus ducant, calidam ſcilicet, aut frigidam, ſiccam, aut humidam, pro cauſſarum utique uarietate. Euenit autem non raro, ut contrarijs inter ſe qualitatibus pugnantibus cauſis, malè corpora afficiantur: ut quæ inæquali intemperie laborare dicuntur. Quæ & ipſa calida ſæpenumero, ſimul & frigida eſt inuenire, prout altera qualitatum in quibuſdam membris, altera in alijs uim ſuam exercet: ut quibus hepiala uocata febris uniuerſum corporis habitum occupauit. In harum autem cauſſarum complexu hoc ferè ſemper uſu uenit, ut uincant quæ ſunt uel numero plures, uel tempore diuturniores, uel robore potentiores. Fieri autem poſſe (quod proximè Galenus adfert) ut idem corpus frigidum ſimul & calidum

lidum euadat (quod eſt contrariarum ſimul qualitatum uim ſentire) hæ maximè febres demonſtrant, quæ Græcis, atque nobis hepialæ dicuntur. In quibus quod afficitur corpus, & calidum, ſimul & frigidum, tum ab interno, tum in exiguis etiam particulis ſentire uidetur. Etenim in tenuiſſimis corporis portiunculis in eius generis affectibus, & calidum ſimul & frigidum eſt incluſum: nempe pituitoſus ſuccus, qui frigidus eſt, & idem putreſcens, qui calidus eſt. eo fit, ut nullam ſenſilem alterius portiunculam deſumas, in qua non & alterum ſit comprehenſum: ſed ita tamen, ut non ob id contraria in eodem ſe mutuo pati ſtatuere poſſis, cum non adæquato & indiuiſibili utraque loco, ſed ſenſibili tantum conſiſtant. Ac proinde fit, ut ſenſus iudicio (quod ſæpe fallax incertumq; eſt) contraria eadem in parte ſentiri uideantur, etſi reuera eadem in parte non ſint. Quod ſanè intemperamenti genus, inæquale rectè à Galeno uocatur: quòd ita affecti corporis partes omnes non æqualiter alterentur. Sed non ita tamen id hoc loco accipi uelim, ut ſola ea intemperies, in qua contraria ſimul ſentiuntur, inæqualis ſit æſtimanda, quando & aliæ multæ, in quibus contrariorum uis non ſentitur, inæquales à Galeno ſtatuantur: ut quæ in anaſarca uocata, & febribus putridis, in toto intemperies fiunt: & quæ item in cancro, phlegmone, eryſipelate, gangræna, ſecundum uarias corporis partes contingunt. Duo itaque ſtatuenda cenſeo ex Galeno inæqualis intemperiei in uniuerſum genera, alterum, in quo unius tantum qualitatis duarum ue ſeſe admittentium uis ſentitur, idq; non raro cum ſubſtantiæ alicuius influxu, interdum ſine eo: de quo genere fuſiſſimè Galenus in De inæquali intemperie libro. Alterum, cum contrariarum ſimul qualitatum miſtio corpori noxam infert: quo de genere hîc per occaſionem nonnulla. Hoc autem communiter ambobus uſu uenit, ut inæqualiter affecti corporis partes alterentur. Qua ratione has ipſas & ab æqualibus intemperantijs diſtare, & inæqualium nomenclaturam eſſe ſortitas, Galenus in De inæquali intemperie libro planè confirmauit.

Idem corpus ex lidum, ſimul & frigidum ſimul eſſe poſſe.

Senſus iud..iū fallax.

Inæqualis intẽperies cur ſic dicta.

Lib. de inæquali intemperie.

Duo inæqualis intemperaturæ genera.

Inæqualis intẽperies quo ab æqualibus diſtent.

PROPERE MVS igitur ad reliqua morborum genera, ipſorum cauſſas tractaturi: ſi prius admonuerimus eorum, quę in libro De morborum differentia iam dicta ſunt, quòd corpora interdum à naturali habitu recedunt, lapſis duntaxat quatuor qualitatibus, nulla alia extrinſecus affluente ſubſtantia, interdum uerò fluxione implentur, humida illa quidem omnino, ſi ſpeciem, non humida uerò, ſi potentiam ipſius conſideres. De hac potentia ueteres tum medici tum philoſophi diſſeruerunt: oſtendimus & nos ipſam, quum in alijs quibuſdam commentarijs, tum in ijs quos de Medicamentis conſcripſimus. Dicemus uerò & nunc ea, quæ in præſentia nobis utilitatem afferre poſſint. Nempe quòd flaua bilis, poteſtate calida eſt, & ſicca: atra uerò, ſicca, & frigida: ſanguis, humidus, & calidus: pituita, frigida, & humida,

Lapſus purus.

Lapſus cum confluxu.

Humorũ tẽperamenta.

mída. Item, quòd nonnunquam horum humorum ſinguli influunt ſynceri, nonnunquam ſibíjnuicem mixti. Et quòd partium, quæ uel œdemate, uel ſcírro, uel phlegmone laborant, affectus, hanc ob cauſſam plerunque uariantur. Nam & carbunculus, & cancer, & herpes, & eryſipelas, & gangræna, & phigetlon, & phagedæna, & ſatyrialis, hoc genere continentur. Præterea alphi, id eſt, uitilígines, atheromata, achores, melicerides, ganglía, ſteatomata, morbí ſunt à fluxionibus ortí. Differunt autem inter ſeſe tum hi, tum omnes alíj quos prædíximus, quòd alius ex pituíta, alius ex ſanguine, alíus ex flaua bíle, alíus ex atra, alíus ex alío quodam humore, qui non omníno à naturalí habítu deciderit, ortum habet. Verum quiſquis fuerit huiuſmodi humor, omníno ad prædictorum generum aliquod reducitur. Fieri enim haudquaquam poteſt, ut neque ſit calídus, & ſiccus, neque calídus, & humídus, neque frigídus, & ſiccus, neque frigídus, & humídus. At quatenus admodum craſſus eſt, ac frigídus, uídetur quídem à naturalis pituitæ forma excídere, atque alíus humor eſſe, toto genere præter naturam. Sed huíc opínioni uerítas ípſa reclamat: nam quoad ei frígida, humídaq; fuerit facultas, ſub pituitæ continebitur genere. Eadem ratíone quícunque ſiccus, & calídus fuerit, ad bílis genus reducetur. uerum de his alíàs amplíus dictum eſt: quamobrem in præſentia breuitatí ſtudebímus, de hís omníbus copioſe in opere de Medendi methodo díſputaturí.

Lib. 14. meth. Med. Cap. 12.

OSTENSVRVS *Galenus reliquas morborum ſimilarium in ſimplicibus particulis cauſſas, digreſſione utitur ad rem ſuam ualde accommoda, repetens obiter quæ ſuprà priore libro, capite* XII. *de nuda qualitatum intemperie, deq; intemperie cum ſubſtantiæ alicuius influxu dicta ſunt: nam hoc ipſum ad probandas reliquorum, qui in ſimplicibus eueniunt, morborum cauſſas meminiſſe, operæpretium erat. Conuenit igitur inter omneis non ſola qualitatum intemperie tantum, ſed & affluente nonnunquam ſubſtantia quapiam uitioſa, euerti, immutaríq; corpus poſſe: quod in phlegmone, eryſipelate, carbone, ſcirro & eius generis reliquis, fit manifeſtum. Hæc autem ipſa quæ influit, ſubſtantia, etſi ſecundum formam & ſpeciem, ut Galenus uocat, omnis humida eſt, potentia tamen, & facultate non omnis talis: cum ſit alia poteſtate calida, frigida alia, quædam ſicca, humida reliqua. De ea uerò potentia, ſeu facultate, qua quiduis quippiam operatur, etſi uariè plerique tum philoſophi, tum medici ſint locuti, nos tamen omiſſa ad præſens philoſophorum de ea re diſputatione,*

tatione, ad medicorum ſententiam propius accedemus. Galenus igitur hanc eſſe uoluit peculiarem quandam, ac propriam cauſſam unius alicuius effectricem. Operis enim cuiuſuis & actionis, potentia ipſa, ſeu facultas cauſſa eſt: primo de Naturalibus facult. Duplicem uerò eam eſſe recte Galenus aſſerit: alteram, ἐνεργείᾳ ſeu actu talem, alteram in futuro, ut ipſe uocat, tempore. Ignis nanque facultas actualis eſt, pyretri uerò, euphorbij, & in uniuerſum medicamentorum omnium, in futuro tempore: quòd non protinus ut ignis, ſed ui natiui caloris, ſuoq; ipſorum in uiſcera ductu operentur. Quæ autem de humorum temperamento ſequuntur, deq; apoſtematum ab Galeno nominatorum natura, quum exacte pene cuncta capite x i i. primi dicta ſint, ne & eandem nos telam retexere uideamur, ſicco pede tranſibimus. Quòd luce meridiana clarius ſit, morbos ipſos pro humorum, ex quibus fiunt, uaria natura, atque temperamento, uariam & ipſos quoq; ſortiri naturam, rurſuſq; aliam, atque aliam nomenclaturam: quæ interdum ab affectis locis, nonnunquam ab humore morbum faciente eſt petenda.

1. de ſimpliciũ facul.

Potentia ſeu facultas apud medicos quid & quotuplex.

IAM AD id propriè quod ad hanc tractationem pertinet, redeamus. Igitur omnes eiuſmodi morbi naſcuntur, depellente ſemper natura id, quod abundat, in partes imbecilliores. Id quod complures ex maioribus noſtris licet iam antè dixerint, tranſmiſsionis tamen modum non declarauerunt. Atqui naturam ratione præditam dicere uidebimur, ſi ita ſimpliciter eam, quicquid inutile eſt, ex robuſtis ad infirma depellere pronunciauerimus. Sed in morbis qui feliciter iudicantur, huiuſmodi quandam facultatem haud obſcure deprehendimus. Quis uerò ſit huius facultatis modus, ut maiores noſtri non ſatis accurate explicauerunt, itane potentias quidem naturales (quas nos in aliis commentarijs perſequuti ſumus) adamuſsim demonſtrare potuerunt: nimirum quot, qualesue ſint, & quæ ſint ſingularum munia. Verum haud difficile fuerit de omnibus his diſſerere, ei qui hypotheſin, quam in dictis commentarijs præſcripſimus, ad hunc uſum accommodauerit. Etenim quum quatuor ſunt potentiæ, quibus quælibet pars tum animalis, tum plantæ prædita eſt (nam alia familiare ſibi alimentum attrahit, alia retinet, alia alterat, alia id quod redundat, excernit) quum etiam duplex ſit excrementi genus, aut enim quantitate offendit, aut qualitate: quum deniq; omnium corporis partium non æquale ſit robur (quippe principes partes ſtatim ab initio, rerum natura maiori robore dotauit) rationi conſentaneum uidetur, ut in corporibus impu-

Lib. 2. fol. 14

Abſceſſuum omnium ortus.

Potentiæ naturales.

©BIUM

ris, & quæ excrementis abundant, aliquid defluat in partes imbecilliores. Quum enim excrementũ à robuſtiore quaq; parte ſic expellatur, ut nuſquam conſiſtere poſsit, in partem dilabitur omnium maxime imbecillam. At uaria eſt huius partis ratio: aut enim ilico quum formaretur animal, noxam ſubijt, aut poſtea læſa fuit, aut etiam ſuapte natura talis eſſe debuit, ut cutis. Hæc enim quum nullius actionis, ſed uſus duntaxat gratia ſit creata, non ab re ijs quæ functiones perficiũt, facta eſt imbecillior. Eſt enim ueluti operculum quoddam, ac natiuum animalis tegumentum: quippe quæ non coctionem, non cibi digeſtionem per corpus, non ſanguinis generationem, non pulſum, non reſpirationem, non motum uoluntarium animali præbet: & ut ſummatim dicam, nullo penitus munere fungitur. Præterea quum ſit omnium partium extrema, haudquaquam abſurdum uideri debet, quòd uniuerſi corporis ſuſcipiat excrementa. Etenim natura protinus ab initio multa fabricata eſt inſtrumenta, quibus excrementa purgarentur: atque hæc ſola ad bonam ualetudinem ſeruandam abunde ſatis faciũt, ubi neque ex ambiente nos aëre animali noxa infertur, neque ob errorem in uictus ratione, totum corpus immodicè excrementis redundat. Accidente autem huiuſmodi aliquo peccato, tum naturalia inſtrumenta ſola, ad excrementi multitudinem expurgandam non ſufficiunt: proinde fluxiones à potentioribus partibus depulſæ, in imbecilliores irruunt. Atque euenit interdum, conſtipatis meatibus, per quos excerni conſueuerant: ut ad partes alias deriuentur. Ab huiuſmodi exordijs omnes iam dicti morbi naſcuntur. Augetur uerò uitium in membris, quum infixa ipſis excrementa putreſcunt, ac ita deteriora fiunt: quamobrem affluentem poſtea humorem, uel utilem, ſimul corrumpunt.

Lib. 2. ſub. cap. 14.

Pars quot modis imbecilla fiat.

Cutis partiũ omnium imbecillima.

Lib. 14. metſ. cap. 2. & 17. Gal. cap. 5. Lib. 3. metſyd.

Lib. 1. Galeſyd. tumid.

Cap. 85. aut. ſuæ dict.

Vitia in mẽbris quæ augeantur.

QVO *pacto prædicti omnes à fluxione morbi naſcantur, oſtendere aggreditur, ut eo cognito, quæ, qualesq; ſint horum cauſſæ, liquidò conſtet.* Naſcuntur *autem à fluxione omnes, pellente utique natura in infirmiores partes id, quod redundat: quod* x i i i. & x i i i i. *Methodi, & i i. Therapeu. ad Glau. & alijs in locis à Galeno dictum eſt. Impulſionis uerò huius in imbecillas partes, cauſſa eſt, quum principum partium robur, quicquid alienum eſt, à ſeſe pellentium, tum excrementi ipſius uel aucta ſupra naturæ modum copia, uel naturæ moleſta ipſius qualitas, uel utrunq;. Quam noxam noſtri corporis re-*

Pulſionis ad imbecillas partes cauſſa.

ſtrix,

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 100 sur 428

ctrix, facultas ceu mẽte prædita, sentiens, necessario in infirmiores partes quod molestiam infert, protrudit, eo leuari cupiens, quo ueluti sarcina premitur. Itaq; consistens alicubi excrementum, & in uacuas partes lapsum, sui generis morbum facit alium, atque alium, pro redundantis excrementi natura. Quod & ipsum etsi priscis utcunq; cognitum fuerit, transmissionis tamen modum silentio prætereuntes, ignorasse sunt uisi. At quoniam quæ corpus nostrum regit natura, mente, rationeq; carere dicitur, quòd non consilio uoluntatisq; ductu, non animali sensu, qui per cognitionem fit, sed natiuo quodam & insito, cuncta ad uitæ, nutritionisq; munus spectantia operetur (quod nobis cum plantis commune esse Plato in Timeo uoluit) eam tamen ratione quasi quadam præditam esse Galeni sermo hic confiteri uidetur: quòd inutilia excernere, ad uiliores partes redundantiam mittere, usui futura seruare, superioris cuiusdam, ac mente præditæ facultatis opera esse uideantur. Quæ quum à natura fieri, quum hoc loco, tum 11. de Febrium differentijs, & in de Crisibus Galenus uerissime prodiderit, insinuare uelle uidetur naturam ratione, menteq; præditam esse. Cuius tamen operandi modum, & substantiam si ad medicorum sensa paulò pressius expendamus, eam his dotibus carere iure optimo censebimus. Nam ea (si Galeno creditur) nihil planè est aliud, quàm ex primis quatuor elementis conflata temperies: uel facultas quædam uniuersi corporis rectrix. Vnde liquidò constat mente eam, rationeq; carere. Nulla nanque uis quatuor illorum principiorum naturam, unde oritur, referens, consilij, rationisq; capax esse potest. Cum eam tantum naturam philosophi omnes mente, rationeq; præditam esse asserant, quæ longè ab elementorum omnium contagione seposita, nihil prorsus cum illis commune habeat, quam & ipsam minime de potentia materiæ (ut ipsi uocant) nasci, oririq; uolunt. Liceat mihi nunc duriora tractanti inusitatis Latinè loquentibus uerbis interdum uti, modo philosophis ac medicis sint recepta. Proinde summus semper in omni philosophia habitus Aristoteles cum quatuor nota illa genera principiorum esset complexus, è quibus omnia orirentur, quintam quandam naturam censuit esse, è qua sit mens, & ratio, unde nobis, & cogitatio, & prouidentia, & disciplina, & tam multarum rerum inuentio, & memoria, & futurorum prædictio, & intellectus. Quæ & horum similia, quum in nullo prædictorum quatuor generum insint, quintum quoddam genus rectè adiecisse Aristoteles est uisus, quod ἐντελέχειαν nouo nomine appellauit: quasi quandam continuatam motionem, & perennem dicas. Priorem igitur illam naturam ex notis illis generibus ortam mente, rationeq; non uti satis constat, quam cum plantis, & terræ nascentibus communem (ut Plato uult) habeamus. Quæ cuncta, etsi uerissima semper à melioris notæ philosophis sunt existimata, præclaris tamen à summo rerum omnium opifice Deo naturam esse ornatam dotibus, adeo crediderunt, ut tanquam peritissimam, ac sapientissimam hymnis celebrandam rectè censuerint. Quod Galenus unus omnium penitissimè contemplatus, ex diuini Hippocratis oraculis, naturam ceu peritissimam, sapientissimam, iustam, artificiosam, maximè prouidam, & solicitam 5. de Vsu partium miro encomio celebrauit: ut quæ nihil frustra operetur

Naturam mente rationeq; carere.

Cap. 5.

Vide Hippocra. lib. de natu. hu. 3. de tempera. & 5. de Morbo. & 1. Apho. cõmen. 34. & 3. Aphor. com. 1.

Vide Aristote. 3. de Anima & libris de gener. & cor.

In Timeo.

Naturæ encomium.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 101 sur 428

tur, nihil ad hominis incommodum, nihil ad perniciem ſit molita, ad decòrem autem, & ornatum, ad ſalutem, & conuenientem uſum, omnia. Nam quis non quæſo illius in lineandis, pangendisq; tam uarijs corporis membris prouidentiam, ſagacitatemq; admiretur? quis non & illius in conceptibus, muliebribusq; locis ſapientiam laudet? aut quis non ordinatam, ac multiplicem membranarum, uillorum, fibrarum in utero nexum, conſociationem, uſum, ordinemq; ſummè commendet? An non hæc ſapientiſſimæ naturæ ſunt opera? fœtus æditio, uteri à conceptu adſtrictio, membrorum conformatio, alimenti in utero modus, ac diſtributio, infantis connexio, alui tempore partus naturæ modum ſuperans diductio, ſecundarum expulſio, menſtrua purgatio, rurſusq; in iam editis, adultisq; incrementi in omneis parteis ratio, cibi concoctio, eiuſdem in ſanguinem mutatio, mira ſanguinis per abditos quaſi receſſus in omne corpus digeſtio? Sed & in morbis non ne his maiora, admiradaq; magis conſpiciuntur, cum morbo intenta natura, miris hominem agitet modis, ut moribundum planè tum exiſtimes, cum ſaluti ſuæ, futuræq; incolumitati proximus eſt. Ita in morbi decretorio ſæpenumero conuulſum, frigidum, exanimem, trementem, ſudantem, collacrymantem uideas. At ualida paulo pòſt excretione ui naturæ oborta, uel ſudore, uel ſoluta aluo, uel ſanguinis reiectione, hominem ab orci faucibus reuocatum, ac reſtitutum extemplo uidere licet. An hæc ſine numine, arcanoq; quodam naturæ conſilio fieri cenſemus? Non peßimè coniectare mihi ſunt uiſi, quicunq; mentem naturæ noſtræ, atq; rationis ueſtigium quaſi quoddam ineſſe uoluerunt: etſi nos rectè antea ex Galeni dogmate eam ratione carere, neq; conſilio uti probauerimus, ſed ita tamen agere, diſpenſareq; cuncta, ut non melius, ſi ratione uteretur, efficere illam poſſe iure optimo ſit cenſendum. Proinde Galenus in ijs morbis qui feliciter decernunt, talem nos conſpicari facultatem hìc apertè teſtatur: cum ea ſemper quod melius, quod commodius ſit operetur. Decernunt autem feliciter ij morbi, quicunq; uel ualidam, robuſtamq; ægrotantis naturam ſunt nacti: quiq; excretione morbo propria poſt coctionis ſigna hominem liberant: uel qui ab modico, tenuiq; excremento, nec à bonis ſuccis ualde alieno, ortum traxêre, laborantiq; non magnum inferunt negotium: qui contrà, infeliciter iudicari dicuntur. Nam ut illi & breui tempore, & perfectè ægrum uindicant, ita & ij uel in perniciem, uel in prolixum languorem, quauis etiam morte duriorem, hominem dedunt. De potentijs autem naturalibus quæ hìc dicuntur, multo fuſiſſimè in tribus illis ei rei dicatis libris, alijſq; locis. De cute uero parte omnium extrema, atq; imbecillima, abunde in de Partium uſu. Ipſam uero nullius in corpore actionis eſſe opificè, ipſa actionis natura demonſtrat, quæ cum motus cuiuſpiam ſit effectiuus teſte Galeno, cutis uero nullius ſit motionis in corpore cauſſa, ut probe hic Galenus deducit, liquidò conſtat nullius actionis gratia eſſe creatam, ſed uſus tantum cuiuſpiam. hoc eſt commoditatis, & bonæ opportunitatis: quam Græco nomine Galenus εὐχρηστίαν nominari dicit. Quæ uero hoc loco à me de naturæ noſtræ ſubſtantia, ex Galeni, medicorumq; omnium dogmate dicta ſunt, non ita accipi uelim, quaſi à Pythio Apolline, certa ut ſint, & fixa boni exiſtiment: ſed ut homunculus

In morborum decretorijs quę contingant.

Morborũ, qui feliciter, qui cõtrà decernant.

Primo de Locis et 17. de uſu partium.

17. de uſu part.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 102 sur 428

culus unus, à multis probabilia, coniectura ductus attuli: ultra enim quò progrediar, quàm ut uerisimilia dicam, non habeo: certa dicent ij, qui & penitus percipi ea posse dicunt, & se sapientes esse profitentur. Plato certe unus omnium sapientissimus, in ijs non amplius se posse, quàm ut uerisimilia afferat, ingenuè est confessus.

Plato in Timeo.

CAPVT VII.

MACTENVS similarium corporum proprios morbos explicauimus: reliquum est, ut de instrumentorum quoq; morbis differamus, incipientes ab eo qui primus in genere est, ac in conformatione consistit. Fit autem hic morbus interdum figura à naturali habitu euariante, interdum uel asperitate, uel leuitate, uel meatu aliquo uitium subeunte. Caussarum autem ob quas naturalis figura permutatur, una est, si fœtus, quum adhuc in utero clausus est, male conformatur, impedito naturali spermatis motu, uel ob materiæ multitudinem, uel non idoneam qualitatem. Altera caussa est, si uel inter pariẽdum, uel dum fascijs infans inuoluitur, committatur error. Quum enim nuper genitorum puellorum corpora mollia sint, & propè dixerim, fluxibilia, facile contorquentur: aut dum nascuntur, si obstetrices eos non rectè suscipiunt, aut posteaquam nati sunt, ineptè fascijs inuoluunt, aut ubi nutrices eos temere uel erigunt, uel reponunt, uel lac exhibent, uel lauant, uel fascijs inuoluunt. In his omnibus nisi appositè quis eos tractauerit, singulorum membrorum figura & inuertitur, & deprauatur. Præterea, si postea in uniuersum per reliquã educationem committitur error, uel ob immodicam plenitudinem, uel motum incompositum, uel ubi ante tempus ipsis standi, ambulandiq; permittitur libertas, itidem si uehementius moueantur, multorum membrorum figura distorqueri potest. Quippe plenitudo functionibus naturalibus officit: importunus uero, & uehemens motus, aliorsum atq; decet, membra uertit, distrahitq;. Siquidem crura ob incumbentium eis corporum pondus, interim in exteriorem, nonnunquam ad interiorem partem distorquentur: idq; pro natiua ipsorum inclinatione. Nam quibus rectiora sunt, quàm ordo naturæ expetat, hi magna parte uaciæ efficiuntur: quibus uero magis sinuosa, uari redduntur. uoco autem uaciam cui in exteriorem partem crus flectitur, uarum autem, econtrario.

Morborum in conformatione causæ.

Lib. 11. De usu partium.

Com. 24. Lib. 3. aphor. & Com. 4. aph. 4. De alimento. & Lib. 6. morb. atq; Lib. De mar. affec.

Plenitudo, functionibus officit.

Vaciæ Vari. Com. 87. 3. De alimento. 4 Com. 3. 4. atq; Com. 5.

Morborum,

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 103 sur 428

©BIUM

MORBORVM, qui in inſtrumentarijs partibus conſiſtunt, primus in conformatione eſſe perhibetur: quòd membrorum organicorum actioni figura in primis maxime neceſſaria ſit. Quamobrem ab eo, ceu omnium primo, non ab re Galenus inchoaſſe uidetur. Huius itaque morbi cauſſa, eaq; uel præcipua eſt, figuræ à naturali habitu receſſus. Fit autem euerſio, uel aſperitate mẽbrum plus nimio contrahente, uel lenitate flectente, uel meatibus ipſis (hoc eſt cauitatibus) non ſecundum naturam ſe habentibus. uitiatæ uero figuræ in totum cauſſa eſt, uel mala fœtus in utero conformatio, quod & ipſum uel facultatis formatricis culpa, uel uteri uitio quopiam, uel genituræ tandem impedimento euenit: uel item mala geniti infantis, & iam editi ab nutricibus, & obſtetricibus educatio, quin & inordinati membrorum motus in cauſſa item eſſe perhibentur: quæ rurſus libro de Sanitate tuenda primo Galenus recenſuit. Quum igitur nutricum culpa incommoda multa pueris obueniant, ſummam in nutricum delectu curam, ſummaq; rationem parentes habere oportere cenſeo: ut quæ, ſi non ſatis peritæ, uſuq; edoctæ ſint, malum, atq; immedicabilem pueruli noxam adferant, dum uel nimium tenera ipſorum membra, cruraq; arctius uinciunt, uel laxiora dimittunt, uel ad motum temporius quàm par ſit, inuitant, uel in cunis non rectè diſponunt, temere uel erigendo, uel reponẽdo, uel immoderatius agitando. Ex quibus quum mẽbrorum inuerti figuram bellè Galenus hîc doceat, an non & hoc ipſum apertißimè ſignificaſſe uidetur, quæ infantibus admouentur nutrices, uſu peritas, tractabiles, accõmodatasq; eſſe oportere? Sed quæ (malùm) amentia eſt (continere nanque me diutius nequeo, quin in corruptißimos matrum noſtri ſeculi mores ſtilum acuam) quæ inquam inſania, diuinum opus, hominem, felicibus, ac omne miraculum ſuperantibus primordijs inchoatum, degenere, & adſciticio alimento lactis alieni corrumpere? præſertim, quum quæ ad præbendum lac adhibetur, ut plærunq; ſolet, externa eſt, atq; ignota, & plærunq; etiam improba, impudica, temulenta, iracunda, intemperans. Ingenuis ego id parentum animis minimè ferendum duco, ut ex proba, & generoſa muliere ſuſceptos liberos, alieno & pernicioſo externi lactis contagio inficiant, neue generoſo alioqui futuro, improbi corporis, & animi ſimul cum lacte ſpiritum haurire permittamus. Summa quippe ratione id à pleriſq; doctis creditum eſt, ad fingendas animi, atq; corporis dotes, non tam naturam ſeminis, quàm lactis, & alimenti ualere: non in hominibus ſolum, ſed et in pecudibus, ac arboribus etiam & frugibus id animaduerſum: quum in his non minus ualeat aquarum, atq; terrarum quæ alunt, quàm ipſius quod iacitur, ſeminis poteſtas. Vxoribus itaq; ſuis uiros omnes ſuadere conſulo, ut quæ pueros peperêre, eædem & ipſos proprijs uberibus, proprio lacte, alimento ſcilicet puerulis quos geſtarunt, maximè familiari, alant, ac foueant: & quæ geſtando matres fuêre, eædem alendo, educando, molliter tractando (quod nutricibus ipſæ, ſi modo uelint, accuratius perficient) ſeſe integras præbeant matres. Nam, ut apud Gellium Phauorinus philoſophus acutè diſputat, publica penè deteſtatione, communiq; odio dignum eſt, iam perfectum, iam editum, iam filium factum, iam matris officia implorantem ab ſeſe abieciſſe, proprijq;, ac

Nutricum culpa incommoda multa pueris cõ ingere.

Nutricum delectus.

In delicatulas mulieres inuectiua.

Libro 12. cap. primo.

prijq;, ac conſueti ſanguinis alimonia priuare: præſertim, ſi iuuenis ſit mater, ſi bene habita, ſi integris uiribus, ſi copioſo & probato lacte abundet, ſi denig; ſuffirendis laboribus apta. An non hanc puero & matrem, & nutricem adhibuiſſe præſtiterit, quàm uel quamcunq; aliam, quæ nec mater erit, & fortaſſe etiam improba nutrix? In qua ſanè (ſi opus ſit) deligenda Galenum, Paulum, & Aëtium præcipuè ſequi te oportebit. Aiunt enim huiuſmodi eſſe debere, ut neq; natu grandior ſit, nec uiginti annis minor. Latiore inſuper pectore, corpore procero atq; quadrato, colore ſuaui, & roſeo, uiuidoq;, mediocribus mammis & minimè rugoſis, papillis neq; conniuentibus, nec curuitate auerſis, hilarem præterea, & bene habitam (nam bonum habitum boni quoq; mores ſequuntur) eſſe oportere uolunt. Quæ talis eſt, pueris apta & maximè opportuna ab omnibus æſtimatur. Sed hæc auis (ut eſt in prouerbio) Phœnice rarior. Quid ſint autem uaciæ, & uari, ſuprà libro primo, capite ſeptimo, uiſum.

Gal. primo de Sanit. tu. Paul. li. 1. cap. 2. Aët. li. 4. cap. 4.

Gal. li. cui titulus quòd boni mores, corporis temperaturam ſequantur.

ATQVE pectoris membra ſubinde uitiantur, ubi in prima educatione nutrices extrinſecus ipſa ſupra modum ſtringunt: id quod apud nos præcipuè, ac continenter uidere licet in uirginibus. Nutrices enim, quo partes quæ circa coxas ſunt, & ilia, magnopere augeantur, faſcijs thoracem circumligare ſolent, uehementer ſtringentes tum ſcapulas, tum reliquas omnes thoracis partes. Quũ uero plerũq; non omnes faſciæ partes æqualiter tendantur, accidit, ut uel pectus ad anteriora promineat, uel ea ſpinæ pars, quæ illi opponitur, gibberoſa reddatur: ac interdum dorſum, ueluti præfractum, in obliquum ſeducitur, adeo, ut altera ſcapularum diminuta, parua, ac contracta, altera uero eminens, tumida ac omnino maior appareat. Atq; omnia huiuſmodi figuræ uitia thoraci adueniunt, ob nutricum errorem ac imperitiam, utpote ignorantium quo pacto deligare oporteat. Sic medici quoq; haud probe deligantes, conformantesq; fracta membra, figuram ipſorum inuerterunt: quemadmodum & ægrotus citra medici curantis peccatum, ſi membrum ad uſum accommodet, priuſquam firmus conſtiterit callus, ipſe ſibi inuerſionis autor putandus eſt. Sed & colliſæ partes, ut naſus, & confractæ, ut in coxæ ſinu partes extremæ, interdum oſſa excíſa, aut pluríma caro quæ poſtea non æqualiter ſuccreſcit, naturalem figuram deprauare conſueuerunt.

EODEM *ſanè modo & pectoris membra, uti extrema, uitiari ſolent, ſi ea*

©BIUM

plus æquo circumligentur: quod in uirginum educatione plerunq; contingere teſtatum facit Galenus. Nempe in ijs nutrices, quo ſcapulas, pectuſq; attenuẽt, ilia uero, & coxas obeſiores reddant (quam formam pulchriorem, uenuſtioremq; eſſe putant) uniuerſum thoracem faſcijs uehementius ligant: ſic alimenti ad eas partes diſtributionem adimendo, unde tenuiora & arctiora fieri eſt neceſſe. Sed interea, dum ſe tali fuco commendare ſatagunt, formoſæq; uideri, non raro deformes ipſæ fiunt, faſcijs inæqualiter poſitis: unde plærunq; gibberæ, diſtortæ, ac inæquali compage redduntur, dum ſe hoc fuco procis uendibiliores fieri contendunt. In quas illud Prudentij poëtæ celeberrimi dici poſſe uidetur, quod in ſe ornantes fœminas pulchrè cecinit his uerſibus,

Quæ in uirginibus forma uenuſtior.

Prudentius in amartigenia.

Propert. li. 1.

Nec enim contenta decõre
Ingenito, externam mentitur fœmina formam.
Hæc ſexus malè ſortis agit. Et Propertius,
Quid iuuat ornato procedere uita capillo?
Et tenues Coa ueſte mouere ſinus?
Aut quid Oronthea crines perfundere myrrha?
Teq; peregrinis uendere muneribus?
Naturæq; decus mercato perdere cultu?
Nec ſinere in proprijs membra nitere bonis? Et idem libro ſecundo,
Vt natura dedit, ſic omnis recta figura.

In Epiſtola ad Demetriadem, de Virginitate ſeruanda. Auguſtinus lib. de Sermone domini.

Deſinant igitur puellæ omnes naturæ habitum fucis corrumpere, & ut diuus inquit Hieronymus, ueſtimenta ſine ruga, aſtrictasq; habere manicas deſuescant: ne ſub uirginitatis nomine uendibilius pereant. Nam, uel teſte Auguſtino, ſumma amentia eſt effigiem mutare, & naturæ nouam formam quærere. Sed ad inſtitutum redeuntes, unus hic eſt uitiatæ figuræ modus, quum arctioribus uinculis membra, uel ab nutricibus ipſis puellas educantibus, uel ab ipſiſmet puellis ad formæ gratiam, uinciuntur. Alter modus, alteraq; cauſſa, in incongrua luxatorum membrorum à medico repoſitione conſiſtit, aut fractorum inepta ligatura, intempeſtiuo ue ægroti motu, dum ſe motioni committit, antequam firmus conſiſtat callus.

ALTER uero modus, quo figura deprauatur, qui ad plenitudinem pertinet, aut defectum, ut in ijs qui nimis obeſi, aut admodum colliquati ſunt, uel in una conſpicitur parte, uel in toto corpore. Nam morbus, qui elephas nominatur, planè formam immutat, itidem & tabes. Etenim naſus ſimus, labra craſſa, aures acuminatę in elephantiaſi uidentur: atq; in totum qui ſic laborãt, Satyris ſimiles ſunt. At nares acutæ, collapſa tempora, oculi concaui, in phthiſicis deprehenduntur: quibus ſcapulæ quoque, & brachia, in alarum modum porrigi uidentur. Atqui in his omnibus figura, primaria ratione deprauatur. Verum per accidens uitiari uidetur

Elephas morbus.

Phthiſici.

uidetur in ijs, quos uel neruorum resolutio, uel conuulsio, aut phlegmone, aut scirrus infestant: quibus ue nerui, aut tendones dissecti sunt, aut quibus prædura cicatrix inducta est. In omnibus huiusmodi affectibus pars à naturali figura deflectit, idq; aliàs aliam ob causſam. Ipsa enim in ijs qui altera parte resoluti sunt, trahitur à musculis actionem facientibus: at in ijs, quos in altera parte conuulsio occupat, à musculis conuulsis. Haud aliter phlegmone, scirrus, cicatrix dura, & reliqua in uniuersum huiusmodi pathemata, partem proximam ad sese intendendo trahunt, atque sic figuram peruertunt. In neruis autem & tendonibus dissectis, quemadmodum in resolutis, oppositorum, & naturaliter se habentium actio, partem ad se attrahit. Itaque omnes hæ quatuor causſæ sub una comprehendi possunt, nempe tentione partem in diuersum inclinante. Atque de figuris à naturali habitu deflectentibus hæc dixisse sufficiat.

Cap. 10. lib. 3 Loc. affect.

QVAE dicta sunt, ad externas fermè causſas omnia sunt referenda: quæ sequuntur, ad internas. Nam & plenitudo nimia, & defectus, quæ inter corporeas, internasq; causſas iure adnumerari debent, uitiatæ sæpenumero figuræ in causſa sunt. Etenim qui elephas morbus dicitur, ob plenitudinem, tabes ob defectum figuram uitiant. Constat nempe in elephantiasi, teterrimo utique morbo, ut qui cancer sit uniuersæ corporeæ molis, & narium, & labiorum, & aurium inuerti figuram: quòd nasus simus fiat, crasſo scilicet impacto humore, & acrimonia sua excedente, copia uero, & crasſitie premente, unde simum reddi nasum, hoc est pressum, & nonnunquam etiam exedi, atque corrumpi est necesſe: ob quam etiam causſam & labra crasſa, & aures acuminatæ fiunt. Ex quibus sanè indicijs, ac potius symptomatis, liquidò constare puto Græcorum elephantiasin cum Arabum minime conuenire, ac potius toto genere diuersam, atque omnino aliam esse: quum Arabes tumorem quendam præter naturam extremarum in homine partium, elephantiasin esse existiment: ut ex XXII. sen. III. tract. primo, cap. XVI. ab Auicenna colligi apertissimè potest. In quo sanè morbo quum nec nasi, nec labiorum, aut aurium inuerti figuram cernamus, in Græcorum elephantiasi maxime, certò conijciendum hanc, illam non esse. Quod uel maximè ex rei natura definitione explicata affirmare licet. Quippe elephantiasin Galenus secundo ad Glauc. definit esse sanguinis turbidi, ac crasſi, in uenis contenti ad cutim uniuersam expulsionem. Paulus, uniuersi corporis cancrum existimat. Aëtius, grauem morbum & propè ex eorum numero qui incurabiles sunt, esse censet. Octauius Oratianus, & Theodorus Priscianus, morbum crebris, & nigris maculis

Ex Paulo Aegineta li. 4 cap. 1.

Simus nasus.

Elephantiasis Græcorum & Arabum.

Paul. li. 4. cap. 2. Aëtius sermone 13. cap. 120. Octa. li. 1. c. 31. Theod. lib. 1. cap. 37. Gariop. lib. 3. cap. eodem.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 107 sur 428

omne corpus cum horrore infeſtantem eſſe dixerunt. Gariopontus uetuſtiſsimus autor, à magnitudine, & inſigni malicia nomen ſumpſiſſe, ſimilitudine ab elephantis ducta, unde morbus nomen ſortitur, ingenuè eſt profeſſus. Eſſe uero Græcorum elephantiaſin, quam Arabes lepram dixêre, Ioannes Manardus & Leonardus Fuchſius, uiri nunquam ſatis laudati, nec à doctis unquam ſine multa honoris præfatione nominandi, ſuis monumentis apertiſsimum omnibus effecere: alter, libro Epiſtolarum medicinalium ſeptimo, Epiſtola ſecunda. alter, Paradoxorum ſecundo, capite decimo ſexto. Quam rem ipſi quum fuſiſſimè, atque apertiſsimis teſtimonijs pertractarint, non eſt quod in ea amplius mihi ſit elaborandum. Quæ uero de immutata in phthiſicis figura huc adducuntur, oculata fide conſtant. Nam ob alimenti penuriam, & uirium imbecillitatem à ſua ipſorum figura deſciſcere membra eſt neceſſe, continuoq; extenuari. Fiuntq; in huiuſmodi affectibus eæ figuræ membrorum inuerſiones, per ſe & primò: hoc eſt, merito affectionis, cuius occaſione figura depraua-tur: idq;, ut Galenus ait, primaria ratione. At quæ in partium inflammationibus, in conuulſione, reſolutioneq; contingunt, per accidens fieri dicuntur, quòd non per ſe, propriumq; affectum in parte conſiſtentem (contingit enim in his affectibus plerunque, ut partis ſanæ figura corrumpatur, nullo in ea exiſtente affectu, qui eius deprauationis ſit cauſſa: ut in faciei tortura, quam Græci κωνικὸν σπασμὸν, Celſus, oris diſtentionem nominat, oſtenſuri ſumus) ſed per conſenſum ad affectam partem diſtorqueri ipſa labefactariq; membra contingat. Nam qui ex neruorum in altera faciei parte reſolutione torturam, ſeu oris diſtentionem patiuntur, ij faciei, & oris figuram depraua-tam maximè habent: ſed ita, ut reſolutione dextram faciei partem exempli gratia occupante, in ſiniſtra figuræ uitium deprehendatur. Reſolutis namque quæ partem affectam mouent, muſculis, atq; ob id functioni non ſufficientibus, à muſculis oppoſitæ, & ſanæ partis, utpote nullo morbo implicitis, & actionem edere potentibus, trahi eſt neceſſe. Quæ cauſſa eſt cur figuræ deprauatio in ea monſtretur, tractis nimirum ægræ partis muſculis. Si uero ab conuulſione oris diſtentio proueniat, contra omnino accidet. Nam pars ægra ſanam ad ſe trahet, contractis nimirum in ſe ſe ægræ partis muſculis, ad quorum retractionem, oppoſitæ partis, hoc eſt, ſanæ, muſculos una trahi eſt neceſſe: cum illis ſanæ partis muſculi conſentiant, ut hic bellè Galenus, atque tertio de locis affectis, capite decimo, & quarto item libro, capite eodem. Vnde conſtat, falſum omnino eſſe quod à Principe Auicenna de hac re proditum eſt. In ea inquam tortura quæ à reſolutione fit, trahi cum ægra parte ſanam, ægramq; partem, ſanam (ut eius ipſius uerbis utar) mollificare. Quæ ne finxiſſe uidear, ad uerbum illius ſententiam ſubnectemus. A' mollificatione (inquit) facta eſt, quoniam cum declinat ad partem, trahitur cum ea pars ſecunda, & mollificat eam, & mutat eam à forma ſua, ſi fuerit fortis, & ſi debilis, mollificatur ſola. Hæc Arabis uerba: in quibus, quum per partem ſecundam, ſanam intellexerit, ut eius interpres Gentilis ineptè exponit, manifeſtè apparet hoc eum ſenſiſſe, trahi cum ægra parte ſanam. Quod

Ioã. Manardus Leon. Fuchſius.

Lib. 4. cap. 1.

Tortura à reſolutione.

Fen. ij. 3. ca. 15. Auicennæ erroris arguitur.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 108 sur 428

nam. Quod herele, ſi Galeno, atque adeo ueritati ipſi fides habetur, falſiſſimum eſſe comperiemus. Nam ſi ſit, exempli cauſſa, reſoluta pars dextra, coq; eius partis muſculi obeundæ actioni idonei non ſint, quì fieri poteſt, ut ab his mouere non potentibus, pars ſana trahatur, ſi modò per ſecundam partem, ut uult Gentilis, ſanam intellexerit princeps? An non hoc & Galeno, & ueritati repugnat? ſed contra potius euenit, ut rectè ſenſit Galenus. Nam quum eius partis muſculi, quæ noxam non ſubijt, ad actionem ualidi ſint, partis uerò affectæ, minime, horum fiet ab illis attractus: ſicq; pars ſana ægram, non ægra ſanam attrahet. Falſum & illud quoq;, ægram partem ſanam mollificare, ut præfato loco Princeps apertè, uel ex ipſa uerborum ſerie, ſenſiſſe uidetur. Nam etſi ægra pars ad ſanam flectatur, non ob id tamen reſolutione afficit: quàm reſolutionis morbifica cauſſa, in ea quæ trahitur parte, & in ſe ipſam concidit, non in ea quæ trahit, & ſana eſt, conſiſtat. Sed quod temerè paulò pòſt ab eodem autore ſcribitur, ferendum non eſt. Nam is tacitè Galenum, ſuppreſſo tamen nomine, arguere uolens, ſic falsò calumniatur. Quidam uerò (inquit) dixerunt, quòd latus ægrum eſt in tortura, latus quod ſanum uidetur, quamuis cauſſa ſit in ipſo, & latus ſanum miniſtrat attractionem ipſi, & æquat: hoc autem (ſubdit) non eſt uerum. Quid à ueritate alienius à quoquam unquam dici potuit? quid Galeno repugnantius? quid rationi aduerſum magis? Galenus certe optimus ueritatis indagator, ægram eam partem in hoc affectionis genere cenſuit in qua reſolutio conſiſtit, & quæ ad oppoſitam trahitur. Sic enim tertio de locis affectis, cap. x. ſcribit: Videntur (inquit) huiuſmodi reſolutionum aliquæ faciem quoq; infeſtare: ſed tum reſolutum latus ad alteram faciei partem trahitur. Et rurſus eadem lib. 1111. cap. eodem. Quum autem reſolutum latus id ſit quod morbum patitur, ipſumq; ob concidentiam in ſeipſum, minime tortum appareat, non'ne, ut uult Galenus, quod latus ægrum eſt, nempe reſolutum, id ſanum ad ſenſum, quod ad figuram, ſitumq; pertinet, apparebit? Sed non'ne etiam latus ſanum, ægrum attrahet, quum illius muſculi obeundæ actioni idonei ſint, & pars ipſa affecta ad illam, ut uult Galenus, deflectatur? Mirari igitur ſubit, cur Princeps Auicenna Galenum, cuius ſe ipſe gloriatur interpretem, falſò calumniari ſit auſus, Paulumq; fidum Galeni ſectatorem erroris arguere: quum is tamen pro rei dignitate, atque natura, rem omnem iuxta Galeni ſenſa pertractarit, uti lib. 111. cap. proprio eſt uidere. Atque in Auicennam non eo conſilio iſtæc attulimus, ut calumniari illum uelle uideremur, aut illius monumentis notam inurere, ſed ut pro ueritate pugnantes aduerſus illum pro Galeno in acie ſtaremus. Quem ego ueri ſtudioſos tanquam ducem optimum, ſequendum ſemper, atque imitandum ſuadeo: conſuloq; ne praua dogmata ſectantes animum errore, caligineq; inficiant, & de puriſſimo potius fonte quam ſordidis riuulis haurire malint. At ne Tragici, aut Declamatoris perſonam potius, quàm interpretis ſumpſiſſe uidear, ad inſtitutum redeuntes, quod ſupereſt feliciter explicemus. In reſolutione igitur ad hunc modum figura corrumpitur, atque item in diſſectis neruis tendonibusq;. in conuulſione, ægra pars, noxa carentem attrahit. Itaq; ut compendio utilitatæ

Galenus à calumnia uindicatur.

4. de locis. cap. 4.

Exhortatio ad ueri ſtudioſos.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 109 sur 428

figuræ ex tentione epilogum texamus, hanc, quatuor potißimum cauſſæ immutant, reſolutio, conuulſio, abſceſſus, neruorum, ac tendonum diſſectio: quæ omnia tentione partem in diuerſam inclinante figuram uitiant.

Cauitatum deprauationes.

CONCAVITATES autem partium, ac meatus earum, aut omnino pereunt, aut læduntur, idq; ob cauſſas ſequentes. Aut enim coaleſcunt, aut conſtipantur, aut obſtruuntur, aut conſtringuntur, aut in ſeſe reſident, aut ipſarum oſcula aperiuntur. Quippe euenit interdum exulcerata interna meatus facie, ut coaleſcant inter ſeſe partes exulceratæ, atque corrumpatur naturalis conformatio. Interdum ubi caruncula oritur, uel aliud aliquod tuberculum, aut ſcirrus, aut phlegmone, aut abſceſſus in ipſis inſtrumentorum corporibus, deinde comprehendat tumor præter naturam, internam concauitatem, fit ut meatus conſtipetur. Atque ubi ob craſſos uiſcoſosq; humores, aut callos aliquos, aut grumos, facta eſt obſtructio, ipſa ad eundem ducet concauitates affectum. Item ſi quid extrinſecus incidens ualde comprimat, neceſſe eſt corpora concauitatem continentia ſimul ad interna ipſius impelli. Quod ſi corpora in ſeipſa reſederint, ut quum ab adſtringentibus coguntur, aut à frigore conſtringuntur, aut ab exiccantibus exareſcunt, accidit, ut conſtipentur, præcipue quidem meatus, deinde ipſi quoq; uentres. Meatuum uerò oſcula, non ſolum conſtipantur ſub huiuſmodi affectibus, uerumetiam omnino obcæcantur. Atq; ea facultas quam retentricem nominamus, quum immodicè mouetur, ad extremum cogens ac conſtringens meatuum oſcula, ipſa quoq; conſtipationis cauſſa redditur. Quemadmodum rarítudinis laxitatisq; nonnunquam cauſa fit, expultricis facultatis motus immoderatus. Idem ſæpenumero efficere ſolet & retentricis imbecillitas, ita & medicamenta, & aquæ, quæ aperiendi oſcula uim obtinent, ac ubi immodice laxa fiunt inſtrumenta. præterea ſi aëris nos ambientis temperatura ad calorem, humoremq; permutetur. Itaque affectuum qui tum meatus, tum uentres infeſtant, hæ ſunt cauſſæ. Ex iam dictis dilucide patet, quas cauſas putent eſſe morborum, qui in ſimilaribus conſiſtunt, ij qui ipſa ex tumidis aceruis, & meatibus fabricata exiſtimant. Hos ego ſilentio præterire decreui, quandoquidem falſo penitus innituntur fundamento. Verum ad id quod

Laxitatis meatuũ cauſſæ.

propo

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 110 sur 428

propoſitum erat redeuntes, explicemus reliquorum morborum cauſſas. Incipiamuſq; rurſus à conformationis genere, in quo duplicem adhuc morborum modum enarrare oportet: alterum quum inſtrumenta præter naturam aſperantur, alterum quum læuigantur. Aſperantur quæ antea fuerunt læuia, & læuigantur, quæ prius erant aſpera: illa quidem ob acres humores, aut medicamenta abſtergentia, hæc uerò ob pinguem humorem, aut uiſcoſitatem. Huiuſmodi uitia maxime in oſsibus euenire haud obſcure uidentur: interdum quia medici perperàm ipſa curauerunt, interdum etiam ob humorum in animante contentorum naturam. Oculi uerò, & fauces, aſperantur non ſolum ob iam dictas cauſſas, uerum etiam ob acres uapores, puluerem & fumum. Sic etiam gula, uentriculus, inteſtina, & ob excrementa in ipſis genita, & ob ciborum, potionumq; qualitatem, quibus uenena quoque adnumerantur. Id uerò perſpicuum eſt, ſingulas exaſperantium cauſſarum, quum fuerint ualentiores, in carne ulcus, aut eroſionem, in oſsibus cariem inducere. Atq; huiuſmodi ſunt primi generis, quod in conformatione conſiſtit, morborum cauſſæ.

Aſperitatis & læuitatis cauſſæ.

AD FIGVRAM *quoque, meatuum, & cauitatum corporis ratio pertinet: quas & ipſas tum uitiari contingit, cum uel coaluerint, uel conſtipatæ fuerint, uel conſtrictæ, uel nimium patentes. Ad hoc item conformationis genus, inſtrumentorum læuitas, & aſperitas pertinent.* Exaſperantur *uerò partes, uel humorum acrimonia, uel detergentium uellicatu, uel nimia ſiccitate. Quæ cauſſa eſt, quòd à graui, acutoq; morbo reſurgentium cutis uniuerſa aſperior, rugoſiorq; appareat.* Læuigantur *uerò cõtrarijs cauſsis, lentore, pinguitudine, humoreq; multo. Quin & ex membris nonnulla ab externis quoque cauſsis aſperiora reddi ſolent: ut oculi, & fauces à puluere, fumo, uento.* Nonnulla *præter hæc, & ab internis: ut uentriculus, inteſtina, ueſica, quæ nonnunquam ab acutis, & erodentibus ſuccis uellicari, exaſperari'que ſolent. Quæ mordicatio, ſi uehemens fuerit, in carnoſa parte ulcus, & eroſionem, in oſſe cariem, quam Græci* σφάκελον *nominant, parit. Hæc igitur ſunt quæcunque figuram, conformationemq; euertere, membrorumq; cauitates, ac meatus à naturali habitu immutare poſſunt. Quorum omnium quum facilima, & adpoſita adferat Galenus exempla, ne lucernam in meridie accendere uelle uideamur, longiori commentatione non proſequemur. Atq; hìc capitis finis eſto.*

Cur à morbo reſurgentiũ cutis aſperior.

CAPVT VIII.

IN ALTERO autem ipſius genere, quod ad numerum pertinet, ſi perierit pars aliqua, quæ iuxta naturæ ordinem adeſſe

Numeri uitiati cauſſæ.

©BIUM

adesse debuit, necesse est eam uel resectam fuisse, uel ustam, uel putrefactam, uel nimis refrigeratam. Sed refrigerationis caussas iam diximus. Putredinem uerò inducunt, aut medicamenta quæ suapte natura putrefacere possunt, aut excrementa in ipso animali genita: item ea, quæ transpirationem impediunt. Atque prohibitæ transpirationis caussas suprà proposuimus. At si quidpiam oriatur in corpore, quod numerum à natura institutum excedat, id quoque ad morbum, qui in numero partium consistit, referri debet. Quòd si id quod supercreuit, naturali sit specie, caussam eius existima fuisse materiæ utilis multitudinem. Si uerò à naturali specie euariat, materiæ quoque qualitatem præter naturam fuisse necesse est. Atqui uires utrobique ualidas esse oportebat: alioqui neque conformari potuisset, quod utile, neq; extrudi, quod erat uitiosum. Igitur natura conformat quidem in fœtu, quum uel sextum digitum, uel quidpiam aliud huiusmodi molitur. In his autem qui iam in lucem editi sunt, ac perfecti uidentur, quum supercrescentem carnem in ulcerata parte producit, aut pterygion, id est, unguem, in oculis. Deponit uerò id quod redundat in ganglio, meliceride, steatomate, atheromate, & reliquis huiusmodi omnibus.

Lib. de aut. cap. 10.

Spem. Lib. 11. cap. 43. de C. Oratij filiabus duabus, quæ Scyrtæ appellatæ sunt.

Lib. 14. meth. cap. 12.

cap. 14. Lib. 14. meth.

Deficientis numeri caussæ.

SEcundum morborum in instrumentarijs genus ad numerum pertinet. In quo bifariam uitiari membra contingit, defectu uidelicet, & excessu: amborum caussæ compendiò hoc capite recensentur. Deficientis igitur partis, quæ secundum naturam inesse debuit, caussam esse, uel sectionem, uel ustionem, aut putredinem, aut corruptionem, aut immodicam refrigerationem Galenus asserit: ab his enim in totum instrumenta deficere contingit. Quæcunque igitur secare, & confringere possunt, ut omnia fermè telorum genera, quæcunq; item urere, qualia ignitum ferrum, cauterium nostri uocant, & eius generis medicamenta, quæ caustica dicuntur, ea inquam deficientis partium numeri, caussæ esse possunt. Putredo uero, & refrigeratio, membri substantiam corrumpendo: ut in gangræna, & elephantiasi est non raro uidere. Refrigerationis uerò caussas, suprà cap. 111. recensuimus. De putredinem inducentibus medicamentis, quæ, & qualia esse oporteat, Galenum quinto de simplicium fa. consulito: quam & ipsam, excrementa acuta, nidorosa, fuliginisq; speciem referentia (si non liberè dissentur) inferre possunt, ut in Medendi methodo, & in de Febrium differentijs abundè monstratur. Stipationis uerò, ac prohibitæ transpirationis caussæ, suprà capite secundo propositæ sunt. Atq; de uitiato, quo ad defectum, numero hæc. Excessus porrò, & aucti supra quàm decet, numeri caussæ sunt,

Numeri excedentis caussæ.

aut

aut utilis materiæ in fœtus formatione copia, aut inutilis, & ſupercreſcentis in corpore carnis generatio: quod in ulceratis ſæpenumero partibus uſu uenit: tum & in eo affectu, qui Græcè ὑπόνυχα, Latinè unguis dicitur: eſt enim nerꝛuoſa quædam, & membranoſa in oculo adnata ſubſtantia uiſum impediens. Huius item generis ſunt uocata à Græcis γάγγλια, glandulas Auicenna nominat, item & qui in corpore gignuntur nodi: quorum ut uariæ ſunt ſpecies, ita & diuerſa nomina. κύστωμα uocant, in quo quod continetur ueluti adeps ſit, noſtri, adipinum nodum dicunt: μελικήρδα, ubi intus quaſi mel contentum eſt: melleum nodum uocitant: ubi puls continetur, ἀθήρωμα appellant. Vuguis quid.

CAPVT IX.

PARTIVM uerò magnitudo augetur, uel ob utilis materiæ multitudinem, uel quia ualida eſt potentia. Minuitur uerò à cauſsis contrarijs. Et quoties inſtrumenti cuiuſpiam pars, uel reſecta, uel uſta, uel putrefacta, uel ſub nimio frigore demortua, ita perit, ut ea quæ reliqua fuerit mutila, mancaq; reddatur.

IN ijſdem penè huius generis morborum cauſſæ conſtitui uidentur, in quibus uitiati numeri: nam utrobique exceſſu, & defectu laboratur. Quare qui uitiati numeri cauſſas præcedenti capite explicatas rectè tenuerit, is, & uitiatæ magnitudinis cauſſas probè tenere ſe putet: quod ſub eodem quantitatis genere ambo ſint conſtituta.

CAPVT X.

MORBORVM autem qui ad compoſitionis genus pertinent, aliquos ſubitarij, uehementesq; motus inducunt, alios humiditatis in articulis intemperies efficit, quippe quæ ligamenta & humectat, & laxat, ac ob uiſcoſitatem totum articulum lubricum, labilemque reddit. Sunt nonnulli, quibus in coxarum ſinu ſupercilia confracta, occaſio fuerunt, ut prompte membrorum capita ſedibus ſuis exciderent. Sunt nonnulli quibus protinus ab initio cotylæ, id eſt, coxarum ſinus ſupinæ, incontinentes & omnino in ſuperficie prominere uidentur. Atque hęc omnia inter luxationum cauſſas numerantur. Porrò per eos morbos, quos γαστροκήλω, & ὠσχεοκήλω nominant, accidit ut laxetur, uel diſrumpatur omnino meatus ille, qui à peritoneo ad teſticulos procedit. Sic deinde uel in ipſum meatum, uel in eam tunicam quæ Græcis ὀρχεοειδὴς uocatur, interim omentum, interim inteſtinorum aliquod delabitur. Recedunt etiam à propria ſede inteſtina, quando diſ-

ſecto peritoneo procedunt. Sic pulmonis fibra, uulnerato pectore, ſubinde procidere uidetur. Et eroſa ceratoide, rhagoides tunica immodice laxatur. Præterea ſi uiſceris cuiuſpiam fibra, ob uehementem caſum, uel afflictionem contorqueatur, erit illius quoque morbus poſitionis, ſimul & figuræ mutatio, à cauſsis iam dictis dependens. Vicinarum uerò partium conſenſus deprauatur, ſi partes inter ſeſe inepte coaleſcant, ſi appendiculum quodpiam, aut ligamentum laxetur, aut abrumpatur. Sed ſingulorum cauſſas enumerare, quia manifeſtæ ſunt, haudquaquam oportet.

Morborũ in poſitu cauſſæ.

IN poſitu, & conſociatione, poſtremum morborum genus qui ad compoſitionem pertinent, conſiſtit. Horum igitur cauſſas Galenus hoc capite tradit. Quarum ſunt aliæ quidem externæ, internæ aliæ: prioris generis ſunt, ſubitarij, uehementeſq; motus membrum à poſitu ſuo, natiuaq; ſtructura deducentes, & quæcunq; luxationem inferre poſſunt: ut lucta, ſaltus, pugillaris pugna, præceps è ſublimi caſus, offenſio, compreſsio, & eius generis. Corporeæ uerò cauſſæ ſunt, quæcunq; hoc ipſum ab intra, quod prædicta foris, efficere poſſunt: ut nimia artuum humiditas, humorum repentinus confluxus, & cætera articulum facile mobilem, lubricumq; reddentia: quod non rarò facit, ſuperciliorum coxæ confractio. Vnde luxari membrorum capita & à ſedibus ſuis excidere ſæpe contingit. Sunt autem hoc loco ſupercilia, eæ cruris partes, quæ in coxa ſuperiores, ac prominentiores ſunt. Nam ſupremæ, & eminentiores membrorum partes ſupercilia à doctis uocari conſueuerunt: uti & extrema frontis pars pilis ueſtita. Porrò qui fracto, uel producto peritoneo, in ſcroto contingunt morbi, membrorum item ſtructuram uitiant. Fiunt autem, quum uel peritoneum, uel omentum, inteſtiniue portio aliqua, aut humor quiſpiam lentus, ac flatuoſus in ſcrotum deſcenderit: quod laxato eo meatu, qui à peritoneo in didimos procedit, euenire aſſerunt rei medicæ peritiſsimi quiq;. Itaque ſi labatur peritoneum, & cum eo inteſtina, ὑτροκήλω Græci, Latini inteſtinorum ramicem, Auicenna rupturam, & herniam nominat: ſi omentum, ἐπιπλοκήλω, hoc eſt omenti ramicem dicunt (Auicenna zirbi ramicem): ſi humor lentus, ὑδροκήλω, hoc eſt, aquæ ramicem. Si uerò non in ſcrotum iſthæc deſcendant, ſed in inguine conſiſtentia tumorem faciant, βωβωνοκήλω nominari uolunt: Latini inguinis ramicem: uti apud Paulum & Aëtium ex Græcis, atque Celſum ex Latinis eſt uidere. Quæ ſequuntur, ex ſe ſunt expoſita, ac manifeſta.

Luxationẽ quę faciant.

Supercilia qd.

Morborum in ſcroto cauſſæ.

Paul. lib. 3. cap. 53.
Aët. lib. 14. ca. 21. 22. 23.
Cel. lib. 7. cap. 28.

CAPVT VLTIMVM.

RELIQVVM eſt, ut unius adhuc morborum generis, qđ omnibus partibus cõmune eſt, ſiue ſimilares, & ſimplices, ſiue cõpoſitæ ſint, cauſſas explicemus. Equidem uniuerſum hoc genus nominare cõſueui,

cap. 6. lib. 2. meth.

uitatis

unitatis ſolutionem, aut cõtinuitatis corruptelam, uel quomodolibet aliter, prout ſperauerim ſermonem auditoribus eſſe perſpicuum. Quippe maiores noſtri nullum ei nomen, quod ſciam, indiderunt, quamuis ipſius ſpecies quaſdam ſuis nomenclaturis denotauerint. Fractionem enim, aut cariem uocant, in oſſe ſolutam continuitatem, in carne autem, ulcus, aut uulnus: ad capitis oſſa, complura inſtituta ſunt nomina. Nam quæ in aliis oſsibus fractura dicitur, in his tum ῥωγμὴ, tum ruptio appellatur. Si uerò ab acuto aliquo ipſis irruente & incidente ſoluantur, ἐκτομὴ, καὶ διαῤῥηξις, id eſt, inciſio, & ἕδρα, id eſt, ſedes uocatur. Nomen autem teredon, id eſt caries, ε litera abundare uidetur: quippe quod à tremate, id eſt, foramine deriuatum creditur, perinde ac ſi tredo quædam, id eſt, foratio ſit: oritur autem ubi acres humores oſſa erodunt. Subijcitur autem hæc ſpecies ab initio quidem alteri morborum generi, ut aſperitas potius oſsis, quàm caries, aut foratio nominetur: procedente autem perforatione, adeo, ut foramen quoddam iam appareat, tum teredon, id eſt, caries nominatur. Huius generis eſt θλᾶσμα quoque, id eſt, colliſio, id magna ex parte accidit in carne: quanquam nonnunquam & in oſſe uidetur euenire, idq; maxime in pueris. Oportet enim ut in ſeſe cogatur omnino id, quod colliditur, atque ita ſit molle, ut abſolutam duritiem non aſſequatur. Proinde uel caro erit, uel oſsium aliquod molle, quod colliditur ſub irruente extrinſecus aliquo uiolento, ualido, & duro corpore. Igitur ſi partis ita affectæ externa facies integra permaneat, & in profundo ſint multæ, & paruę diuiſiones, huiuſmodi morbus θλᾶσμα, & θλᾶσις, id eſt, colliſio appellabitur. Quod ſi concauitas aliqua à collidentis corporis ictu inducta, appareat, huiuſmodi affectus ἔνθλᾶσις, id eſt, illiſio nominari debet. Vt neceſſarium autem eſt colliſam partem ſub ictu in ſeſe compelli, & concauam fieri, alioqui non collideretur, ita ſeruari concauitatem, feriente remoto neceſſarium eſt: mollia enim corpora omnia, ſeparata re percutiente, ad priorem habitum redire ſolent. Si uerò non ſolum ad interiora receſſerit os capitis, ſed etiam ruptura quædam in exteriori facie accedat, compoſitus erit huiuſmodi morbus, neq; ullum habet à priſcis autoribus nomen inſtitutum. Quamobrem

Solutæ unitatis cauſſæ.

Fractura.
Vulnus.

Ruptio.

Caries.

Colliſio.

Illiſio.

©BIUM

Nominibus barbaris nõ utendum.

oratione potius explicandus eſt, quàm nominibus extremè barbaris, qualia à recentioribus medicis plurima iam ſunt uſurpata. Porro ad continuitatis ſolutionem pertinet & ruptio, Græcè ῥῆξις, & conuulſio, Græcè σπάσμα, hæc in neruis, illa uerò in carne conſiſtens: quæ cauſſam ſuæ generationis habent, repentinum, inæqualem, & ualidum motum, in corporibus præcipue, quæ priuſquam perfricta, & ad æqualitatem reducta, atque calfacta fuerint, ad motum inducuntur. Nam per huiuſmodi affectus, complures in ipſis partes diuelluntur. Atque ut ſummatim dicam, omnes huiuſmodi morborum cauſſæ, aut extrinſecus irruunt, aut ex ipſo corpore oriuntur. Extrinſecus adueniunt, quæ uulnerare, aut collidere poſſunt: à corpore prodeunt immoderati, & incompoſiti motus animalis, & humores quidam deprauati, qui erodendi uim habent. Atque hæ ſunt cauſſæ morbi, qui communis eſt omnibus partibus, tum ſimplicibus & primis, quæ & ſimilares, tum compoſitis ex his, quæ inſtrumenta nominantur. Compoſitorum uerò morborum cauſſæ ſunt inuentu faciles, quippe quæ ex iam dictis componuntur. itaq; quicunque eas congerere non grauabitur, is copioſam ſibi cauſſarum compoſitarum ſupellectilem haud difficulter parabit. Sed tempus eſt, ut huic libro finem imponamus, ſymptomatum differentias deinceps explicaturi.

Tria in totum morborum genera.

QVum Tria ſint in uniuerſum morborum genera, alterum quod primis, ſimplicißimiſq; partibus peculiare ſit, quam intemperiem uocant: alterum, quod inſtrumentarijs & organicis, quod communi nomine uitiatam compoſitionem nominant: tertium, utriſque commune, nempè unitatis ſolutio, duorumq; priorum dictæ iam abunde cauſſæ omnes ſint, poſtremi nunc morborum generis cauſſæ ad operis exactam abſolutionem explicandæ ſuperſunt. Quod bellè hoc capite facit Galenus, exponens eorum affectuum Græca nomina, quæ ſolutæ membrorum continuitati propriè conueniunt, ſua cuiq; propria indens nomina, ut à priſcis obſeruatum inuenit. Fracturam igitur oßibus ob id præcipuè conuenire uolunt, quòd quæ franguntur omnia, dura & ſolida eſſe oporteat ex Ariſtotelis doctrina. Qualia cum ſint oſſa, meritò frangibilia dicentur. Caro non ſic propriè frangi, ſed uulnerari potius iure dicetur. Quum quæ uulnus ſuſcipiunt, mollia ſunt, cedentia, ictumq; molliter excipientia: ut quæ non admodum ob mollitiem ictui contranitantur. Ob hæc igitur in oßibus euenies unitatis ſolutio recte fractura, in carne uulnus dicitur. At quoniam de his abunde nos ſuprà cap. x 1. primi, quantum res ipſa poſcebat, diſſeruimus,

4. meth. cap. 9.

& quæ

& quæ hìc dicuntur, mira ſint dictionis facilitate, longáq; ſerie explicata, totáq; ipſa res ad nominum rationem pertinere uideatur, de qua & ipſa in eodem hoc argumento locupletißime Ioannes Manardus in Epiſtola ſecunda, libri ſeptimi, eſt locutus, finem huic ipſi de cauſsis tractationi feliciter imponemus, ad eam quæ ſymptωmatum eſt, tranſeuntes.

FINIS SECVNDI LIBRI.

CL. GALENI DE SYMPTOMATVM DIFFERENTIIS, LIBER TERTIVS,

*

CVM FRANCISCI VALLERIOLAE MEDICI COMMENTARIIS.

CAPVT PRIMVM.

QVID SIT morbus, & quot eius tum ſpecies, tum genera, ſimiliter qui ſimplices, quíue compoſiti morbi, & à quibus cauſsis ſinguli proueniant, in alijs commentarijs iam perſcripſimus. Reliquum eſt, ut de Symptωmatis diſſeramus: ut nihil deſit, quominus ſermo de omnibus affectionibus præter naturam, perfectus reddatur. Sanè omnis corporis affectus à naturali conſtitutione recedens, aut morbus eſt, aut cauſſa morbi, aut ſimptωma morbi: quod nonnulli medicorum ἐπιγίνημα, id eſt ſuccedens, uocant: quanquam hoc nomen Græcis parum eſt in uſu, ſed ſymptωma, & pathema, & pathos creberrime ſunt ipſis in ore. Atq; hæc omnia quæ díximus nomina, non idem omnino ſignificant. Equidem ut in præſentia de omnibus ipſis ordine inter ſeſe diſpoſitis diſtinguam, hunc in modum rem ipſam aggrediór.

Rerum præter naturam diuiſio.

QVum tria ſint in uniuerſum, quæ præter naturam homini accidere ſolcant, morbus, morbi cauſſa, & ſymptωma morbi: morborum autem, atque cauſſarum omnium natura, differentiæ omnes, ac genera, abunde duobus præ-

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 117 sur 428

cedentibus commentarijs ſint explicata, ſupereſſe tantum ad exactam de morbis tractationem uidetur, ut ſymptomatum omnium natura, cauſſæq; explicentur ordine omnes. Quam & ipſam de ſymptomatis tractationem eadem penè methodo qua morborum differentias, aggreditur, idq; à diuiſione inchoans eorum, quæ præter naturam homini inſunt. Qui quidem modus, quidpiam methodo aggredi uolentibus, maximè, ſi Platoni creditur, eſt congruens, ac familiaris. Nam qui rectum diuidendi modum tenuerit, diuiſionisq; membra inuicem diducere nouerit, is iam perfectam docendi uiam callere credendus eſt. Cum itaque & morbus, & morbi cauſſa, & ſymptoma morbi præter naturam ſint, poſtremi huius eſt inquirenda natura, priorum iam quidem ſatis cognita: Quod Græci quidem ἐπιγίνομενα, Latini rectè ſuccedens nominant, quòd morbo ſemper ſymptoma ſuccedere ſoleat: ſequitur namque morbum, uelut umbra corpus. Quod nomen quanquam naturæ rei maximè conueniat, quia tamen Græcis in uſu non eſt, maluit Galenus conſuetudini, ac patrio more nonnihil, quàm proprietati linguæ tribuere. Vnde ſymptoma ipſum non epiginema, ut Græcorum aliqui ſolent, uocandum cenſuit: probè nos edocens tritis, ac maximè receptis nominibus, non obſoletis nec uetuſtate deſitis, eſſe utendum: contra quàm plerique hodie è noſtris facere ſoleant. Sed de his aliàs, ad cætera modo.

In ciuili de regno.

Qui perfectam docendi uiam calleat.

Receptis nominibus utendum.

Morbus quid.

MORBVS quidem dicitur conſtitutio quædam præter naturam, à qua actio primò uitiatur: quin ſi affectum dixerimus, à quo actio uitiatur, idem nos dixiſſe conſtat. Nam quicquid eſt, id aliquo modo afficitur: ſiue ſanum fuerit, ſiue ægrum, ſiue neutrum. Atqui nomen πάθος, id eſt affectus, à πάσχω, id eſt affici, quodammodo deriuatur. Neq; philoſophis duntaxat, uerum etiam reliquis Græcis omnibus, in hunc uſum receptum eſt. Etenim affectus generatim ad omnes pertinet tum ſanos, tum ægros, tum neutros: inſuper & cantum, & harmoniam, & orationem, & dictionem affici dicunt Græci.

Affectus unde deriuetur.

OSTENSVRVS ſymptomatum differentias omneis Galenus, rectiſſime à morbi definitione totam de ea re tractationem ingreditur. Nam quum ſymptomatis natura à morbo penè tota pendeat, ſitq; hoc illius ueluti umbra quædam, ſit ut illius omnino natura rite agnoſci non poſſit, non exacte prius morbi natura cognita. Morbum autem, conſtitutionem quandam eſſe præter naturam Gal. ſtatuit, ſeu etiã affectum, à quo actio uitiatur. Recte autem affectum etiam, morbum quis dixerit, quòd quicquid eſt, affici quodãmodo dicitur, ſi modo quidpiam ab altero patiatur: ſiue id ſanum ſit, ſiue ægrum, ſiue neutrum. Quamobrem quum & inanimis etiam rebus affectus nomen conueniat, orationi, concentui, dictioni (unde orationem fucatam, & abſtruſioribus quibuſdam

Affectata oratio.

buſdam uerbis expreſſam, rectè affectatum, uti nunc loqui plerique conſueuerunt, uocare ſolemus: item & dictionem quæ duriuſculis ſit, & uetuſtate deſitis uerbis quaſi contexta) ſit ut etiam morbo ipſi affectus nomen haud malè conueniat: quòd ab eo afficiamur. Quæ ſenſus uero expertia ſunt, & animæ, uti concentus, dictio, oratio, ea, etſi quodammodo affici dicuntur, haud ſatis propriè tamen, ſed per accommodationem quaſi quandam, & tralationem. Nam ea affici propriè tantum dicuntur, quæ quod patiuntur ſentiunt: eſt enim affici quodammodo pati. Vt paulò pòſt Galenus, *Pati autem nihil uerè poteſt, quod ſenſus omnino ſit expers. Quamobrem etſi Græcis in uſu eſt orationem, cantum, & harmoniam affici dicere, id non ex nominis proprietate, ſed ſimilitudine quadam conuenire putant.*

Quæ affici pro prie dicantur.

Affici.

PORRO ſanitati morbus contrarius eſt, ac ab utroq; differt, id quod Pathos, & pathema nominant: ut etiam Plato ipſum definiens dixerit, Quicquid aliquis perpeſſus fuerit, id pathos appellandum eſt. unde, ni fallor, & ſenſuum alterationes, pathemata nominauit: in uiſu, eas quæ ab albo, aut nigro, aut flauo, aut alio quouis colore proueniunt: in tactu, eas quæ à calido, frigido, ſicco, humido, molli, duro, ac reliquis huiuſmodi omnibus: ſimiliter & in reliquis ſenſibus. Vocat etiam & uoluptatem pathema, atq; in totum, omnem motum, quicunque procedit ab altero in alterum: efficientis enim motus actio dicitur, Motus uero rei quæ afficitur, pathema, & pathos uocatur. Quanquam enim afficí quodammodo idem eſt, quod pati, motione tamen pathos, ab affectu diſcriminatur. Quum enim quieuerit alterans, alteratio permanens in re quæ perpeſſa eſt, eiuſdem rei affectus eſſe cenſetur. Itaque pathos eſt dum quidpiam conuertitur, mutatur, alteratur, mouetur. Affectus uero in ſubiecto corpore, & permanet, & ſeruatur. Nihilominus Græci permanẽtem quoq; affectum, uocant pathos, quemadmodum id quod egit, deſijt uerò agere, cauſſam nominant. Verum neq; hoc ſimpliciter cauſſa, neque permanens affectus ſimpliciter pathos dici debet. Nam ſi quis accurate loqui uoluerit, permanentem affectum, factum pathos appellabit: quum reuera non ſit pathos.

Pathos.

Actio. Cap. 6. Lib. Pathos. 1. mutg.

Affectus.

Pathematis & affectus differentia.

SANITATI *morbum contrarium eſſe, ex Ariſtotelis doctrina eſt omnibus perſuaſum. Cæterum à ſanitate, & morbo, id quod pathos, & pathema dicitur, differre,* Plato *exacte monſtrauit. Eſt enim* πάθος *eodem autore in Timeo, motus rei quæ afficitur, ac in uniuerſum, motus omnis, quicunq; ab altero procedit*

In prædicamentis.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 119 sur 428

©BIUM

procedit in alterum. Quicquid enim aliquo modo conuertitur, alteratur, mutatur, id pathos esse dicitur, dum in actu, motioneq; ipsa quod patitur subsistit. Pathos igitur in motione, affectus omnis permanens est, fluxum illud, mobile, & interfectum, ac ueluti ad afflictum uia, hoc fixum, stabile perfectum, ac illius finis. Differunt itaque tanquam finis à medio, tanquam temporarium ab stabili, tanquam perfectum ab imperfecto. At quoniam non omnis motus pathos censendum est, ob id rectè Galenus, qui qualisq; motus pathos dici debeat, ostendit. Nam qui efficientis motus est, is non pathos, sed actio iure censetur. Agens enim quodcunq; efficere nequicquam, nisi motione potest, siue ea alteratio sit, siue localis motus. Quamobrem quum necesse sit agens omne agendo moueri, is motus quo ad actionem progreditur, actio erit: quumq; sine patiente corpore motus hic perfici nequeat, qui ab ipso, ut patiatur, fit motus, hic pathos, & pathema uocatur, hoc est, non agentis, sed patientis corporis motus: quo & ipso, ab affectu pathos distinguitur. Non enim prius censeri affectus quippiam potest, quàm quum permanserit in subiecto corpore alteratio. Verum magna nobis inde pugna ex hoc loco oriri uidetur. Nam si uerum est, affectum id esse, cum quieuerit alterans, & iam agere desijt (uti uerborum Galeni hic series apertissimè sonat, sic inquientis, Quum quieuerit alterans, alteratio permanens in re quæ perpessa est, eiusdem rei affectus esse censetur) sequi omnino oportet, nullum eorum quæ fouentem, uel efficientem causam habent, affectus censeri debere, sed tantum pathos dici. Vnde neq; febris ipsa, quæ ab humorum putredine orta sit, neque phlegmone, aut scirrus, aut aliquod huiusmodi, in quibus causa perseuerat, morbi, aut affectus iure censebuntur: quòd in ijs alterans non quiescat, sed perpetuò agat. Quare non fientes morbi (ut medicorum more loquar) sed solum qui facti sunt, & non iam in fieri essentiam suam possident, ij morbi dici merebuntur: ut ephemera uocata febris, ut hectica, Tabes, & reliqua omnino uitia, quæ cessante ea, unde nata sunt, causa permanent: sic enim hic Galenus sentire uidetur. Sed quum id Galeno, atque adeo ueritati ipsi repugnet, nempe putridam febrem, phlegmonem, & huiusmodi, morbos non esse, nec nominari, quod tamen ex hoc loco sequi uidetur, concilianda nobis modis omnibus hæc controuersia erit, dandaq; opera, ut distinctis primum, & rectè rebus ipsis de quibus disputaturi sumus, appositis nominibus, de tota re disseramus: quod Plato in Philebo, Galenus in Medendi methodo amplissimè docent. Tota igitur disceptatio in hoc sita est, An qui morbi causam uel fouentem uel efficientem habent, quos & ipsos recepto medicis nomine fientes appellamus, morbi, & affectus uerè sint, an pathemata nominandi. Quod dubium ut diluamus, nominum prius nobis erit ratio disquirenda. Morbum itaq; Galenus, & omnes, constitutionem esse quandam uolunt, seu dispositionem præter naturam, à qua functionum primò læsio sequitur: quæ receptissima morbi est explicatio: quæ illud in se includit, ut de genere permanentium, & consistentium morbum faciat: quòd constitutio sit corporis, & dispositio secundum quam malè corpus afficitur. Vnde non immerito Galenus primo Locorum affectorum in hunc modum loquitur, Quum duo sint

motus ge

Actio quid.

Pathos quid.

Motione Pathos ab affectu distinguitur.

Morbi fientes an morbi sint an pathemata dicendi.

Morbus quid.

Morbus, de genere est permanentium.

motus genera, alterationis, & lationis, ubi ad permanentem diſpoſitionem alteratio peruenerit, ſitq; ſcilicet diſpoſitio præter naturam, morbus appellatur. Vbi ego Galenum permanentẽ eam diſpoſitionem uocare crediderim, non quæ diu multumq; maneat tempus (nam ut ipſemet 11. Therap. Metho. ait, ſiue diuturna ſit diſpoſitio, ſeu breuis, ſeu momento duret, morbus tamen nihilo ſecius erit) ſed eam, quæ ſublata ea unde nata eſt, cauſſa, permanere, & perſiſtere poſſit. Vnde conſtat uerum eſſe quod à neotericis, & barbarolatinis medicis dicitur, morbum id eſſe quod à cauſſa pro noſtro arbitrio remouibili non dependeat: ſic enim loquuntur. Quod ex hoc loco excerptum facile crediderim: nam quæ ab tali cauſſa affectio prodit, ea permanens non eſt, ſed cauſſa ſublata, abit: ut ſi cuipiam ex uinculis, aut compedibus, gradiendi functio uitietur, id nemo prorſus morbum eſſe dixerit: quam rurſus ſententiam, quòd permanens ſit morbus, 2. Metho. confirmauit. Hunc igitur morbum, triplicem eſſe claßici medici poſt Galenum omnes uolunt, eum qui ſit ſcilicet, factum, & futurum. Qui ſit, morbus is eſt, qui cauſſam ſui productricem, & adhuc operantem habet, à qua uel fiat, uel foueatur. Quam fientis, ut Barbari uocant, nomenclaturam ob id credo ſortitus eſt, quòd à productrice cauſſa pendeat, & eius altera pars facta ſit, altera futura fieri. Sic enim in ijs quæ fiunt omnibus uſu uenit, ut altera pars eius quod fit, abſoluta ſit, & perfecta, altera fieri parata: hoc namq; communi ſermone fieri quippiã omnes dicunt. Quem loquẽdi modum Galenus primo de locis aff. Soretem, id eſt acerualem nominat. Qui huiuſmodi eſt, ut habilitatem totius eius rei exprimat, quæ nondum eſt, tanquam ſi foret: uti quum dicimus domum fieri, turrim, propugnaculum, & huiuſmodi talium aliquid. Domus enim interim dum fit, domus non eſt, ſed quum facta eſt tota: nos uero nihilominus rectè domum, etiam quum fit, quadantenus eſſe dicimus, cum eam fieri pronunciamus. Ad hunc igitur modũ eum qui fit, morbum intelligere oportet, ut etiam ſi nondum totus ſit factus, morbus tamen ſermone acerualí cenſeatur. Factum morbum (quomodo Medici loquuntur) eum dici exiſtimãt, qui ſeipſo ſubſiſtat, & cuius effectrix cauſſa iam agere deſijt, manente eo qui ab tali cauſſa excitatus eſt affectu: ſed ita manente, ut à ſua cauſſa uel in fieri, uel in conſeruari nullatenus pendeat: ac proinde morbi facti nullam partem eſſe futuram omnes aſſeuerant: quòd effectrix nulla ſubſit cauſſa. Sed hic maximopere cauẽdum ne nos morbi facti multiplicitas, uariaq; apud medicos acceptio fallat, atq; in errorem præcipites ducat. Nam morbum factum duplicem eſſe ſtatuunt: alterum, qui modo dictus eſt, à cauſſa nullatenus pendentem, quo pacto ephemeram febrem, hecticam, & huius generis uerè factos morbos Galenus, & omnes appellant, & in uniuerſum quicunq; in ſolidis particulis conſiſtentes, ab humorum uitio non pendent, quæ Auerrois fuit ſententia: quem morbum Galenus æqualem intemperiem uocare ſolet. Eſt & alter morbus itidem factus, qui totam ſuam eſſentiam, & naturam iam obtineat, etſi adhuc cauſſam habeat fouentem, quo pacto abſceſſum iam productum, & putridam etiam febrem dum actu urit, & afficit, factam dicimus. Nec refert ſi non tota iam facta ſit, modo quod ipſius factum eſt, febris naturam habeat. In

¹Permanens diſpoſitio apud Gal. quid.

Vide apud Gal. in arte medicinali, cap. 88. nouę uerſionis. Fiens morbus.

Sermo Soretes.

Factus morbus.

Morbus factus duplex.

2. colliget. Lib. de Inæqua. intem.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 121 sur 428

©BIUM

Factum esse.

quem usum, Factum esse, usurpant latius philosophi, & usurpauit quandoque Galenus, dum de morbis philosophicè loquitur. Nam primo de Locis affectis uult non perinde in morbis qui fiunt, atq; in domo quæ fit, euenire: quòd in ea, uti in cæteris omnibus, quæ uaria constant forma, essentia generatione sit posterior: prius namq; est fieri domum, quàm esse domum. In morbis uerò secus: nam siue calidus sit, aut frigidus, humidus aut siccus, protinus ab initio, cum primum corpus temperaturæ, quæ bonæ ualetudini debetur, limites excesserit, eandem sibijpsi naturam habet (hæc Galeni eo loco uerba sunt) ex quibus constat omnem morbum seu fientem, seu factum, ut uulgo nostri loquuntur, latiore facti acceptione, factum dici posse, hoc est, ita productum, ut suijpsius naturam obtineat: quod effici non potest, ni iam eius aliquid factum sit. Nam tales morbi, propter id quod de ipsis factum iam est, non per id quod futurum est, suam ipsorum naturam tenere dicuntur. Quæ eò à me adducta sunt, ut ostendam etiam Galenum de morbis nonnunquam philosophicè, non medicè loqui solere. Quo modo loquendo, non dixisset huiusmodi morbos incipientes fore morbos: quum, ut alibi dixit, incipiens uel ophiasis, uel elephantiasis, non sit morbus, ad medicorum sensa loquendo: quòd non sensibiliter lædant. Hæc de morbo facto.

Libro decem Tractatuũ primo.

Morbus futurus fieri.

Futurus porro fieri is censetur, cuius effectrix quidem caussa, ut ipsum producat, parata est, nondum tamen eius aliquid factum est: qui & ipse in caussa sua, ut in semine concepto futurus homo, esse dicitur. In quod morbi genus proni sunt, qui uel plenitudine nimia, uel humorum uitio laborant. Pathema uero, seu πάθος aliter philosophi, medici aliter accipiunt. Philosophi (ita tradente in Tusculanis Tullio) ut sit motus quicunque in animo turbidus. Nam Græci omnem animi perturbationem uulgato, & recepto nomine πάθος appellant, & ad animum transferunt: Medici etsi omnes ad corpus (nam motionem quandam corporis esse uolunt, qua corpus conuertitur, alteratur, mutatur) tamen uariè de ipsius natura loquuti sunt. Prisci namq;, & qui propius ad germanam rei essentiam accedebant, πάθος priuatim de omni extrinsecus motu dici uolebant: ut id solum peculiariter, ac proprie pathema diceretur, quod in motu ab alterante externo cõsisteret. Qua in re appositißime dixisse mihi sunt uisi, ut discrimen ostenderent, inter pathema, & morbum. Nam etsi in putrida febre motus quispiam inueniatur, quo aliquid eius semper fit, non tamen febris ipsa pathos, sed uerè morbus dici debet: quòd non amplius ab alterante externo pendeat, sed ab interno, & corporea potius caussa. Quæ sanè ad internam caussam coniunctio non tollit quo minus morbus dici debeat, cui peculiaris curandi ratio debeatur. Recentiores uero uniuersim motus omnes, etiam qui naturaliter se habent, nisi actiui sint (peculiari philosophis uoce utor) πάθη Græcè, id est, passiones seu melius, perturbationes nominant. Quo pacto diuinus Plato, sensuum alterationes, πάθη nuncupauit. Qui uero aliquot seculis post secuuti sunt medici, de solo eo qui præter naturam sit motu, id nomen dici uoluerunt: nec abs re, quum quæ præter naturam patiuntur, ea uerè pati, & alterari dicantur. Per abusum uero etiam eos affectus qui ex tali motu, seu pathemate prouenêre, πάθη appellant: sed id impropriè, quum non pathos iam id-

Pathema & πάθος quid.

Varia pathematis apud medicos acceptio.

Ex Gal. 2. Therap. Me.

Quæ uere pati dicantur.

ipsum quod

ipſum quod amplius in motu non eſt, ſed factum pathos dicere oporteat: ut hoc loco Galenus. Cuius ſenſa hac parte locupletius explicans, dico ipſum hic exactè, atq; etiamnum philoſophicè, hoc eſt pro rei de qua agitur, natura, de affectu, atq; pathemate tractaſſe, uoluiſſéq; inter pathema, & morbum utriſq; proprie ſumptis, id intereſſe, quòd morbus omnis de genere permanentium ſit, atq; conſtantium, pathema uero de ſuccedentium, hoc eſt eorum quorum nullam eſt dare manentem, & ſtabilem partem: qualia, uox, ſonus, motus, actio, & huius generis multa. Itaque quum quieſcit alterans, ſiue externum ſit, ſeu internum, quod ab eo productū, & natum eſt, recte affectus, ut Galenus ait, appellabitur: quòd pro eius natura uariè afficiamur, & quod relinquitur permanens ſit, ſiue breui, ſiue multo tempore, ſiue etiam momento duret. Ea uero alteratio quæ in motione ipſa atque adeo fieri quodam, & mutari conſiſtit, ea inquam, iure pathema, ſeu Græcè πάθος cenſebitur. Quem locum explicans Nicolus Florentinus, inter claſſicos medicos non contemnendus, ait, Galenum per hanc ſententiam (Nos uero omnem alterationem quæ adhuc fit, pathos nominamus) non aliud uoluiſſe, quàm omnem alterationem à cauſſa externa prodeuntem, & ab ipſa in fieri pendētem, pathos dici debere, non eam quæ ab interna cauſſa fiat: quum alioqui (ut colligit idem, ſed non ſatis argutè) putrida febris pathos eſſet dicenda, quòd à cauſſa interna & corporea fiat: quod falſum eſſe omnibus in confeſſo eſt. Ego uero non tam de ea quæ ab externa, quàm quæ ab interna cauſſa in fieri pendet, Galenum intellexiſſe contendo. Nam ut pathema quid dicatur apud Galenum, abunde eſt in motione ipſa, & mutatione conſiſtere, ſiue ea mutatio ab interno, ſeu ab externo fiat, quanquam proprius ab externo. Nam ut 11. Methodi ſcribitur, ueteres de omni extrinſecus motu πάθος dici uoluerunt. Nec ex hoc ſequitur putridā febrem πάθος dici debere. Nam etſi cauſſam corpoream habeat, & ab ea fieri dicatur, eſſentiam tamen ſuam non in ipſo fieri, & mutari, quod ad pathematis naturam requiritur, ſed in facto iam, & permanente habet: quum eius aliquid iam factum ſit, nec amplius cauſſam habens à quā pendeat: quod ad effectus eſſentiam ſatis eſſe uult Galenus. Eius uero febris id, quod in motu, & fieri ipſo ſubſiſtit, uerè pathos dici debet: quum ſit alteratio non in termino (ut philoſophi dicunt) ſed in uia, & quæ adhuc fiat, nec quieſcat alterans reſpectu eius partis, quæ in motu eſt, & alterari. Non tamen ob id putrida febris πάθος, ſimul & morbus dicetur: quum horum ſint contrariæ rationes: ſed potius morbus, quod & illi morbi definitio conueniat, & à perfectiori ſemper ſit denominatio ſumenda. Morbi uero eius qui fit (qualis febris eſt putrida) perfectior ea pars, eſt quæ iam facta eſt, & ab ea uenit nomenclatura ſumenda. Vt igitur ex hac nominum explicatione ad quæſiti dilutionem accedam, conſtare puto ex his quæ in hac ipſa digreſſione, de affectu, & pathemate dicta à nobis ſunt, morbum omnem, cuius cauſſa ſubſit, uel effectrix, uel conſeruans, uerè morbum Galeno, non etiam pathema, ſeu πάθος dici debere. Nam etſi in eo alterans non quieſcat, ſed continuo agat, cuius merito affectus dici non deberet, ſed pathos, ad id tamen collatum quod iam factum eſt, à quo protinus functionum læſio ſequitur, iam al-

Factū pathos.

Succedentia quæ.

Nicolus Florentinus fermone primo, cap. 12.

Morbi fientis, quæ pars perfectior.

Quæſiti explicatio.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 123 sur 428

terans agere desijt, nec amplius quod effectum est, in motu,& alteratione, sed in dispositione,& permanentia quasi quadam consistit: quamobrem & morbus iure censebitur. Quam meam de morbo qui fit, sententiam ne nudam, & quasi testium inopem in iudicium abiecisse uideat, doctis eam Galeni assertionibus muniemus. Is namque primo de Locis affectis, ubi ex professo rem tractat, ad hunc modum loquitur, Nonnunquam (inquit) à caussa quapiam oritur affectus, sed ita oritur, ut separata caussa haudquaquam permanentem habeat dispositionem: interdum autem partim iam factus est, partim etiamdum fit. An non hìc apertißimè morbum qui fit, hoc est, cuius aliquid iam factum est, aliquid futurum, quo pacto fieri ipsum hoc loco audire oportet, morbum esse statuit, quum eius aliquid iam factum esse asseuerat, & rursus cum domus quæ fit exemplum adfert? An uero (subdit) de quolibet morbo dum fit, sed nondum factus est, eodem modo dicendum sit, atq; de domo, dum fit dictum est, haud abs re quæritur. Neque enim omnium quæ fiunt, eadem est ratio. Nam res similares, nullam naturalem figuram requirentes, protinus ab initio eadem constant essentia: dißimilares uero,& quibus uaria est forma, essentiam generatione posteriorem habere possunt. Neque enim quum domus construitur, simul fiunt fundamenta, parietes, fastigium, tegulæ, ianuæ, fenestræ: ex quibus omnibus quodammodo compositis, atq; in unam formam redactis, domus ipsius essentia composita est. Morbus uero & calidus, & frigidus, & humidus, & siccus, protinus ab initio, cum primum corpus temperaturæ quæ bonæ ualetudini debetur, limites excesserit, eandem sibijpsi naturam habet. Quid quæso his Galeni uerbis ad meam sententiam roborandam aptius fingi potest? nempè quum non omnium quæ fiunt (ut uult Galenus) eadem sit ratio, sed aliqua etiam dum fiunt, suam ipsorum essentiam obtinent, ut similares partes, usu uenit, ut morbus etiam qui fit, quum suam essentiam, & naturam protinus ab initio habeat, ut tradit Galenus, & morbus merito debeat dici. Idipsum quoque in arte parua monstratur, ubi eius morbi curatiua Methodus edocetur. Vnde quum solius morbi sit curatio, ut quarto & duodecimo Methodo, fit ut morbus fiens (liceat enim mihi hunc modo barbaro uocabulo appellare) quum illum curari debere Galenus doceat, morbus iure optimo censeatur: quod & ipsum quarto item Therapeutices Methodo explicatius cõfirmauit. Nec huic meæ sententiæ Fuchsius medicorum nostri seculi decus repugnat, etiam si ultro asseueret morbum qui fit, morbum non esse: nam ita eum intellexisse existimo, idipsum quod in fieri, & alterari adhuc consistit, morbum non esse: quod ego item proiecta hasta confiteor. Sed non ob id tamen negauerit Fuchsius febrem (exempli caussa) morbum non esse, quum hoc ipsum idemmet in ea enarratione fateatur. Nos igitur disceptationem hanc totam cum Galeno concludentes, asseramus morbum id tantum dici, qui contrarius sit sanitati affectus, & actionem lædat, siue diutinus hic sit, seu breuis, seu etiam momento duret: modo permanens aliquid habeat: secus quàm motus, uox, actio, sonus: quorum nullo temporis spatio pars ipsorum ulla stare potest. Πάθος, motum esse quendam corporis quo ad patien

Cap. 88. nouæ uersi.

Lib. Paradoxorum 3. cap. 2.

Morbus.

Πάθος.

ad patiendum mouetur, Cauſſam id quod procedit, ſymptoma, quod ſequitur. Vocet modò hæc quis ut uelit, modo de rebus ipſis nihil planè immutet: uel ſi propriè, & accuratè loqui uelit, alterumq; docere, nominibus ipſis pro rebus utatur: & ab imaginatione, quam nomina præbent, fugiens, ad rerum eſſentiam ſe conuertat: ita utens nominibus, ut in eorum uſu claritatem quaſi metam ſpectet, & quæque ſic nominare ſtudeat, ut qui diſcit, quæ dicuntur clariſſimè intelligat. Tum enim ſe boni præceptoris officio functum eſſe quis exiſtimet, quum hæc perfecerit. Hoc doctum Galeni conſilium, hæc recta docendi ratio.

Cauſſa. Symptoma.

1. Thera. Me.

CAETERVM quod Græci has uoculas ad huiuſmodi uſum accommodare conſueuerint, in libro de Medicis nominibus oſtendimus. Atq; meminiſſe oportet eius quod ſemper dicere ſolemus, ut quòd ad nomina pertinet, celerrime mutuam pacem componamus: atque ad res ipſas feſtinantes, in ipſis uerſemur, ac diu perſiſtamus. Verum inueniuntur complures, etiam eruditionis titulo ſeſe uenditantes, qui omnia peruertunt: omnem enim uitam de nominibus altercando, conterunt, adeo, ut nunquam poſsint ad artis finem peruenire. Quid igitur faciet uir ueritatis ſtudio æſtuans? Principio oſtendere debet res, quæ ſuapte natura inter ſeſe ſimiles ſunt, atque ob hoc neglectæ, deinde imponere eis nomina, maxime (quoad eius fieri poteſt) uſitata, & à patrio ſermone non aliena: quòd ſi hæc ignorat, fingat ſibi propria: idq; ſummopere curet, ut ſingulis rebus ſingula adhibeat nomina, ne ob homonymiam ſermo reddatur obſcurior, neue ſophiſmatis perturbetur, neque etiam res aliqua omittatur. Cæterum ſiue rectè, ſiue perperam, ſiue propriè, ſiue impropriè, nomen fuerit inſtitutum, multo otio conſiderandum eſt. idq; ſi prius res ipſas didicerimus: non enim in nominibus, ſed in rerum notitia, rectum officium uerſari uidetur. Nos uerò, ut diximus, patrijs utimur nominibus: & res inter ſeſe uicinas definimus, permittentes alijs pro arbitrio nomina imponere, ſed res ipſas præterire concedimus minime.

Nominibus quatenus utendum.

Rectum officium in quo uerſetur.

GRAECAM linguam uerborum, dictionumq; ad exprimendos conceptus, locupletiſſimam eſſe, ac maxime diuitem, non modo è Græcis doctiſſimi quiq;, ſed è Latinis præcipui teſtantur. Nam Cicero ad Qu. Fratrem Græcam linguam in uerborum copia ac delectu, eorumq; ad res ſignificatas adaptatione, cæteris antecellere omnibus ſcribit. Proinde minime mirum (quod hic Galenus ait) Græcos

Idem 1. Tuſculanarum quæſtionum.

Græcos ſingulis ſua nomina rebus maxime congruentia poſuiſſe: quòd illorum copia abundent. At quum eo ſint rebus impoſita nomina, ut nobis rerum conceptus ſignificataq; explicentur, in rebus ipſis uerſari, atque perſiſtere, non in nominum anxia inuentione, aut uſu, medico magis præſtat. Abunde certè illi eſt, & receptis, & uſitatis in arte nominibus uti, eaq; noſſe rebus ſignificatis (quoad eius fieri maxime poteſt) propriè adaptare: quod ubi nactus eſt, reliquam omnem nominum curam ijs relinquat, quibus omnis in nominum contentione uita inutiliter perit. Sed neque tamen ita nominum negligentem eſſe uolo, ut non ad ſeuerum (ut dicitur) unguem, multoq; otio diſquirat, quæ quibus nomina rebus adaptet, num propriè id fecerit, an ſecus. Quod animaduerſionis genus ad homonymiam tollendam certè plurimum facit, ad exactam uero rerum, de quibus tractandum eſt, intelligentiam, in totum conducit: præſertim, ſi patrijs, hoc eſt, receptis, & maxime conſuetis nominibus utatur: conſuetudo namque, & uſus, perſpicuitatem certe maximam rebus adaugent. Itaque ſi uel inter Latinos cuipiam ſit de ijs diſſerendum, quæ non ſatis appoſitè noſtra lingua, congruentius uerò Græca exprimantur, ſitq; receptum Græcis ijs uocibus uti, probauerim maxime in uſum eſſe ſumenda, atque ijs pro Latinis utendum. Cum enim multa ſint Græca, quæ niſi Græcè, ſatis ſignificanter exprimere nequeas, qualia ſunt Rigor, Melancholia, Symptoma, & huius generis non pauca, fit ut ijs pro Latinis non raro ſit nobis utendum: ut quæ ſi Latinæ facere tentes, apta, reſpondentiaq; illis nomina haud inuenias: ut Manardus in Marcellum libro octauo epiſtolarum medicinalium, & doctus Linacer in ſua ad libros de ſanitate tuenda præfatiuncula, exactiſſime docent. Patrijs itaque, & receptis (ut Galenus monet) nominibus quiſque utatur: ſic ad rerum, quas ſcrutatur, naturam perueniens, ut ſuo functus officio uideatur. Sic Cicero Aërem, & Aethera, Græca quidem illa, pro Latinis uſurpauit, nec inuenit ad id exprimendum quod aëre ſignificatur ſeipſo melius. Sic Galenus ſeſe patrio ſemper uſui accommodat, ut ad eum nomina ſæpe transferat: ut in Symptomatis nomine, & Pathematis ſuprà monſtratum eſt. Quæ omnia eò à me dicta uelim lector exiſtimes, ut nonnullorum acutam nimis ſolertiam retunderem: qui, niſi omnia ad bene Latina (ut ipſi uocant) nomina conuerterint, ſcelus ſe maximum commiſiſſe exiſtiment, ac eos qui Græca interdum (quanquam receptiſſima) uſurpant, carpunt ac lancinant. Nam (quæſo) ſi tibi de rigore eo qui in febribus accidit, ſi de mania, melancholiaue, ſi de ſymptomatis ſit loquendum, quibus tu Latinis nominibus horum uice utêris niſi impropriè pro rigore horrorem (quod Celſus ſæpiſſime facit) pro mania, furorem, pro ſymptomate, accidens dixeris? Sed quàm hæc parum Græcis illis nominibus reſpondeant, docet abunde Manardus, quo ſuprà citauimus, loco.

Cur Rebus impoſita nomina.

Conſuetudo & uſus perſpicuitatem addunt.

Lib. 2. de Nat. deorum.

IGITVR in ijs quæ nunc nobis propoſita ſunt, hoc quidem fit, dum corpus uel conuertitur, uel tranſmutatur, uel quomodolibet alteratur, alterum uerò factum eſt, & permanens. Porrò eius quod factum eſt, aliud quidem naturalem

actionem

actionem facere poteſt, aliud uerò eam uitiare. Itaque id quod adhuc fit, nec eſt niſi dum fit, actionem, aut pathos nominauimus: id uerò quod per tempus aliquod permanere poteſt, ſanitatem, aut morbum. Actio, & pathos differunt, quemadmodum id quod facit, & id quod fit. Morbus uerò à ſanitate diſtinguitur, quòd hæc ſecundum naturam eſt, ille contra naturam.

Actio.
Pathos.

IN OMNI *tranſmutatione duo omnino eſſe oportet, quæ actionem compleant, fieri, & factum eſſe. Prius nanque eſt in uia eſſe quicquam, quàm, quo, ceu ad finem, peruenturum eſt: media nanq; in opere ipſo priora ſemper ſunt ſuo fine, ut uolunt philoſophi. Fieri itaque id dicitur, quod in motu ipſo, atque adeò in actione ſubſiſtit: ut quoad uel alteratur, uel conuertitur, tandiu idipſum fieri dicatur. Factum uerò, quum ad finem, ad quem actio ducit, uentum eſt. Porrò eius quod fit, partes unà eſſe non poſſunt, ut potè de ſuccedentium numero: id uerò quod factum eſt, permanens, fixum, ſtabileq; manet. In priore itaque illo actio reponitur, quæ & ipſa motus quidam eſt agẽtis, atq; in fieri ipſo ſuam habet eſſentiam: in poſtremo uerò, habitus, & diſpoſitio. Quamobrem quum & ſanitas, & morbus, permanentes ſint in homine conſtitutiones, meritò in eorum, quæ facta ſunt, genere collocabuntur. Quum autem & actio, & pathos, ambo quidem in fieri conſiſtant, eo tantum differunt, quòd pathos, affecti corporis eſt motus, actio agentis. Morbus à ſanitate, quòd hæc ſecundum naturam conſtitutio ſit, morbus contra naturam: hic functiones uitiat, ſanitas perficit.*

In trãſmutatione neceſſaria.
Fieri.
Factum.
Actionis & pathematis diſcrimen.
Sanitatis & morbi diſcrimen.

RVRSVS de iſs integrum ſermonem inſtaurantes, omnia ordine proſequamur. Igitur Sanitas eſt affectus ſecundum naturam, ad faciendam actionem idoneus. Porro nihil refert utrum dixeris, conſtitutio, an affectus: ſimiliter, ſiue ad faciendam actionem idoneus, ſiue cauſſam actionis dixerimus. Neque refert etiam ſi ſecundum naturam, omiſeris: intelligitur enim in reliquo ſermone. Sic, Morbus eſt conſtitutio corporis præter naturam, aut cauſſa, ob quam uitiata eſt actio: aut breuiori compendio ſic, Morbus eſt affectus præter naturam impediens actionem. Pathos eſt motus circa materiam ab efficiente procedens: ipſe uerò efficientis motus, actio eſt.

Sanitas.
Morbus.
Pathos.
Actio.

A' DEFINITIONE *eorum ſine quibus ſymptomatum natura probè cognoſci non poteſt, denuò quod reliquum eſt, exorditur. Ea porrò ſunt, ſanitas, morbus, pathos, & actio: quæ omnia, ut ſymptomatum naturam omnem agnoſcamus, ſcitu ſunt neceſſaria: quum ſint ſymptomata affectuum quorum ſunt,*

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 127 sur 428

OBIUM

ſunt, ueluti umbræ quædam. Quamobrem quum neque ſine ſanitate morbus, nec pathos ſine actione rite cognoſci queat, quòd ſint ſibijnuicem quaſi quadam conſociatione ſuppoſita, horum quatuor erat prius definitione explicanda natura. Eſt itaque ſanitas, ſecundum naturam conſtitutio ad faciendam actionem idonea. Morbus contrà, præter naturam itidem conſtitutio actionem uitians. Pathos, motus eius, quod patitur, corporis. Actio, efficientis motus. Quæ rurſus omnia, ſecundo Metho. & primo de Locis aff. latius explicantur, & à nobis fuſiſſime ſuprà in digreſſione de morbo, & pathemate, ſunt tractata.

Vide Ariſtot. Cauſſa. ray. 3. Cauſſarum Lib. 2. genera. Phyſicor.

ID VERO quod ſuapte natura inducere poteſt ei quod fit, aliquam ſuæ generationis partem, ipſum illius cauſſa dicitur. Cuius complura ſunt genera, nempe materia, utilitas, ſcopus, inſtrumentum, & unde principium motus: horum enim quodlibet, nonnihil ad perfectionem eius quod fit, conducere poteſt. Quæ uerò nihil inferunt, ſed inferentes cauſſas impellunt, ea cauſſæ ſine qua non, rationem obtinent. His ita ſe habentibus, poteſt ordo quidam cauſſarum, quæ crebro ſeſe inuicem ſuſcipiant, inſtitui: ueluti pluribus inter ſe calculis ordine diſpoſitis, ſi quis primum moueat, primus uero ſecundum, atque hic tertium, & ſic deinceps quilibet ſe ſequentem. In quibus omnibus niſi quis diſtinguat id quod per accidens facere dicitur, ab eo quod per ſe ipſum, multa, & abſurda committet in ſuis diſceptationibus peccata. Significat autem Per ſe idem quod Primò: quamuis nonnulli Attice loquentium hoc uocabulum non ſeruent: Per accidens autem, idem quod Secundo. Igitur qui primo calculo digitum applicat, primò quidem hunc mouet, ſequentem uerò per accidens, & ſecundò, itidem reliquos quoque omnes. Sic etiam primus per ſe mouet ſecundum, tertium uerò, & deinceps reliquos, per accidens. Atque eadem ratione ſecundus mouet tertium quidē primò, quartum uerò, & quintū, & alios deinceps, ſecundò. Quod ſi accuratius diſtinguere uolueris (id enim ad exquiſitam rerum notiçiam utilius uidetur) quilibet calculus primò mouet eum qui ſibi contiguus eſt, ſecundò autem eum qui hunc ſequitur: ita tertius mouet illum qui ſe ſequitur, & quartus eum qui deinceps eſt. His ita ſe habentibus ac definitis, quum morbus affectus quidam ſit præter naturam, lædens actionem, fiericꝫ poſsit, ut morbum ipſum alter præcedat affectus, qui & ipſe quidem ſit præter naturam, neque

Per ſe.

Lib. 3. tum, Per accidēs. præcunte.

tamen

tamen ſuapte ratione, neque per ſe, ſed interueniente morbo lædat actionem, hunc affectum non morbum, ſed cauſſam quæ morbum præcedit, uocabimus. Quod ſi accurate mentem adhibueris, hunc affectum cauſſam uocare potes, eo quòd actionem uitiat: uerum non per ſe, neque primò, ſed uel per accidens, uel ſecundo, & impediri, & lædi per ipſum dixeris actionem, at à morbo ipſo ſuiipſius ratione, & primò. Itaq; dicendo morbum eſſe corporis affectum qui impedit functionem, ijs qui ſubaudiunt, & primo, & per ſe, ſatisfacit oratio. Verum ob rudiores, & rixoſos, addendum eſt, primò, ut huiuſmodi reddatur ſermo. Morbus eſt affectus corporis, actionem aliquam impediens primò. Affectus uerò qui hunc præcedunt, non appellantur morbi. Quod ſi alij quidam affectus ſuperuenerint, ſequentes uelut umbra, ne hos quidem morbos uocabimus ſed ſymptomata. Itaque non quicquid in corpore præter naturam fuerit, id protinus morbus nominari debet. Sed quod primò lædit actionem, morbus: id uero quod præcedit, morbi cauſa, non morbus appellabitur. Si uerò alius quiſpiam affectus in corpore morbum ſequatur, ipſe ſymptoma duntaxat nominandus eſt: quamuis functionis quoq; noxa, ſymptoma ſit animantis: Nam quicquid animanti quomodolibet euenerit præter naturam, ſymptoma eſt. Atque nominum uſus apud Græcos ſic ſe habet. Atqui licebit ea tibi pro arbitrio mutare, modo obſerues (quod dictum eſt) ut res ipſæ permaneant. Vt, exempli cauſſa, ſi nolueris uocare ſymptoma, ſed epigínema, id eſt ſuccedens, ut ſymptoma ſit omne id quod animanti utcunque acciderit: Epigínema uerò, non omne, ſed id duntaxat, quod morbos neceſſario ſequitur. Nos uerò (ut dictum eſt) omnem alterationem quæ adhuc fit, pathos: omnia autem quæ in corpore ſunt præter naturam, ſymptomata nominamus.

Cauſſa præcedens.

Morbus.

Symptomata.

Cauſſa.

Pathos.

QVVM *nihil ſine cauſſa fieri, ex axiomatis medicis, uel teſte Galeno, unum ſit, ſanitatem autem & morbum, facta eſſe, ac permanentia dixerit, pathos uerò, & actionem, motionem quandam in fieri, à quibus cuncta hæc fieri dicantur, medico quidem ſcire operæpretium cenſuit Galenus: ac proinde quid cauſſa ſit, ſibi propoſuit definiendum. Eſt itaq; medicis cauſſa, id quod ei quod fit, aliquam ſuæ generationis partem ſuapte natura inducere poteſt, ut in exemplo, Sol (ſi ita ſors tulerit) nos calfaciens, aut aëris frigidioris conſtitutio re-*

1. Metho.

Cauſſa.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 129 sur 428

frigerans, ſi actionis ſuæ uim imprimant, cauſſæ meritò dicẽtur: ut quæ actione ſua nos alterare & immutare ſufficiant. Quæcunq; enim una aliqua nos qualitate afficere poſſunt, hæc, cauſſæ meritò cenſebuntur: id enim quo tangente afficimur, & quo ſeparato, ceſſat affectus, cauſſam eſſe omnibus in confeſſo eſt. Præfata uerò cauſſæ definitio, etſi congrue omni cauſſarum generi adaptari poßit, quum & materia, & utilitas, & ſcopus, & unde principium motus, ei quod fit haud parum, quodq; per ſe, conferat, & omne quod fit, hæc neceſſario poſcat, tamen præcipuè efficẽtrici cauſſæ conuenire uidetur: quòd ea præ cæteris ſuæ generationis portionem ei quod fit, impartiatur, tum quòd eam medicus in primis conſiderat. Cuius quum ſit munus, affectus qui lædunt auferre, & curare, hoc præſtare non poteſt, ni efficẽtricem cauſſam & cognouerit, & methodo quadam abſtulerit: ſanari quippe nullus affectus poteſt, manente, quæ ipſum excitauit, cauſſa. VII. Metho. Quæ cauſſa eſt, cur Galenus in Arte medicinali efficẽtricium tantum, & conſeruantium (quæ ſub eodem genere reponuntur) meminerit: aliarum nanque cauſſarum dignotio uel parum eſt medico utilis, uel ſi quid conferat, ad efficẽtricem id cauſſam præcipuè referri debet. Hærum uerò ipſarum quadruplex eſſe genus non tam rerum naturæ periti, quàm etiam medici, ut hic Galenus, uolunt. Quum enim quodcunq; actione quapiam efficitur, idipſum & ab aliquo, & alicuius gratia, & ex aliquo, & aliquid immutet (alioqui conſtare actio non poſſet, quæ ijs ueluti ſuis partibus conſtat) neceſſum eſt ex ijs quatuor illa præcipua cauſſarum genera oriri, nempe materiam quæ & ipſa duplex eſt, in qua & ex qua, formam, quæ ſemper alia, atq; alia introducitur, finem, quem utilitatis nomine hic Galenus ſignificat, & unde principium, hoc eſt efficẽtricem, quam & ipſam uel ſolam ad curationis modum dignoſcendum ſatis eſſe Galenus in de Reſpirationis cauſis ingenuè eſt profeſſus: quòd ab hac ſemper actio pendeat. Eſt & aliud cauſſæ genus, quod ipſum per ſe quidem nihil cooperatur, inferentes tamen cauſſas impellit, uocatur'que Cauſſa ſine qua non. Inſtrumentaria uerò cauſſa ex efficẽtricium genere ipſa eſt. Scopum uerò, quem hic Galenus quaſi diſtinctum quoddam à cæteris cauſſæ genus poſuiſſe uidetur, etſi ad finalis genus cauſſæ non inepte referri poteſt, quòd finis quaſi quiſpiam ſit corũ quæ fiunt, à fine tamen ipſum differre idemmet Galenus lib. de Sectis teſtis eſt. Ad hunc enim modum de eo loquitur, Medicæ artis ſcopus, ait, ſanitas eſt: finis, ipſius ſanitatis poſſeßio. Et rurſus in introductorio, ſiue eius libri autor Galenus, ſiue quiuis alius fuerit. Quouſque (inquit) finem ſuum non aſſequitur medicus, non finis eius ſed ſcopus dicitur. Ex quibus locis liquidò conſtat aliud eſſe à fine ſcopum, eáq; tanquam longo interuallo diſcreta Galenum poſuiſſe, nec immeritò: differunt enim, tanquam propoſitum à propoſiti fine. Siquidem propriè σκόπος Græcè propoſitum denotat, ſpeculationem, & animaduerſionem. unde & σκοπέω uerbum, quod idem eſſe uolunt atque conſidero, animaduerto, ſpeculor: ac proinde ſcopum ab ſpeculando dictum, per tralationem quaſi quandam, ad locum accommodãt prominentem, in quem tela ſagittarij dirigunt, in illum ſpeculantes, & intenti. ut apud Suetonium de Domitiano legitur in hæc uerba, Nonnunquam (inquit) in pueri

Medici munus.

Cauſſarum genera.

Actio quibus conſtet.

Cauſſam efficẽtricem ſolam ad curationem ſufficere.

Scop⁹, ad quod cauſę genus referri debeat.

Scopum non eſſe finem.

Scopus.

Suetonius.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 130 sur 428

in pueri procul ſtantis, præbentisq; pro ſcopo diſpanſam dextræ manus palmã, ſagittas tanta arte direxit, ut omnes per interualla digitorum innocuæ euaderent. Eſſe uerò propoſitum, quod Græci σκόπος uocant, Macrobius locupletiſſimus teſtis eſt lib. primo in Somnium Scipionis. cap. 1111. Eſt igitur Scopus, præmeditatus finis, & in artificis mente conceptus: habet enim quiuis artifex unum aliquid, quod primum in mentem ueniat, cuius gratia munia artis obit. Hoc itaque propoſitum, hic ſcopus medico ſanitas eſt: nam huc intentus omnia facit, quibus poteſt præſidijs uel præſentem ſeruans, uel deperditam reſtituens. Differt itaque tanquam quid in potentia, ad id quod in actu: nam ſcopus in potentia quadam eſt, & mentis conceptu, finis uerò in actu. Equidem ſiue auxilijs adhibitis finè potiatur ſuo, ſiue non, nihiloſecius tamen ſanitate pro ſcopo utetur medicus: æquè ac ſagittarius deſignato loco, etiam ſi non ſemper eò ſagittas dirigat. Tum uerò finem eſſe adeptum dicemus, quum congruis auxilijs ſanitatem pepererit, req; ipſa conuenientem naturæ ſtatum induxerit. Sed placet in exemplis planiora hæc cuncta facere (quum optimam eſſe, quæ in exemplis fit, exercitationem Galenus prædixerit) idq; una quapiam in nobis propoſita actione, quæ cauſsis ijs & perficiatur, & conſtet. Subijciatur itaq; ſanguinis è cibis generatio. Huius ſanè effectricem cauſſam Iocinoris facultatem eſſe nemo non dixerit: ut cui, uel teſte Galeno, hoc à natura propriè dicatum ſit munus: materia uerò, cibi ſunt, & potus: Forma ea eſt quæ in mutato ſucco noua induitur, nempe ſanguinis: Finis porrò actionis, & utilitas, corporis nutricatio: inſtrumentum quo actio perficitur, ſpiritus eſt, quo facultas ceu organo, utitur, uel membrum ipſum, cuius adminiculo ea editur functio, quod iecur eſſe cenſent: cauſſa ſine qua non, ciborum in dentibus molitio, atque præmanſio, quæ quum ſanguinis generationi nihil per ſe ipſa conferat, propiores tamen, & immediatas cauſſas quodãmodo pellit, cibum utiq; præparãdo. Quæ autem de cauſſarum ſerie ſubdit Galenus, planiora ſunt, quàm ut explicatione egeant. Illud tantum admonebimus ſignificati uerborum Per ſe, & Per accidens meminiſſe perpetuò oportere, necubi nos peruerſa eorum acceptio fallat. Per ſe igitur quicquam facere dicitur, quum ex natura ſua, ſponte, primò nullius q; interuentu facit: Per accidens contrà, quum non ex ſe, non immediatè, ſed ſecundò. Scammonium (uerbi gratia) bilim per ſe uacuare dicitur: quòd primò, & per ſui naturam id faciat: per accidens uerò, quum alios humores, tum uerò corpus refrigerare, quod ſecundò, & ex conſequentia quaſi quadam id præſtet: uacuatio nimirum eo humore à quo corpus calidius reddebatur. Similitudinis uerò cauſſarum ad calculorum rationem, catalogum, eò huc à Galeno adductum crediderim, ut morbi ipſius ad ſuas cauſſas, & quæ ab eo gignuntur ſymptomata ſeries, nexusq; intelligantur. Nam qui affectus præter naturam morbum præcedunt, illius cauſſæ iuris cenſentur: quæ uerò morbum ſequuntur, illius ſymptomata ſunt. Itaque ut in calculis (quod ait Galenus) ſic & in præter naturam affectibus uſu uenit. Nam morbi quidem cauſſa morbum ipſum per ſe, & primò facit: morbus, ſymptoma item per ſe: morbi autẽ cauſſa, ſymptoma parit, non primò, nec per ſe, ſed per accidens, & ſecundo. Sic cauſſa

Macrobius.

Scopus quid.

9. Metho.

4. de uſu part. cap. 3. & 11.

Per ſe.

Per accidens.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 131 sur 428

rurſus actionem uitiat, at non primò ſed morbi interuentu, à quo per ſe actio uitiatur ipſa. Si enim ad oculum defluens humor uidendi functionẽ uitiet, ipſa quidem oculi uel intemperies, uel mala conſtructio, uel ſoluta deniq; unitas, quæ ab lædente humore prouenit, actionem primò uitiat, ac ideo morbus cenſetur: quæ autem hanc intemperiem creauit materia, ſiue ea humor ſit, ſeu flatuoſus ſpiritus, aut quiduis aliud, ea ſanè cauſſa eſt, quæ intemperiei medio actionem lædit. Quæ uerò ſequuntur ſymptomata, dolor, tumor, renixus, rubor, & eius generis reliqua, morbi ſcaturigines, ac riui quaſi quidam ſunt morbum uelut umbra ſequentes: quæ & ipſa etſi propriè ſymptomata appellentur, latius tamen ſymptomatis nomen patet, ut pro omni eo interdum ſumatur, quod præter naturam homini euenit: quo pacto & morbum, & morbi cauſſam rectè ſymptoma, ut mox Galenus, dicere poßis. At ſi nominis uim ſuis finibus, ac quaſi cancellis, cogere uolueris, id tantum ſymptoma erit quod morbos neceſſariò ſequitur, illiſq; ſuccedit.

Symptoma generatim.

ACCIDIT autem nonnunquam, ut eadem res & pathos, & ſymptoma nominetur, ubi utrunque ſignificatum ei affuerit, quamuis alia, atq; alia ratione. ut, exempli cauſſa, membrum tremens pati dicitur: nam accidit ei, ut contra proprium uſum, & alteretur, & moueatur: proinde tremor & pathema, & pathos eſt. Atque huiuſmodi motus, alteratio ſimul, & ſymptoma eſt: quippe qui motus ſit præter naturam. Si uerò alteratio duntaxat eſſet, ut cum uidemus, audimus, odoramus, guſtamus, tangimus, tum pathos duntaxat nominaretur, ſymptoma uerò haudquaquam: huiuſmodi enim ſymptomatis proprium hoc eſt, ut ſit præter naturam. Proinde quæcunque naturalis habitus differentia permutetur, ſiue figura naturalis, ſiue color, ſiue magnitudo, ſiue actio, ſiue pathema corrumpatur, ipſum accidere poteſt. Atque hæc eſt eius maxime propria ratio, nempe, A naturali habitu mutatio. Quid autem dicemus? num morbus quoque mutatio eſt à naturali habitu? Atqui non ſimpliciter mutatio, quanquam mutatio quædam eſt. Symptoma uerò ſimpliciter eſt mutatio. Quippe iam oſtendimus morbum in affectu à naturali habitu permutato, lædentẽq; actionem, conſiſtere. Vt enim ſit morbus duo hæc neceſſariò requiruntur, ut ſit in genere affectus, & lædat actionem. At neutrum horum neceſſario adeſt ſymptomati: neque enim quòd affectus ſit, neque quòd lædat actionem, definitur ſymptoma: ſed hoc ſolum, quòd ſit præter naturam, ad ipſum definiendum ſufficit. Atque hac ratione differt

Symptomatis generatim dicti propria ratio.

Symptomatis à morbo differentia.

fert à morbo. A` pathemate autem, quòd hoc & in perpetuo ſit motu, & nonnunquam à naturali habitu non deflectat. Symptoma uero non ſolum in motu, ſed etiam in habitu quodam eſt, & omnino contra naturam. Eſt igitur pathos alterationis circa materiam motus qui adhuc fit: Affectus conſtans, & permanens eſt: Symptoma autem eſt, quic quid animanti præter naturam accidit. Itaque morbus ad ſymptomatis generatim dicti appellationem reducitur. Nam & ipſe morbus quodammodo ſymptoma eſt. Præterea, cauſſæ quæ morbos præcedunt, in animantis corpore conſtitutæ, ſub ſymptomatis generatim dicti ſignificatione comprehenduntur.

Symptomatis à pathemate differẽtia.

Pathos.

Affectus.

Symptoma.

QVAE *ſit ſymptomatis generatim dicti à morbo, & pathemate differentia, quatenuſq; conueniant, hoc loco monſtratur. Conueniunt autem in hoc, quòd utraq; præter naturam ſunt: Symptomatis enim generatim dicti ea peculiaris ratio eſt, ut ſit præter naturam. Quæ item ratio quum & morbo, & pathemati itidem conueniat, fit ut in hoc communicent. Quæ enim in aliquo uno ſibi conſentiunt, congeneaq; ſunt, ea (etſi alioqui differunt) eidem generi ſubijci poſſunt. ut in præſentia ſymptoma, & pathos, tametſi eo differant, quòd pathos in fieri, perpetuoq; motu, atq; interdum à naturali habitu minimè deflectente, Symptoma uero, non in motu ſolum, ſed & in habitu conſiſtere poſſit, & eo quidem contra naturam, fieri tamen rectè poteſt, ut idem, pathos, atq; ſymptoma & ſit, & dicatur. Tremens namq; membrum, qua quidem ratione contra naturam mouetur, alteratur, & uim patitur, iam pathos is motus eſt. Quatenus uero neruoſi generis præter naturam affectus ſequitur, iam illorum collatione ſymptoma erit. A` morbo autem hoc intereſt, quòd & morbus omnis permanens eſt, & functionem uitiat, Symptoma uero, neque perpetuo affectus eſt, neq; ſemper actionem lædit. Sunt enim ex his nonnulla, quæ in fieri ipſo, atque adeo motu, ſuam ipſorum naturam poſſideant, ut mox in tremore monſtratum, quæ & ipſa de ſuccedentium genere eſſe intelliguntur: cuius ordinis quæ ſunt, à morbi omnino natura ſecluduntur: quod hic de permanentium, & conſtantiũ ſit genere. Sunt & alia quædã, quæ & ſi in habitu quodã ſita ſunt, tamen functionem minime lædunt, ut quæ coloris uel figuræ inueterata uitia ſequuntur: ut corporis nigrities, & huius generis multa. Ex quibus conſtare puto, quæ ſit ſymptomatis generatim dicti à morbo, & rurſus, eiuſdem à pathemate differentia, quatenus coincidant, & qua item ratione idem & ſymptoma & pathos dici queat, quæ item ſit ſymptomatis generatim dicti maxime propria ratio. Quæ quum dilucide Galenus cuncta explicet, nosq; de ijs, partim ſuprà in digreſſione de morbo qui fit, loquuti ſimus, partim uero quod ſupereſt in ſequentibus ſumus tractaturi, finem huic capiti feliciter imponemus.*

Symptomatis à pathemate diſcrimen.

Symptomatis à morbo diſcrimen.

Epilogus.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 133 sur 428

CAPVT II.

ATQVE de his tantum dixisse abunde sit satis. Nam de symptomatis, quæ speciatim dicuntur, in hoc opere differere propositum est. Ea trifariam distinguuntur. Alia enim corporis nostri sunt affectus alia functionum noxæ, alia ad utraq; consequuntur. ut sunt, excrementorum immodicæ tum excretiones tum suppressiones, similiter strepitus, qui in animante ipso excitantur, atque reliquæ sensibiles differentiæ omnes. Quum noxam dico, priuationem etiam intelligas, uelim. Neque enim uel mouendi, uel sentiendi duntaxat difficultas, functionum noxæ quædam sunt, uerum etiam & sensus priuatio, & immobilitas: Itidem non solum concoquendi difficultas, uerum etiam apepsia, id est cruditas. Atque hæc sunt symptomatum genera, quorum differentias particulatim considerare oportet.

Symptoma speciatim & illius differentiæ.

QVænam sit symptomatis generatim dicti natura, quod ipsius à morbo, & pathemate discrimen, abunde superiori capite est monstratum. De speciatim dicto omnis deinceps Galeno futurus est sermo. Quam & ipsam tractationem, more suo, à diuisione aggreditur, prima, præcipuaq; symptomatum speciatim dictorum genera diuisionis methodo colligens. Aut enim habitus quidam sunt, & stabilitatem quandam in corpore habent, aut in fieri ipso, atque adeo motu subsistunt, aut ad utraque hæc tandem sequuntur. Quæ prioris sunt ordinis, affectus omnia censeri debent, quòd de genere permanentium, & constantium sint, neque amplius in fieri suam ipsorum essentiam posideant: cuius generis deprauati seu immutati colores esse creduntur. Nam quæ in morbo regio, in uitiligine, gangræna, & elephantiasi colorum fiunt euersiones, eorum morborum symptomata quædam sunt, sed in habitus uel dispositionis genere consistentia, quòd maneant, & quandoq; etiam difficulter amoueantur. Ad secundum genus referri debent, quæ in functionibus ipsis noxæ contingunt. Cuius generis sunt, in sensilibus quidem functionibus deprauata uisio, auditio, tactus: in naturalibus, uitiatæ coctiones, & huius generis multa. Tertij ordinis symptomata promiscua sunt, ut quæ modo ad affectus, quorum sunt, consequantur, modo ad functionum uitia: ut excrementorum immodicæ uel excretiones, uel suppressiones, quæ & ipsæ interdum uel ad intemperies quasdam præter naturam, uel ad functionum noxas sequuntur. Immodica namque excretio (ut in exemplo) uel facultatis retentricis infirmitatem in suo munere obeundo sequitur, uel uiscerum intemperiem aliquam. Sed de his v 1. lib. latius.

NEC AB re fuerit singula deinceps oratione persequi, si prius admonuerimus id, quod in commentarijs de Morborum diff

rum differentia diximus. Nempe quòd ij qui non corporis affectum, per quam agimus, ſed ipſas actiones ſanitatem eſſe putauerunt, ad morbos referent ea, quæ nos modo inter ſymptomata, de actionum noxa docemus, in nominibus duntaxat à nobis diſſidentes: ſi ſcilicet in rebus ipſis nullum admittant errorem. Porrò quicquid erroris in huiuſmodi docẽdi genere committitur, id ferè (ut ſæpe diximus) ob derelictam aliquam differentiam euenire ſolet. Igitur ſi omnes perſequantur, & eas non ſymptomatum, ſed morborum dicant eſſe differentias, non de rebus, ſed de nomine ſolum à nobis diſcrepabunt. Iam ad ſermonis principium redeuntes, ipſas differentias explicemus. Quoniam ſymptoma generatim quidem appellatur, quicquid animanti præter naturam accidit, ut & morbi, & eorum cauſſæ (eas dico quæ intra corpus conſiſtunt, non procatarcticas, id eſt euidentes & externas) ſymptomata eſſe cenſeantur. In altera uero ſignificatione, & magis ſpeciatim, quicquid præter naturam ſe habet (excipiendo & morbos & cauſſas) ſymptoma uocatur. Atque de huiuſmodi in præſentia loqui inſtituimus.

Symptoma generatim.

Symptoma ſpeciatim.

QVIIN actione ipſa ſanitatem, & morbum, non in habitu collocant, rectè actionum noxas (quæ Galenus hìc ſymptomata uocat) morborum ipſi differentias appellabunt, ſolo tantum nomine à Galeni ſententia diſſidentes. Sed quum in actione, neq; ſanitatem, neq; morbum conſiſtere poſſe, ipſemet Galenus primo huius tractationis libro exactè docuerit, præſtiterit certè magis functionum uitia non morborum differentias, ſed ſymptomata potius appellare. liberum tamen eſto pro ſuo cuique uoto, & arbitratu hæc nominare, modo ex hac ipſa uaria nuncupatione, in rebus ipſis nihil caliginis, & erroris ſuboriatur: qui tum certè naſci ſolet, quum ignoratis rerum, de quibus diſſerimus differentijs, ad ipſarum rerum tractationem temere progredimur, differentias interim haud parum multas omittentes, quæ omnis tractationis, cognitionisq; rerum ſcopum remorentur. Ac proinde rectiſſime ſuprà à Galeno dictum eſt, diuiſionis artificio ad morborum omnium inuentionem peruenìri poſſe: nec iniuria: nam ea eſt diuiſionis uis, atque poteſtas, ut diductione quadam uniuerſas rei differentias colligat, ex quibus rei propoſitæ notionem, ueramq; naturam nanciſcamur. De qua diuidendi methodo, quum exactè ſit à nobis, libro primo, cap. IIII. tractatum, nihil amplius ad id modo adijciendum cenſuimus.

Errores unde naſci ſoleant.

Diuiſionis uis & poteſtas.

CAPVT III.

PRincipio meminiſſe oportet triplicem eſſe ſymptomatum naturam, & ſic deinceps omnia diuidere, ab actione læſa auſpic

auſpicantes. Atque hanc in duo prima genera ſecabimus, quippe functionum ipſarum duæ ſunt primæ differentiæ. Aliæ ad animam, aliæ ad naturam, pertinere dicuntur: proinde illæ animales, hæ naturales appellantur. Rurſus animalium actionum genus trifariam diſtinguitur, in ſenſibiles, motrices, & principes facultates: nec ab re fuerit, facilioris doctrinę gratia, huiuſmodi uocabulis uti: deinde quælibet earum quæ dictæ ſunt, per ſuas differentias diſtinguamus. Nam ſentiendi animæ functio, quinque omnino modis explicatur. Eſt enim uidendi, odorandi, guſtandi, audiendi, atque tangendi functio. At mouendi functio, ut unum, idq; certum ſibi inſtrumentum uendicat, ita & motionis modum ipſum habet unum (ita enim iam demonſtratum eſt, in eo opere quod de Muſculorum motu conſcripſimus) ſed particulatim in uarijs inſtrumentis adeo uariatur, ut multiformis eſſe uideri poſsit. Porro reliqua animæ functio, quæ à principe potentia prodit, per imaginationem, cogitationem, & memoriam diuiditur. Igitur ſentiendi functiones, noxas ſubeunt: quarum communes quidem omnibus ſunt ſenſus priuatio, & ſentiendi difficultas (uoco autem in præſentia ſentiendi difficultatem, omnem malam ſenſionem) particulares uero, in ſingulorum ſenſuum functionibus deprehenduntur: ut in oculis cæcitas, uiſus hebes, deprauata uiſio: In auribus ſurditas, grauis auditio, deprauata auditio. Ita & de lingua, & naribus, & tactu, ad portionem horum dicendum eſt: quanquam propria nomina non obtinent. Aut enim propria ſenſibilia omnino non ſentiunt, aut male ſentiunt. Male autem bifariam dicitur: uel enim idem quod debiliter, uel idem quod deprauate ſignificat.

Lib. 1. Loc. affect. ſub finem. *Hic hallucinatus eſt interpres, nec fideliter uertit, diuidens actiones animales ī principes facultates. quũ Græcus Galeni codex longe aliter habeat, ut hic ſubnectetur ſeorſim.*

Male bifariam dici.

RECte quidem Galenus hoc nobis primum memoria tenendum præcepit, tria eſſe prima, præcipuaq; ſymptomatum genera ſuperiori iam capite explicata: quòd præfatæ diuiſionis ſymptomatum membra ſigillatim ſit pertractaturus, quæq; in unoquoq; generum differentiæ inueniantur, methodo perueſtigaturus. Quam ſanè tripartitam ſymptomatum naturam niſi quis recte tenuerit, nihil eorum quæ mox dicentur, eſt intellecturus. Ac proinde ad ſequentia non minimum momenti habituram præcedentium dogmatum memoriam Galenus candidè monet. Quum itaq; & in affectu, & in actione læſa, & in his quæ ad utraq; ſequuntur, ſymptomata omnia ſint locata, ab uitiata actione rem omnem

ingred

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 136 sur 428

ingreditur, functionum in primis differentijs præcipuis constitutis: nam sic oportet diuidendi methodo incedentem progredi. Illarum igitur aliæ ad animam, ad naturam aliæ pertinent. Animales illæ hæ: naturales uocantur.

At quoniam haud satis hic interpres suo interpretandi muneri satisfeciſſe mihi est uisus, quòd animalium functionum genus in sensiles, motrices, & principes facultates diduxerit, quod stare nullo prorsus pacto potest, quum sit facultas uel Galeni testimonio, functionis causſa, in quam actio ipsa diuidi minime potest, eam ob rem Galeni græcam ad uerbum sericm subnectere nõ piguit: quò doctus lector intelligere posſit, non calumniandi studio, sed proferendæ potius ueritatis causſa, nos in hæc diuertisſe. Itaq; Galeni græca lectio ad hunc modum habet, τῶν ἐνεργειῶν δύο ἐσίν αἱ πρῶται διαφοραί: αἱ μὲν γὰρ ψυχῆς, αἱ δὲ φύσεως ἐσί: καὶ καλεῖται διὰ τοῦτο ψυχικαὶ μὲν αἱ πρότεραι, φυσικαὶ δ' αἱ ὕστεραι. Αὖθις οὖν τὰς προτέρας τέμνοντες εἴς τε τὰς αἰσθητικὰς, καὶ τὰς κινητικὰς, καὶ τρίτας τὰς ἡγεμονικὰς. Quod est, Actionum ipsarum duæ sunt primæ differentiæ, Aliæ quidem animæ, aliæ naturæ sunt. Quapropter priores quidem animales, posteriores naturales dicuntur. Priores igitur animales rursus in sensitiuas, motricesq;, & tertias principes diuidimus. Verum posteaquam eo loci incidimus, ut de animæ, naturæq; actionibus, & symptomatis, sit nobis locupletius disserendum, ad huius sane loci plenam, pro sui dignitate, explicationem conuenire uideretur, ut de animæ essentia, à qua animales functiones dicuntur, & de natura item, à qua naturales, exactius loqueremur. Sic enim & commentatio hæc nostra tota uberior, prægnantiorq; redderetur, & Galeni sensa lucidiora fierent. Sed quum earum rerum tractatio ad philosophum, quam medicum, potuis spectet (nam animæ essentiam definire uelle, quum in omni alia tractatione audax, ut inquit Galenus, facinus sit, in medica certe præter audaciam superuacuum etiam) & argumentum hoc omne ad quintum huius tractationis librum pertineat: ad eum locum isthæc enarranda seruare præstiterit magis. id tantùm hoc loco candidè admonemus Galenum hìc de anima, & natura, tanquam re, & ratione diuersis tractasſe: nec iniuria: cum alia sit animæ, naturæ alia, atq; diuersa ratio. Animam eam esſe in nobis substantiam Plato rectissimè censuit, qua mouemur, sentimus, & animantes sumus: quæ maxime propria est ipsius ratio. Naturam uero, eam potentiam uocare solet Galenus, quæ regendo corpori præficitur: quam & ipsam Hippocrates commoderationem esſe quandam elementorum plena fide existimauit. Quæ igitur in nobis facultas uitæ necessaria subministrat, nutritionisq; in uniuersum munia obit, & in totum, corpus ipsum tuendum susceptit, ea certe natura iure dicitur: quæ sensum, & motum atq; quiddam his etiam diuinius, nempe cogitationem, memoriam, intellectum præstat, hanc Animæ uocabulo dignamur: quòd ijs functionibus & animantes dicamur, & brutorum naturam quàm longissime superemus. Ab hac igitur prodeuntes actiones, animales, ab illa naturales dicuntur. Postremi huius ordinis sunt, cibi concoctio, eiusdem distributio, nutricatio, excrementorum pulsio, generatio, & huiusmodi alia, quæ ut fiant, corporeis organis egent, & à natura (ut medici tradunt) fieri dicuntur. Prioris hæc, sen-

5. de symp. caus.

5. de symp. caus. Lib. de na. hu. &, 1. Aphoris. textu 24. & iij. item aph. tex. 2. & Gal. 3. de tẽper.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 137 sur 428

ſatio,motio,cogitatio,memoria,intellectus,ratiocinatio,& quæcunq; diuiniores illius auræ,atq; naturæ uim ſpirantia,ſine ullo,uel ſaltem quammunimo corporis admiculo ſeſe proferunt, & quam longiſſimè pandunt. Quæ nemo à noſtra ipſorum natura (ut quam cum brutis,& terræ naſcentibus communem (ut Plato uult) habeamus) ſed ab anima potius diuiniore parte fieri dicet. Sed de his alias abundè. Ad inſtitutum uero redeuntes, ſymptomatum eorum quæ in actionum læſione conſiſtunt, naturam omnem cum Galeno pertractemus, a ſenſilibus exorſi: quòd hæc nobis magis pateant, & eorum pathemata facilius agnoſcantur. Itaq; & in uiſu,& in auditu, atque cæteris ſenſuum inſtrumentis tria contingunt ſymptomatum genera, nempe priuatio, imbecillitas, hoc eſt diminuta actio,& deprauata. ut in uiſu (exempli cauſſa) cæcitas, actionis eſt priuatio: hebes,obtuſáq; uiſio, functio eſt diminuta: obliquus ſtrabuſq; contuitus, deprauata. Fit autem priuatio à uehementiſſima quapiam cauſſa: imbecilla à parua,& non ualde moleſta: corrupta,& deprauata à mediocri: quæ neq; tam uehemens fuit ut priuationem inferre, neq; rurſus ita imbecilla, ut ſolam protulerit infirmitatem, ſed ſupra hanc,actionis quoq; corruptelam. Atq; ita in ſingulis ſenſoriis exemplo deducere potes. Nam uel omnino propria obiecta non ſentiunt, uel malè, difficulterq; ſentiunt. Malè autem bifariam dicitur,nempe debiliter,& deprauate: quæ enim alterutro fiunt modo, ea malè fieri dicuntur.

Male bifariam dicit.

TACTVS autem in ſua functione præter reliquas ſenſiones, proprium,& inſigne ſymptoma obtinet,nempe dolorem. Qui licet cæteros ſenſus ob externa,eademq; propria ſenſilia obturbet, hunc tamen ſenſum non ſolum ob externa ſenſilia, ſed multo magis ob intimos corporis affectus diſcruciat: idq; interdum adeo uehementer, ut laborantes doloris grauitate uicti, ſeipſos interimere cogantur. Atq; oculos identidem dolor inuadit ob lucis ſplendorem. Similiter aures, ob uehementem, & aſperum ſtrepitum. In olfactu quoque, & guſtu, aliæ quædam moleſtiæ eueniunt, prout quilibet horum à proprio ſenſili dolenter fuerit affectus. Maximi uero dolores in ſenſu tactus percipiuntur. Etenim uehemẽs dolor,quo in auribus ob phlegmonem,aut alium quempiam affectum torquemur, non ad ſenſum auditus, ſed ad tactum propriè pertinet: quippe qui omnium ſenſuum inſtrumentis communis eſt: quum aliorum quatuor quilibet,ſuo duntaxat inſtrumento contentus ſit. Ita in oculis ſubinde uehementes dolores excitantur,ſenſu tactus in ipſis laborante. Huius generis ſymptomatum ſunt, & dentium,& craſsioris inteſtini (Græci colon uocant) dolor itidem,& prurítus. Sed non oportet te ſolicitum eſſe, ut circa

quamlibet

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 138 sur 428

quamlibet particulam proprium nomen inuenias, quale est cephalalgia, id est capitis dolor: otalgia, id est auris dolor: cardialgia, id est cordis dolor: quippe non inuenies institu ta nomina. Sed satis fuerit, ut huiusmodi omnia oratione interpreteris, dicendo uesicæ dolor, itidem & renum, & lie nis, & genu, & pedis, atq; sic reliquorum omnium. Atque hæc sunt functionum, quæ ad sensus pertinent, symptoma ta. Quibus præterea duo, non mediocris notæ, addi debent: nempe uigilia, & ueternus: quæ in primo omnium sensu, qui communis quoq; dicitur, consistunt.

TACTVS in homine quū sit (uel Aristotelis testimonio) sensuum omnium externorum perfectissimus (quòd & eo sensu omnium animalium prudentissimum censeatur, & eo ipso animalia cætera cuncta superet, quum nos illa alijs sen sorijs, multis numeris superent, ut linx uisu, aper auditu, canis odoratu) eò oportet quæ in ipso fiunt symptomata, tanto cæteris magnitudine, ac uehemen tia præstare, quanto tactus ipse reliquos in homine sensus superat. Præcipuum igitur illius symptoma dolor est, hoc est, tristis ille sensus affatim, uiolenterq; incidens: sic enim Plato dolorem definit. Rectè autem dolor, tactus symptoma esse à Galeno ponitur, quòd quum tactus ipsius plures sint sensiones (ut præ ter Galenum hic, summus etiam philosophorum Aristoteles sensit: percipit namq; tactus qualitates primas uocatas omnes, item & secundas, molliciem, du ritiem, grauitatem, leuitatem, asperitatem, leuorem) inter has ipsas tamen tactus sensiones, iure dolorem reposuisse Galenum censendum est: quum sit plane ni hil aliud dolor, quàm rei contristantis, & in contrarium naturæ habitum mu tantis repentina perceptio. Vnde 11. de locis describitur esse dolor, tristis quis piam sensus, qui & ipse quum in nullum reliquorum sensuum congruè referri possit (habent enim reliqui externi sensus omnes, peculiares sibi, ac proprias sensiones, & obiecta, ut uisus uisionem, colorem q;, auditus sonorum perceptio nem, gustus saporum, odoratus odorum: cuiuslibet autem horum unica est fun ctio, unum obiectum quod peculiariter sensui cōueniat, ita tradēte Aristotele) fit, ut ad solum tactum sit referēdus: ut cuius nimirum sit actio quædam corru pta, uti uoluptas, cōueniens, & perfecta. Quod uel ex hoc loco monstrari quàm apertissime potest: quū inter reliquas tactus sensiones, dolorē Galenus tanquam ex præcipuis unam, reposuerit: & merito quidē. Nam reliqua omnia quæ à ta ctu percipiuntur, calor, frigiditas, mollities, asperitas, & huius generis talia, per se ipsa quidem non offendunt, ni ualde excellētia sint (excellēs namq; sensi bile omne corrumpit sensum) dolor uero, uel minimus etiam, offendit: & si plu sculum augeatur, in totum corrumpit: quòd sui uehementia & ualido occursu magnam inferat læsionem. unde rectissimè Hippocrates, ab ijs quæ naturam mu tant, & corrumpunt, dolores excitari scripsit. Ob id autem in hoc ipso sensu maximos percipi dolores Galenus hìc asserit, quòd is in nobis sensus præ cæte ris exactissimus sit, maximeq; perfectus: ut Aristotelis testimonio confirmatur.

1. de anima, tex. com. 94.

Dolor quid.

2. de anima te xtu, com. 107. & 108.

Dolor.

2. de anima pluribus cap.

2. de Anima.

2. de anima te xtu. com. 123.

2. de anima te xtu, com. 94.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 139 sur 428

Quamobrem neceſſe eſt, ut quæ in ipſo pathemata fiunt, tanto cæteris ſint ualidiora, quanto hic ſenſus reliquos omnes perfectione ſuperat, & bonitate. Quin quum & ipſe ſenſus tactus in medio quodam qualitatum tangibilium temperamento poſitus ſit (quòd uel Galeni teſtimonio, ipſum qualitatum, & rerum ſenſibilium actu talium iudicem eſſe oporteat, eoq; ſit cutis hominis, præſertim manus, omnium extremorum uerè media) ſit, ut quæ hanc ſymmetriam euertant, potentiſſima ſint, & maximam uim inferentia. Bene nanq; temperata, morboſis cauſsis, uel Galeni ſententia, amplius reniti ſolent. Nihil mirum igitur ſi maximos in tactu dolores oriri Galenus ſcripſerit. Oriuntur certè, ac tales nonnunquam, ut ad mortem ſæpiſsime cogant: quum ſit nimirum triſtis res dolor, aſpera, amara, inimica naturæ, ad patiendum, tolerandumq; difficilis: ut quæ ſæpe etiam fortiſsimos quoſq; ad deſperationem compulerit. Teſtis eſt Philoctetæ ille fortiſsimus heros mortem dolore nimio, magno eiulatu ſubiens:

Quum è uiperino morſu uenæ uiſcerum
Veneno imbutæ tetros cruciatus cierent:
Clamat enim,
Heu? quis ſalſis fluctibus mandet
Me ex ſublimi uertice ſaxi?
Iamiam abſumor, conficit animam
Vis uulneris, ulceris æſtus.

Fortiſsimum igitur atq; ad uires proſternendas omnes, mortemq; ciendam ualidiſsimum ſymptoma dolor eſt, uel Hippocratis, & Galeni teſtimonio, niſi quis & uiribus abundet, & firma ſit compage præditus, atque ita ſe ad ferendum dolorem animi magnitudine comparet, ut eum & conſtantia, & firmitate ſuperare contendat. Nam (ut Seneca inquit) ſi grauis eſt dolor, non leuis eſt gloria: Si leuis, leuis & patientia quoq;. Quis igitur modo dolorem non ſentiri proferre audeat, quum moleſto ſuo, grauiq; ſenſu mortem ſæpenumero intuliſſe multorum ſit probatum exemplis? Quod etſi in dubium reuocari à multis (dolorem dico ad tactum ſentiri) Apponenſis conciliator oſtenderit, ueritas tamen ipſa, atque Galeni ſenſa, dolorem externo etiam ſenſu percipi abunde declarant: quum 1111. de Symptom. cauſs. & hoc ipſo loco, dolorem ex functionibus uitiatis tactus unam quidem, atq; præcipuam eſſe tradiderit. Nempe cum omnium ſenſuum organis commune hoc ſit, ut & uoluptate & dolore afficiposſint, idq; patiantur non tanquam uiſionis, auditionis, odoratus, aut guſtus organa: ſit ut tanquam tactu prædita uim doloris ſentiant. Quæ ratio maxime facit ut dolorem tactu percipi credam. Quamobrem etſi à reliquorum ſenſuum functionibus haud perinde afficiamur, etiam ſi deprauatæ ſint (quòd fermè, ut philoſophi tradunt, immateriales ſint) Tactus tamen actiones corruptas præſertim ob id certe ſentimus, quòd corporeæ quum ſint, & affatim incidant, moleſtam uim inferunt, & eius generis interdum, ut ad nullam qualitatum tangibilium communium referri poſsit: cuiuſmodi dolor is erat, quem ſe in ſcapulis ſenſiſſe, quum de his ſcriberet, Conciliator teſtatur. Porrò & hoc ipſum argumento eſt, unum aliquod ſenſibilium ad tactum, eſſe dolorem, quòd triſtis quiſpiam,

2. de temperamentis.

In arte medicinali. cap. 8. noux uerſi.

Ex. 2. Tuſcula.

Primo prædictionum comment. 38.

An dolor ſentiatur.

piam, ac moleſtius ſit ſenſus. Quæ ſanè moleſta ſenſatio, quum ad animam non pertineat, ut quæ hiſce pathematis minime afficiatur (non enim anima dolet, non angitur, non lætatur, ut Ariſtoteles uult) fit ut ad corpus ea omnino ſenſatio pertineat: quumq; nulli reliquorum ſenſuum ſit propria (non enim uiſui, auditui, odoratui, aut guſtui, ut ex ſe conſtat) relinquitur ut ad tactum omnifariam pertineat, atque ab eo ſentiatur. Adde, quòd quum à Galeno dictum ſit, dolorem, ſenſum tactus ob internos quoſdam affectus uehementer diſcruciare (diſcruciare autem nequit ni per moleſtam quandam, & triſtem ſenſationem uim tactui inferentem) fit igitur ut tactus ipſe dolorem ſentiat, ut à quo uehementiſſimè ſæpenumero crucietur. Alioqui ſi dolorem non ſentit tactus, quorſum attinet (quod hîc dicit Galenus) maximos in ſenſu tactus percipi dolores? An uerò dolor morbus ſit, an pathema, & quæ ſint illius cauſſæ, ad quartum huius tractationis librum differenda reijciemus, ubi ex profeſſo de hiſce tractabimus. In ijs uerò quæ ad ſenſus pertinent ſymptomatis, duo ſuperſunt ſenſui communi uocato peculiaria, & maxime propria, uigilia, & ueternus quem & ſoporem nominant. Somnus enim uel Ariſtotelis teſtimonio primi ſenſorij pathema eſt: oppleto nanq; primo cerebri uentre, uaporibuſq; diſtento, ſomnus animali conciliatur: ſed hic ſecundum naturam, ueternus omnino contra naturam. Fit autem, ut Hippocrates ait, temporum muſculis affectis: ſequiturq; cerebri, ut plurimum, intemperiem frigidam, frigidorumq; excrementorum in eo copiam. Vigilia autem immodicam ſiccitatem, uel nitroſorum, ſalſorumq; ſuccorum redundantiam. Hæc de ſenſuum ſymptomatis.

Lib. de ſomno & uigilia.

AT FVNCTIONVM, à quibus motus excitatur, prima ſymptomata ſunt immobilitas, & ad motum difficultas. Sed difficultas eſt, uel imbecillus & infirmus motus, uel depraua-tus. Deprauati motus exempla ſunt, tremor, palpitatio, concuſsio. Quorum ſymptomatum nonnulla, quum totum corpus occupant, diuerſas ſortiuntur appellationes, ut emproſthotonos, opiſthotonos, & tetanos. Si uerò non ſolũ totum corpus conuellitur, ſed principes quoque functiones detinentur, hoc ſymptoma morbus comitialis appellatur. Quemadmodum & apoplexia, qua ſimul & totum corpus reſoluitur, & principes functiones occupantur. Atque hæ ſunt noxæ, quibus actiones quæ ad motum pertinent, impediuntur. Quarum ſi quæpiam inueniatur, cui proprium, inſigneq; nomen non fuerit inditum, ob hoc nemo decipiatur, ut putet præteritum nobis eſſe aliquod ſymptoma: quemadmodum neque apnœan, id eſt ſpirandi defectum, aut iſchurian, id eſt, urinæ detentionem, aut dyſurian, id eſt, urinæ difficultatem, aut aphonian, id eſt, uocis uitium. Ve-

Deprauati motus.

Cap. 21. Lib. 6. aph.

Cap. 7. Lib. 3. Coac. aphor.

Cap. 10. Lib. 3. Loc. aph. 11 vel 2. Lib. 4.

Lib. 1. Coac. aphor. 20 finis

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 141 sur 428

rum medici officium fuerit, ut huiuſmodi omnia poſsit inuenire per ſingulas functiones animales, neque non cuiuſlibet horum differentias, ueluti (ſi ita euenerit) ſpirandi difficultas (quum ſit unum animalis functionis ſymptoma, nempe ſpirationis) quot habeat in uniuerſum differentias: id quod in libro de Dyſpnœa iam nobis demonſtratum eſt. Aut uocis uitium quibus particulatim diſtinguatur differentijs: id uero in libello de Voce diſſeruimus. Ac fieri poteſt identidem, ut hæſitet aliquis, ad quod genus referendum ſit ſymptoma, ut pandiculatio, oſcitatio, ſternutamentum, tuſsis. Sed de his omnibus in ſequenti libro, quum ſymptomatum cauſſas attigerimus, latius dicemus.

IN MOTV quoq; totidem ſymptomatum genera, quot in ſenſu euenire conſueuerunt: hoc eſt, motionem ipſam tot in uniuerſum modis quot ſenſationem, lædi poſſe: nempe ſi uel in totum auferatur, uel mali edatur. Ad deprauatam itaq; motionem pertinent, tremor, palpitatio, concuſsio & huius generis: nam aliorſum, quàm pro naturæ modo, iſthæc omnia fiunt. Tremor ſiquidem, uel teſte Galeno, ex duobus contrarijs motibus conſtat, nimirum membri grauitate deorſum pellente, & facultate ſurſum tollente. Palpitatio uero, immodica eſt muſculorum præter naturam diſtentio, & dilatatio: fitq; ſemper à flatuoſa quapiam, æreaq; ſubſtantia, ſpatium, in quo continetur, quoad exploſa ſit, ui, & impetu attollente. Hi porrò deprauati motus ſecundum uaria, in quæ incidunt membra, uaria & ipſi Græcis nomina ſortiuntur. Ὀπισθότονος uocat, quum caput quodam rigore neruorum ſcapulis quaſi adnectitur, & in ſylueſtrem ac poſteriorem ſui partem, ceu rigidum torquetur. Ἐμπροσθότονος, quum mentum pectori firmè affigitur, in'que anteriorem ſui partem caput rigens inclinatur. Τέτανος nuncupant, quum intenta, & immobilis quaqueuerſum, ceruix manet: tumq; in omnem partem rigentia, & inflexa membra manent. Latini una, & communi uoce omnia tetanum, Auicenna cuzen, ſeu alcuzen, Celſus rigorem. Comitialis quoque morbus ex horum genere eſt, deprauatorum inquam motuum: qui tum fit, quum noxa ad principes cerebri facultates peruenit, earumq; functiones detinentur. Tumq; præter conuulſionem, mentis, internorumq; ſenſuum oblæſiones contingunt: quo à deprauatis illis motibus comitialem diſtingui Galenus in de Locis affect. aſſerit. In apoplexia uerò totum corpus reſoluitur, uti in comitiali conuellitur, & principes item functiones occupantur omnes, numerum cogitatiua, ratiocinatrix, & memoria. Id enim apoplexiam eſſe Galenus uoluit, quum omnes pariter nerui quum ſentiendi, tum mouendi uim amiſerunt, tumq; homo ad uitæ functiones inutilis redditur. Cæterum quoniam pandiculatio, oſcitatio, ſternutamentum, tuſsis, ſymptomata quædam ſunt, dubitet iure aliquis, in quonam generum reponenda ſint, num in eo quod ad animam, an in eo quod ad naturam pertinet. Quem ſcrupum etſi in ſequentem librum

Tremor. 5. de Sympto. cauſ.
Palpitatio.
Ὀπισθότονος.
Ἐμπροσθότονος.
Τέτανος.
Fen. 2. 3. cap. 8. Cel. lib. 4. ca. 3.
3. de loc. aff.

librum Galenus regerit, nos tamen lucidioris doctrinæ gratia, ad animæ functionum genus ea pertinere dicemus. Nam uitiati quidam sunt motus membrorum id quod lædit ui, & impulsu abigere conantium. Quanquam enim naturæ sint hæc adiumenta, & præsidia quasi quædam, in id membris attributa, ut natiuo quodam impetu noxia à se pellant, tamen cum caussas præter naturam habeant ad huiusmodi motus cogentes, iure & ipsa symptomatis adnumerantur, atq; his præsertim, quæ in motuum differentijs contingunt. Nam & pandiculatio, & tussis, & singultus, & sternutamentum motus quidam sunt, ad id quod musculis nocet, pulmonibus, uentriculo, cerebroq;, multo cum impetu pellendum.

CONSEQVENS est, ut earum actionum, quæ à principe facultate prodeunt, noxas prosequamur, incipientes ab imaginatione. Eius noxa nonnunquam ueluti paralysis, id est, resolutio quædam est, & caros, id est, sopor, aut catalepsis nominatur. Nonnunquam ueluti errans aliquis, & deprauatus motus, qui delirium uocatur: interdum ueluti deficiens quispiam motus, & infirmus, ut in ueterno, & lethargo. Atque in cogitandi functione, dementia, quasi resolutio quædam est. Stultitia, siue fatuitas, ueluti imperfectus est, ac deficiens motus. Delirium uerò uocatur motus ueluti aberrans, & deprauatus. Porrò accidit plerunque, ut ambas actiones obturbet delirium: ut neque benè procedat imaginatio, neque debita fiat ratiocinatio. Interdum una duntaxat læditur: id quod Theophilo medico ægrotanti euenit. Qui, quum alioqui prudenter differeret, atque eos qui tum præsentes erant exactè nosceret, tibicines tamen quosdam arbitrabatur esse in angulo cubiculi, in quo decumbebat, eosq; tibia canere, atque pulsare, & se illos uidere putabat, alios quidem stantes, alios autem illic sedentes, atq; ita continenter canentes, ut neque noctu, neque interdiu quicquam remitterent, aut quiescerent, ne minimo quidem temporis momento. Proinde assidue clamans, iussit eos à cubiculo expelli. Atq; hanc habuit ille delirij speciem. Is ubi conualuit, abeunte morbo, quicquid singuli eorum qui ipsum uisitabant, uel dixissent, uel egissent, narrabat. Denique uisa (Græci phantasmata uocant) quæ de cantoribus apparuerant, memoriter recitabat. Sunt alij quibus nulla apparent uisa, sed non rectè ratiocinantur, cogitandi facultate in ipsis affecta. ut phrenitico illi contigit, qui obseratis intus ianuis, protulit per fenestras singula uasa, interrogans prætereuntes,

Imaginationis noxæ.

Cogitationis noxæ.

Theophilus medicus.

Cogitatiuam facultatē ratiocinatricē Galeno esse

hinc uideto: secus apud Aristotelem.

tes, iuberent'ne ea proijcere. Hic singula uasa suis nomenclaturis probè nominauit. unde intelligere licebat, neq; imaginandi functionem circa illa esse læsam, neque nominum memoriam deletam. At quam ob rem ipse decreuisset ea ab alto dejicere, & ita frangere, id uerò coniectura assequi nemo poterat: quanquam ex ipso opere satis constabat eum insanire. Iam memorandi animæ facultati posse accidere symptomata, tum in ægrotantibus, tum in his, quorum iam finiti sunt morbi, uel Thucididis testimonio discere licet: qui nonnullos è pestilentia seruatos, adeo omnium quæ antea nouerant, fuisse oblitos commemorat, ut non solum suos familiares non agnoscerent, sed ne seipsos quidem.

Cap. 4. Lib. 3. Loc. aff. Memoriæ læsio.

Lib. 5. cap. 7.

QVi principum cerebri facultatum noxas tractare ingreditur, hoc sibi proœmio ad rem aptißimo inchoandum proponat, Impeditum opus dicere aggredior, & facundiæ minime capax: quo Pomponium in orbis situs enarratione usum fuisse legimus. Quid enim quæso inexplicabile magis, quid ad enarrandũ promptum manus, ac expeditum, quàm animæ & superiorum in nobis facultatum uires, actiones, actionisq; modum, non animo tantum, meditationeq; complecti, sed de scripto tradere, edocere, monstrare? Nos tamen idipsum, etsi non pro rei magnitudine, & dignitate (esset enim id uiri ingenio, doctrinaq; præstantis, & in omni genere disciplinarum excellentis) pro ingenij tamen nostri modo, ex Aristotelis & Galeni potißimum fontibus tractanda assumemus, cuiusq; cerebri facultatum actiones enarrantes, earumq; noxas percurrentes: sic enim inuentionis symptomatum in ijs uia feliciter procedet. Animalium itaq; facultatum, item & functionum duo prima, præcipuaq; genera esse tradunt quum philosophi, ac rerum naturæ periti, tum medici quoq; omnes. Primum genus ad sensum omnem, motionemq; pertinet, alterum ad animum: hoc mentis, intellectus, & rationis, illud inferioris cuiusdam potentiæ, quæ nobis cum brutis est communis. Porrò genus illud primum, ad sensationem pertinens, in quinq; rursus differentias diuidunt, nempe uisionem, auditionem, odoratum, gustum, & tactum, horumq; singulis peculiaria esse à natura tributa instrumenta, quibus functiones suas obeant, uisioni oculos, auditioni aures, odoratui nares, gustui linguam, tactui subditos cuti uniuersæ neruos. Horum autem sensuum functiones ut patentia habent, sensuiq; exposita membra, ita sunt & ipsæ exploratißimæ, ac cognitæ nobis. Postremum uerò genus, quod principum animæ facultatum esse traditur, ut abstrusum magis & in naturæ uisceribus quasi reconditum latet, sic sanè multam in se habet difficultatem, & quæ diu, multumq; torsit quum philosophos, tum medicos fermè omnes. Nam neque insectione ipsa generis in suas species, neque in functionum differentijs, neque in ipso denique operandi modo conuenêre, quicunq; de ea re longos texuerunt sermones. Quæ nos, ne plus quàm par sit, longiores simus, consultò præteribimus, ea tantùm ex Aristotelis &

Sensuum differentiæ.

telis & Galeni promptuario recenſentes, quæ ad hunc Galeni locum explicandum ſatis eſſe uidebuntur. Ariſtoteles igitur, Theophraſtus, Themiſtius ac Peripatetici penè omnes internas cerebri facultates quatuor in totum eſſe prodiderunt, ſenſum communem uocatum, imaginatiuam, ratiocinatricem, quam & cogitatiuam uocant medici, memoratiuam poſtremam. Harum porrò ut uariæ ſunt actiones, ita & uariæ in cerebro ſedes. Senſum itaque hunc, communem ob id iure appellant, quòd percipiendis omnibus omnium externorum ſenſuum functionibus ſeſe ex æquo accommodet, illorumq; omnium ſolus ipſe ſenſata percipiat: quod nemini externorum ſenſuum conuenire poſſe Ariſtoteles prodidit. Eſt autem interna quædam cerebri uis, qua externorum ſenſuum omnium ſenſata comprehenduntur, atq; etiam abinuicem diſtinguuntur. Quum enim album à dulci in lacte, flauitiem rurſus à dulcedine in melle internoſcamus, planè neceſſe eſt ſenſum eſſe aliquem (ut Themiſtius ait) qui hæc dijudicet: propterea, quòd ſenſilium differentias ſentiri, perpendiq; non alia ui, quàm ſenſibili conuenit. Eſt igitur ſenſualis quæpiam uis, in quam functiones diuerſiſſimas omnium ſenſuum finiri oporteat. unde conſtat ſenſum hunc, duplici eſſe ratione in homine poſitum, altera, ut eſſet quod externorum ſenſuum functiones perciperet (nam neque uiſus uiſionem, neque auditionem auditus, neque rurſus auditionem uiſus, aut uiſionem auditus comprehendere poteſt, ſed & ab oculo uiſionem, & ab aure, ceu inſtrumento, auditum perfici, ſolus ſenſus communis indicat) altera, ut contrarias, & maximè diuerſas ſenſilium qualitates diſtingueret, & item coactas in ſe, atq; coniunctas externorum ſenſuum ideas ſimul & reciperet, & quaſi æquus iudex, de ambabus iudicium ac ſententiam ferret. Quamobrem is ipſe aliud eſſe colorem, aliud ſonum, aliud ſaporem diſcernit: ac proinde ex ſenſu perceptis, hoc albũ, dulce illud, aut idẽ utraq; eſſe nouit: quod nemini externorum ſenſuum eſt à natura tributum: quum neque colorem auditus, nec ſonum uiſus, nec odorem guſtus percipiat. Quamobrem appoſitè Ariſtoteles ſenſum hunc puncto, centroq; circuli reſpondere, ac quadamtenus ſimilem eſſe uoluit. Nam ut ad centrum, ceu ad finem quendã omnibus unum, cunctæ ab extima circunferentia ductæ lineæ finiuntur, ſic ad hunc ſenſum in nobis internum reliquorum ſenſuum functiones, tanquam ad iudicem, deferuntur. Vnde rectiſſimè Themiſtius ſenſum hunc, primum, ac principem uocandũ meritò cenſuit, quòd externis ſenſibus ceu famulatu multiplici, ac uario, utatur: ipſeq; inſtar regis, ac iudicis, tanquam pro tribunali ſedens, & ſpiritu illo cæruli adiutus, de omnibus, quæ quinq; illi ſenſus ſuis quinq; officijs perfuncti annunciarunt, pronunciat, cenſet ac iudicat. Ac proinde re quidem ipſa, unum, & ſimplicem functione, multiplicem, ac uarium eſſe uolunt: unum quidem, ut iudicem, ut receptorem, multifidum: quæ Auerroys fuit ſententia. Senſum communem proximè ſequitur imaginatiua, Græcis φαντασικὴ dicta: quòd uiſa (quæ illi φαντάσματα uocant) nobis ab ea proueniunt. Hanc autem Ariſtoteles, & eius paraphraſtes Themiſtius potentiam quandam eſſe animæ uolunt à ſenſibus ortam, quæ formas & imagines rerum quas præbent, & renunciant ſenſus, retineat, & conſignet in ſe: ita, ut uel digreſſis ijs, quæ ſenſus ciebant, illorum

Senſus communis cur ſic uocatus.

3. de ani. cap. 2.

3. de ani. cap. 7.

Senſus communis duplex ratio.

3. de anima ubi ſuprà.

3. de anima cõmen. 149.

3. de anima, capi. eodem.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 145 sur 428

tamen uestigia, & effigies diutius hæreant, & cunctentur in nobis. Ac proinde huius facultatis motionem, sensus in actu positus (ut Themistius tradit) creare solet: cum sensus ipsi à sensilibus exterioribus commoti, & lacessiti, primum simulachra ab ijs missa recipiunt, deinde hanc animæ uim, quam phantasiam, & imaginationem uocamus, impellunt, ipsaq; ab ipectris, & simulachris excitata, in actum ducitur. Cuius functio quam pene tota ab ijs quasi rerum umbris, pendeat, fit, ut imaginari quæ uolumus, in nostra sit potestate. unde illud euenit ut ea nobis sæpenumero effingamus, quæ nullatenus esse possunt, ut tricipites, & alatos homines, hyppocentaurum, charybdim & scyllam, chimæram, & huiusmodi uana. Nam ut Aristoteles, & philosophi omnes uolunt, facultas hæc sensatarum seorsim rerum simulachra confundit, miscet, format, atq; coniungit, nullo tamen ad hæc sequente iudicio, nullo'ue assensu, aut dissensu. Nam hoc altioris est potentiæ, nempe cogitatiuæ, & ratiocinatricis: unde fit, ut neque à uisis aut iucundis, aut horrendis (quæ nobis in somno plurima occurrunt) aut noxam subeamus, aut ualde immutemur, nisi magna, uehementiaq; sint: neque item quum nobis etiam uigilantibus horrendos terræmotus, clades, pestes, mortes proponimus, ulla sequatur uel consternatio, uel affectio. Quòd quemadmodum picta non deterrent, ita nec uisa illa, atque figmenta, quæ ipsi arbitratu nostro confundimus, & permiscemus. Hæc enim assensus non sequitur ullus, ac proinde uana esse putantes haud magnopere afficimur. Potentiæ huius sedem cum sensu communi eandem plærique esse uoluerunt, in primo utiq; cerebri uentre locantes: sed non prorsus eadem in parte, neque eodem temperamento functiones edere suas rerum naturæ periti asseuerant. Sensus nanque communis humido, imaginatiua sicco magis operatur: in humido enim apprehensio facilior, in sicco conseruatio. Cogitatiua porrò altera est principum facultatum, eaq; medicis uel præcipua, quam ratiocinatricem Galenus hic nominat. Huius est conceptus animo species sub censum, ac iudicium reuocare, atq; rerum imagines de potentia (ut philosophi loquuntur) abstrahere, hoc est, è crassis, corporeis, ac materia constantibus, incorporeas, nulliq; materiæ subiectas redderc: ac proinde de singulis ratiocinari, disserere, iudicare, uel Galeni testimonio, potest. Quæ sanè potentia dum in altissimis illis, ac nulli animantium alteri, præter quam homini accessibilibus naturæ recessibus, adytisq; uersatur (uti dum uniuersalia, dum separatas uocatas substantias, dum astrorum inexplicabiles motus, dum indiuisibilia, & quæ de succedentium genere sunt, meditatur, inquirit, naturamq; omnem rimatur) tum planè intellectus, mensq; uocatur, nullis corporis repagulis districta, nullis uinculis adligata, corporeo organo non utens, soluta sed ipsa, libera, uaga, momento summa, imaq; peruolans, quò uult fertur: uerum inuenire, falsum dignoscere, ex quibus quæ sequantur, quæ quibus repugnent, distinguere, segregareq; nouit. Cogitatiuæ porrò sedem, altissimum capitis locum mediumq; cerebri uentrem, ceu arcem tutissimam, medici posuêre. Extremam, memoriam esse uolunt: quæ quòd à prioribus cerebri facultatibus, suis cuiusq; functionibus, elaboratum est, atque receptum, hæc, ceu fidissima tutrix, ipsa conseruat, fouet ac ueluti in horreum condit:

3. de ani. ca. 15.

Imaginationis uis.

Imaginatiuæ sedes.

Galenus hanc potentiã, principẽ uocat animæ facultatem. 2. de usu. part. cap. 6.

Intellectus. Mens.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 146 sur 428

condit: & quæ firma contentione ſeruauit, in uſus tum expromit, quum cæteræ ſuo iam amplius munere non funguntur. Quorſum enim attinet tam multa, eáq; uaria animo concepiſſe ſimulachra rerum, ni illa aliquo, tanquam recondita, aſſeruentur? Eò fit, ut ad obliuionem, ignorationemq; rerum, hoc quaſi ſemper promptum, paratumq; præſidium habeamus memoriæ admuniculo, de apprehenſis ratiocinantes, & quæ uolumus remuniſcentes. Huius porro domicilium, poſtremam cerebri partem (ut quæ ſit omnium ſiecißima, aptißimaque ad rerum ſenſatarum imagines conſeruandas) uno omnes ore confitentur. Atq; hæc ferme ſunt, quæ ad præſentem Galeni locum pro ſui dignitate explicadum ex Ariſtotele potißimum caſtris mutuanda mihi ſunt viſa. Nunc ad Galenum reuertor. In priore itaque principum potentia, nempe imaginatiua, uti in reliquis tria contingunt noxarum in functionibus genera. Nam aut omnino nihil agit, aut male agit. Nihil prorſus in ea affectione agere dicitur, quæ illius ueluti paralyſis quædam, & reſolutio eſt: uocaturq; κάρος, id eſt, ſopor: eſtq; id ſymptoma abolitæ imaginariæ facultatis actio. Nam ut in neruorum reſolutione motus membris omnis, atque interdum etiam ſenſus adimuntur, ſic ſopore actio ſimulachra rerum continendi, & apprehendendi (quæ peculiaris eſt imaginatiuæ functio) aufertur omnis. inſtrumentis nimirum, quibus hæc perficitur actio, ualde ab hoc pathemate uitiatis. Quod tum fieri dicitur, cum multus, craſſuſq; humor, aut huiuſmodi aliquid, eius facultatis ſedem (nempe priorem cerebri uentrem) compleuerit. unde neceſſum eſt intemperato eo organo actionem male, aut omnino non procedere. Eſtq; ex hoc Galeni loco luce meridiana clarius, imaginatiuam uocatam potentiam, priore in uentriculo cerebri ſuam edere actionem, alioqui ſopor (primi in cerebro uentris pathema) illius facultatis actioni minime incommodaret, ni & ipſa id domicilium, tanquam ſedem ſibi propriam, haberet. Deprauata porrò eius facultatis functio delirium eſt. nam qui ad hunc modum laborant, quæ concipiunt ſingula, deprauatè, corrupteq; apprehendunt, atque aliter, quàm pro ſuæ naturæ modo habeant. Infirmi autem, & quaſi deficientes huius facultatis motus in ueterno, & lethargo apparent. Nam ut in his pathematis nonnihil ea operatur facultas, ſi quidem rerum ſenſatarum imagines qui ſic afficiuntur, continent, ſic certe id debiliter faciunt, quòd ut plurimum occupata ſint uitioſo quopiam excremento illius inſtrumenta: ſed non ita tamen ut omnem illi agendi uim adimant. Eadem & in cogitandi facultate eueniunt. Si quidem dementia, qui extremus eſt inſaniæ, & ſtultitiæ, ſupremuſq; gradus, huius facultatis quaſi abolitio quædam, ac reſolutio eſt. Quod tum fit, cum de apprehenſis nequicquam ratiocinari, non ex præcedentibus ſequentia elicere, nihil formare, diſtinguere nihil nouerunt, aut mala uitare, aut proſequi bona. Atque qui in hoc genere ſunt, tum amentes, tum dementes, id eſt, ſine mente, & ratione dicuntur. Stultitia autem, deficiens eſt huius facultatis, infirmuſq; motus: hanc & fatuitatem nominant. Delirium uerò, id eſt, errans illa ratiocinatio, corrupta eſt eius facultatis actio, interdum ambarum quidem facultatum, ut quum imaginandi, & ratiocinandi motus deprauantur, interdum alterius tantum, ut ſubiecta nobis hìc

κάρος. Delirium. Dementia. Dementes. Stultitia.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 147 sur 428

à Galeno exempla declarant. Nam Theophilo medico cogitandi quidem uis incolumis perſtabat, læſa tantum imaginatiua: quum falsò tibicines coram pulſare crederet, ob idq; è cubiculo pellendos iuberet. Iudicium quidem in eo optimum, & rectum, quòd eos pellendos cenſeret qui ſibi moleſti eſſent: conceptus uerò, & apprehenſio deprauata, quòd eos adeſſe putaret, qui aberant, quòd ſonos, & tibias quæ nuſquam eſſent, ſibi in animo effinxiſſet. Ei uero qui uaſa proijciebat, oppoſitum accidit, nam imaginandi functio rectè quidem procedebat, ſingula ſuo quæque nomine appellans: cogitandi uerò, & intelligendi, corrupta, ut qui ſine delectu, aut ratione uſui futura uaſa proijceret, & fruſtillatim effringeret. Vtriuſq; autem generis pathematis affectos nón paucos ipſe uidi. Nam puellam uirginẽ, forma, moribusq; inſignem, & amabilem, priore ſymptomate malè affectam, curandamq; à me haud ita pridem antea rexi. Quæ & ipſa ex metu, mœroreq; graui in ualidum delirium tranſiuit, huiuſmodi, ut omnes ſe inuiſentes & probè cognoſceret, & quicquid eorum quiq; in uita feciſſent, uel quæ ipſa uidiſſet, aut ab alijs accepiſſet omnia rectè recenſeret, ſed laruas, umbras, funera coram ſe multa, pollinctores, pullatos tediferos, mortuum fratrem (qui haud ita multum antea fatis conceſſerat) adeſſe ita exiſtimabat, ut ab ea meditatione auelli nulla ratione potuerit. Procedente tandem affectu, moraq; ſeniore reddito, utræq; facultates & cogitandi, & imaginandi læſionem ſubiêre: tumq; fatuitas illa prior, in furorem uerſa eſt, ac delirium acre: ita, ut & uinculis, & plagis ad moderandam inſaniam fuerit opus. Hanc nos ſuperûm benigno fauore, noſtraq; qualicunq; induſtria, methodo curauimus, & in curatione profecimus, miſſo ſanguine, præſidijsq; multis ad atram bilem maximè appoſitis. Delirantes etiam multos quum per febrium incrementa & ſtatus, tum per melancholicos affectus non raro eſt uidere. Thucididis autem autoritas teſtimonio eſſe poteſt non aſſernando, eadem memoriæ ipſi quæ reliquis facultatibus accidere poſſe. Cuius & ij rurſus indubiam fidem faciunt, qui à comitiali uel hiſtericis ſymptomatis leuati nihil eorum quæ per acceßionem geſta ſunt, quæq; ab ipſis dicta, meminerunt. Atque hæc de facultatum animæ ſymptomatis dixiſſe ſit ſatis.

Hiſtoria.

CAPVT IIII.

POSTQVAM de ſymptomatis, quæ principem Animi potẽtiam offendere ſolent, dictum eſt, tranſeundũ iam uidetur ad aliud functionũ genus, quas naturales uocant. Atq; harum ſingulis eueniũt ſymptomata, aut quia nõ fiũt, aut quia male fiũt. Eiuſmodi ſunt ſymptomata, quæ appetendi facultatẽ comitantur, nẽpe abolita appetentia, difficilis appetentia, & immodica ciborum cupiditas. Atque in concoquendi potentia, ἀπεπσίαν, id eſt, cruditas, & tarda concoctio, & difficilis concoctio. Similiter circa digeſtionem quoq; cibi per corpus. At circa ſanguí-

Naturalium functionum ſymptomata.

Cap. 5. Lib. 5. Loc. affect.

nis gene

nis generationem,quum aut non fit, aut malè fit, naſcuntur ſymptomata: ad hoc ſymptomatum genus reducitur aqua intercus. Porrò circa nutricationis actionem,ſi ſcopum non attigerit, ἀτροφίαι, id eſt,quum ſumpto cibo corpus non alitur,& φθίσις, id eſt, tabes, accidunt. Vitiatam uero nutricationem ſequũntur, λεύκη, id eſt, uitiligo, ophiaſis, alopecia,& reliqua id genus ſymptomata. Cęterum abolitio pulſationis,& mala pulſatio functionis,quæ in pulſibus attenditur, ſymptomata ſunt. Itidem in expellendi functione ſiue omnino non fiat, ſiue non probè fiat, ſymptomata conſiſtunt: quorum alia quidem propria appellatione carent ueluti id quod atram bilem ſequitur, alia nomen habent conſuetum,ut icteros,id eſt morbus regius.

Cap. 1. Lib. 6. Loc. aff.

Cap. 7. Lib. 5. Loc. aff.

EORVM, *in quibus cadere ſymptomata antè Galenus dixerat, ad animam unum, ad naturam alterum ſpectare præcedente capite dictum eſt. Ac quæ in priore illo, qualiaq; contingerent ſymptomata,& id quoque monſtratum. Ad alterum nunc tranſire genus,quod in naturalium functionum noxa contingit, uel ipſo ſermonis progreſſu,neceſſarium Galeno uiſum eſt. Ob id autẽ naturale hoc totum uocant genus,quòd ciborum,potuumq; confectioni,digeſtioni,ac in uniuerſum omni quæ in nobis fit nutritioni,dicatum ſit. Quam ſanè actionem propriè naturalem communi nomine uocant, quòd ab ea fiat in nobis potentia, quæ regendo corpori præficitur: quam naturam uocare ſolet Galenus. Quæ igitur ab hac functiones proueniunt,iure naturales uocantur:eaq; etiam inſtrumenta quæ actioni huic adminiculantur, naturalia nuncupare medici ſolent. Quo de genere toto, deq; euenientibus in eo ſymptomatis,omnis poſthac Galeno futurus eſt ſermo. In naturalibus itaq; functionibus eadem contingunt, quæ in animalibus noxarum genera: nam uel auferetur in totum, uel infirmè, uel deprauatè fit actio. Ac proinde quæcunq; in appetentia, concoctione, digeſtione, ſanguinis generatione, alimenti aſſimulatione, noxæ contingunt, ad hoc genus ſunt referenda: item & quæ in pulſuum uſu læſiones obueniunt. Nam huius unius adminiculo calidi innati in nobis robur, & eſſentia conſeruatur. Huc item ſpectant quæcunq; ad facultates illas in alimenti tranſmutationem operantes præcipuè pertinent. Quas & ipſas iure optimo Arabs Auicenna miniſtrantes appellauit, quòd primoribus alijs facultatibus (nempe nutritoriæ, & generatrici atque etiam formatrici) quaſi miniſtræ ſubſeruiant. Hæ ſunt attractrix, retentrix, alteratrix, expultrix: quarum functiones tribus modis lædi contingit: quòd aut non fiant, aut male fiant, hoc eſt uel debiliter,uel deprauate. De quibus omnibus quum longa oratione,& facili ſit tractaturus Galenus,abunde fuerit adnotatiunculis quibuſdam totum hunc locum tranſigere, abſtruſiores quaſdam uoces tantùm explicantes. Απεπσίαν igitur quam Græci dicunt, Latini cruditatem nominant: quæ tum certè fit, quum*

Naturales functiones cur ſic dictæ.

Natura quid Galeno. Naturalia inſtrumenta.

Pulſuum uſus.

Fen. prima primi doct. 6.

Miniſtrantes facultates.

Cruditas.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 149 sur 428

uentriculus, coctionis inſtrumentum, nullatenus ſuo fungi munere poteſt: tumq; ingeſtus cibus, crudus manere dicitur, quòd illum uentriculus ne minimum quidem elaborarit. Quod in nobis pathema, tanti eſſe momenti Galenus cenſuit, ut affectuum fermè, quibus per totam uitam diſcruciamur, omnium, cauſſam eſſe in de Artis medicæ conſtitutione iure optimo ſtatuerit. Quo prudentiſsime commonefactos nos eſſe à Galeno cenſeo, ut qui uitam, ualetudinemq; ſeruare uolumus, ijdem multam, maximamq; de recte conficiendo cibo curam adhibeamus, ac proinde ita cibos, quod Plutarchus ſapientiſsimè monet, prudentes ingeramus, ut ex his fructum potius quàm uoluptatem expectamus. Qua in re ſic nobis prouidendum idem autor conſuluit, ut è cibarijs ſimpliciſsima quæq;, optimáq; deligamus, & quæ ingeſta non multum negotij inferant. Sic Plato in Timeo, ſic Diſſarius apud Macrobium, ſic peritiſsimi quiq; tum philoſophi, tum medici cenſuêre. At de ijs latius in ſequêtibus. (AQVA INTERCVS) pathema eſt iocinoris parum probè ſuo munere functi. Nam ni ſecus afficiatur, (quod tradit Galenus) aqua intercus fieri non poteſt. Eſt autem uitiata hepatis functio, quum gignendo ſanguini parum ualet. Vnde in alienam quandam ſubſtantiam mutato ſucco, alendo corpori uſui eſſe non poteſt, atq; ſic reiecto, in uaſtum tumorem attolli corpus eſt neceſſe, præſertim ſecundum uentrem, & uiſcera: nonnunquam etiam extrema ipſa ita flaccido, pituitoſoq; ſucco madent, ut in altam magnitudinem attollantur, ut in ea aquæ intercutis ſpecie, quam Græci λευκοφλεγμαπίαν, uel ὑποσάρκα nonunant. (Ἀτροφία) Latini cibi penuriam uocant. Eſt autem tabis, ut Celſus tradit, ſpecies quædam, qua corpus ali deſinit: tumq; ſemper aliquibus decedentibus partibus, nullis uero in eorum locum ſubeuntibus, ſumma macies oritur, & niſi prouidè occurratur, auferre bonanem ſolet. Eo pathemate qui laborant, exangues, imbecilli, ficciſsimiq; redduntur, ac parum munijs ualentes. uirium enim robur (ut doctè Galenus ſentit) ſolido tum cibo, tum potione ſeruari ſolet & augeri: ſic contrà, non aſſumpto cibo, uel non rectè in uſus naturæ translato, perire ſolet, aut inualidus reddi. Tum enim fructum ex cibo non ſentit corpus, atq; ſic in tabem decidit, hoc eſt, exactam ex ſiccitate conſumptionem: hæc enim proprie tabes Galeno dicitur: etſi etiam alterius generis affectus ſequi ſolet, nempe pulmonum ulcera, quod genus φθίσιν nonunant. Quæ uero in nutricationis functione deprauatio contingit, ea quidem cutaneos uarij generis affectus, ſeu mauis pathemata, creat, nempè uitiliginem, ἀφλεγμαν, alopeciam, lepram, & id genus. Eſt autem uitiligo (ſi toto genere definiatur) ſummæ in toto corpore cutis maculoſa quædam deformatio ex malo partis habitu proueniens, nutrimentum rectè aßimulare non potentis. Eius porro tres in totum conſtituunt differentias, ἀλφον, λευκὴν καὶ μέλαν. In alpho color albus eſt, ſubaſper, neque in cute perpetuus, ſed loco diſtinctis maculis uariè reſperſus: Auicenna morpheam nominat: Melas huic contrarius, colore. ab hoc priore differt, nam niger eſt, & crebriores in eo maculæ. Leuce quiddam ſimile alpho habet: ſed candicantior in eo color, & altius deſcendit, in eáq; albi pili ſunt lanugini non diſsimiles: hanc Auicenna Albaras uocandam cenſuit. In hoc omnes conueniunt, quòd & ſerpendo,

Conficiendi cibi quantum curæ habendum. Li. de Tuenda ualetudine.

Aqua intercus.

2. præſagiorum, com. 1.

Atrophia.

Lib. 3. cap. 22.

22. Metho.

Lib. de tabe. Tabes & phthyſis.

Vitiligo & eius ſpecies.

Morphea apud Auicẽnam Fen. 7. 4. tract. 2. cap. 9.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 150 sur 428

ſerpendo, fermeq; exedendo, cutem depopulantur, & à malo corporis habitu, ut Celſus tradit, hoc eſt, ut hic Galenus, à deprauata nutricatione oriuntur. Alopecia, & ophiaſis, areæ genera ſunt Celſo: alteram à uulpe, cuius nomen refert, à ſerpente alteram dici uolunt: in utraq; emortua ſumma pellicula, pili decidunt. Sed hoc intereſt, quòd quæ ab ὄφι ſerpente nomen traxit, ut multò deterior eſt, ſic certè ab occipitio, ut Paulus Celſusq; tradunt, inchoans, & ad aures duobus capitibus progrediens cutem cum carne inficit, & uix duorum digitorum latitudinem excedit: mitior eſt alopecia, & alias ab occipitio partes occupans. Sunt tamen ambo capillorum lapſus & deſtuuia, à uitioſis ſuccis oborta: hocq; à caluitio uocato differunt, quòd in hoc non à malignitate, ſed ab indigentia humoris capilli decidunt: hos affectus Auicenna Alopiciam, & Tiriam nuncupauit.

Alopecia, Ophiaſis.

Caluitium. Fen. 7. 4. tract. 1. cap. 5.

METHODVS autem, id eſt, uia, & ratio, qua hoc in loco omnia poſsint inueniri, eſt, ut naturales facultates cognoſcamus, quas in opere ipſis dicato, quatuor eſſe diximus in qualibet corporis parte, nempe attractricem, retentricem, alteratricem, & expultricem. Atq; circa ipſarũ ſingulas, duplex eſt ſymptomatum ſpecies: altera quum male procedit actio, altera quum omnino non fit. Proinde in quouis naturali inſtrumẽto octo erũt in uniuerſum ſymptomata. Igitur ſi ex anatomice, id eſt, ſecandi arte, cognoueris, quot ſint animantis partes, facile inuenies omnium ſymptomatũ multitudinem. Quippe quę naturę duntaxat fuerint inſtrumenta, octo duntaxat ſymptomatis infeſtabuntur. Quæ uero ad animam quoq; pertinẽt, ijs præterea alia duo accedent. Nuper enim demonſtratũ eſt, per ſingulas animalium functionum duplicem inueniri ſymptomatum ſpeciem. Nam uel omnino non fiunt, uel male fiunt. Neq; non dictum eſt, malè bifariam dici: aut enim idẽ quod obſcurè, debiliterq; ſignificat, aut idem quod deprauatè. Ita rurſus in qualibet tum actione, tum facultate, nõ duo dixeris eſſe ſymptomata, ſed in totum tria, nimirum alterum duorum in duo ſecans. Itaq; in quolibet naturali inſtrumento duodecim orientur ſymptomata, in animatis uero inſtrumentis quindecim. Si uero primis duabus differentijs diuidendo contentus fueris, octo quidem in naturalibus, in animalibus uero decem deprehendes ſymptomatum ſpecies. Quòd ſi animale inſtrumentum, duplici ſit facultate præditum, ut ſimul & ſentiendi, & mouendi uires obtineat, ſecundum alteram quidem diuiſionem, duodeuiginti ſymptomatum formas habere poteſt,

Naturales facultates.

Duma rap. 6. Lib. 2. Cõm. 22. Lib. 1. apſ. & rap. 7. Lib. 5. Lor. aphor.

Male bifariam.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 151 sur 428

poteſt, ſecundum priorem autem, duodecim. Oſtendamus igitur in una, aut altera parte, ea quæ iam dixímus: ut ſi quiſpiam in numerum cogere ſymptomata uoluerit, id in omnibus faciat, quod nos in his feciſſe deprehendet. Sed non in nominum inueſtigatione hæreat: non enim ubique inueniet uſitata nomina: abunde enim ſatis fuerit, rerum naturam contemplari.

EX NATVRALIBVS *uocatis facultatibus, quas numero quatuor eſſe in proprio ad id dicato libro oſtenſum eſt, ſymptomatum numerum in naturalibus inſtrumentis inuenire quis recte poteſt, ſi quot in earum qualibet ſymptomata euenire poſſunt, didicerit. Cum uero tria ſecundum quamq; naturalium facultatum contingant noxarum in functionibus genera, abolita numerum, deprauata, aut deficiente cuiusq; actione: ipſæq; facultates, quatuor in totum ſint, fit, ut duodecim contingant in quoque naturalium inſtrumentorum ſymptomatum genera. Inſtrumentis autem animalium facultatum, præter hæc ipſa, quæ ut naturalibus inſtrumentis accidunt, alia tria obueniunt, quæ ipſis non ut naturalibus, ſed ut animalibus inſtrumentis contingunt: nempe in ſenſus actione, tria, ſcilicet deperdita, deprauata, & infirma ſenſatio. Quod ſi non ſentiendi tantum, ſed & mouendi quoque functio ab eodem inſtrumento proficiſcatur, iam duodeuiginti erunt, quæ huic inſtrumento ineſſe poſſunt, ſymptomatum genera, duodecim tanquam naturali inſtrumento, tria tanquam ſenſus, totidemq; tanquam motionis organo. Quæ omnia ſi uoles per ordinem expreſſa, facilime digerere potes, atq; formulam, ceu tabulam quandam contexere, qua planiora hæc, & oculis expoſita fieri poßint, diuiſionis artificio ſingula dinumerans. Quod uero in hac ipſa diſquiſitione, nomina non anxiè quæri, res ipſas ſpectari oportere, exacteq; contemplari Galenus monuit, Platonis in primis inſtitutum, ut ferè aliàs ſemper, ſequitur. Sunt enim nomina ueluti inſtrumenta quædam explicandis rerum naturis, ut in Cratylo Plato tradit, aptißima.*

Nominibus quatenus utendum.

Ventriculi ſymptomatu.

IGITVR eſto uenter concoctionis inſtrumentum, trahens ad ſeſe (ut oſtendimus) familiare alimentum, & excernens quicquid alienum eſt, item retinens id quod attraxit, & alterans id quod retinuit. Cui ſi acciderit, ut uel nihil omnino trahat, uel malè trahat, duo hæc trahentis facultatis ſymptomata eſſe perpende. Deinde alterum ipſorum bifariam diuidas, nempe quod malè, tametſi non ſint tibi nomina, quibus ea manifeſtè explices: neque enim ullum ipſis nomen impoſitum eſt. Quapropter oratione ea interpretari tentandum eſt, ut mala attractio partim ſit imbecilla, partim ueluti deprauata: imbecilla quidem, cum uix, & difficul-

Attractricis ſymptomatu.

ter, &

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 152 sur 428

ter,& multo tempore attrahit:Deprauata uero,quum inter trahendum ueluti palpitat, aut tremit, aut concutitur, aut conuellitur. Alteratrix autem facultas in uẽtre tunc omnino abolita cenſetur, quum cibus ſecundum omnes qualitates, talis permanet,qualis aſſumptus eſt. Imbecilla alteratio proprium nomen obtinuit βραδυπεπσίαε, id eſt tarda concoctio. Deprauata autem alteratio eſt, quum in alienam qualitatem cibi permutantur. Itaq; tria in uniuerſum erunt ſymptomata,unica functione à ſcopo aberrante. Porro functio ipſa nominatur concoctio, quum cibus in qualitatem animanti familiarem permutatur. Bradypepſia uero,quum in eandem qualitatem,ſed longiori tempore,& uix permutatur. Alteratio autem in alienam qualitatem, quæ non ſit ſecundum naturam, ἀπεπσίαε, id eſt cruditas nominatur. Huic homonymos cognominatur & actionis priuatio. Quanquam maior erat perſpicuitas, ſi hæc ſola uocaretur apepſia: deinde dyſpepſia, ea quæ deprauata eſt: bradypepſia autem ubi imbecilla eſt alteratio. Atqui (ut Plato dicebat)multi res ipſas non cognoſcentes,alijs nullum omnino nomen impoſuerunt,alijs uero inepta indiderunt nomina. Itaque ne nomina nobis imponant caueamus, & rerum ipſarum eſſentiam diligenter intueamur. Id ſi fecerimus, inueniemus ſimiliter retentricis potentiæ functionem, naturalem quidem, quum concoctionis tempori æquatur, & ab omni parte cibos exacte conſtringit.Priuationem actionis in uniuerſum dicimus, quum omnino non comprehendit: id quod in lienteria, id eſt, leuitate inteſtinorum fieri ſolet. Imbecillitatem uocamus, quando uentriculus non probè amplectitur: aut amplectitur quidem, ſed non tantiſper, donec concoctio fuerit perfecta: aut ubi ambo ſimul eueniunt. Quum igitur in his duabus rebus conſiſtat retentricis potentiæ functio,una,ut nullum relinquatur inter uentrem,& cibos ſpatium uacuum,altera, ut æquali tempore agant, tum comprehenſionis, tum concoctionis facultas, fieri poteſt, ut uel in altera duntaxat, uel in ambabus,committatur peccatum. Debilem enim complexum, hæc ſequuntur ſymptomata, nempe fluctuationes, & inflationes: eum uero qui breuiori quàm fatis eſt, tempore durat, feſtina deiectio, & ciborum in uentre inferiori corruptela.

Alteratricis ſymptomata.

Concoctio quid.

Nominum neglectus.

Retentricis ſymptomata.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 153 sur 428

Symptomatum alterum ad alterũ sequi.

Atq; hic diligenter animaduertas uelim, quòd sæpenumero symptomatum alterũ, sequitur ad alterum. Nam ad imbecillum complexum, interim fluctuationes, interim inflationes sequuntur. Eum uero qui non satis temporis habuerit, omnino concoctio sequitur imperfecta. Deinde uel cibi celeriter deijciuntur, aut corrumpuntur in inferiori uentre. Atqui celeris deiectionis inseparabilia symptomata sunt, excremẽtorum humiditas, & cibi per corpus deficiẽs digestio. Corruptelã uero necessario sequitur quidẽ, excrementorum fœtor, non necessario uero mordicatio, aut inflatio. Quippe accidit interdum, ut neutrum consequatur, interdum ut alterum, nonnunquam ut utrunq;. At uero quamobrem horum, atque illorum, quorum antea meminimus, alia necessario, alia non necessario sequantur, in sequenti libro docebimus, ubi symptomatum causas persequemur. Nam in præsentia ad reliquam symptomatum, quæ retentrici potentiæ eueniunt, differentiam, transeundum uidetur. Itaque uentre cibos amplectente, idq; cum quodam saltu, aut quasi conuulsione, uel tremore, uel concussione, deprauatam esse huiusmodi comprehendentis facultatis functionem, censendum est. Saltum, haud obscurè sensu percipimus, neque non conuulsionem. Nam huiusmodi symptoma, singultus appellatur. At pathema, quod ueluti tremor est, non adeo clarè percipitur: tamen si diligenter animaduertas, ne ipsum quidem difficile fuerit deprehendere. Si enim posteaquam cibum sumpsisti, neque fluctuatione, neque inflatione, neque saltu, neque singultu discruciaris, sed uenter præter consuetudinem, dubiam quandam molestiam sentit, ac ueluti grauatur & laborat, cupitq; celeriter onus uel per supernas, uel per infernas, partes abijcere, ac ructus emittit, sequiturq; respiratio molesta ac difficilis, & quæ uix tolerari possit, tum existima uentrem amplecti quidem cibos, sed quasi tremulè. At motus ueluti concutiens, per febrium rigores potissimum apparet, uniuersas animantis partes occupans. Sed de his in libris sequentibus amplius differemus. Iam quartam aggrediamur uentris facultatem, quam & expultricem, & propultricem nominamus. Huius priuatio in quibusdam ileï, id est uoluuli, speciebus deprehenditur. Imbecillitas ue

Expultricis Symptomata.

cillitas uero creberrime apparet in tardiusculis quibusdam excrementorum deiectionibus. Motus uero quasi depraua-tus est, quum uel properat ad actionem, anteaquam perfecta sit concoctio, uel tardat, uel cessat etiam perfecta concoctione. Aut cum iam dictorum symptomatum quopiam, aut cum alia quadam fit inæqualitate, aut ueluti immoderatè irruit in cibos uenter, ut nequeat motionis impetum moderari, eorum exemplo, qui per decliuem locum currentes, sistere gradum non possunt. Igitur uentris, quatenus concoctionis instrumentum est, symptomata iam dicta sunt.

VENTRICVLI *symptomata enarrans Galenus, ipsum quidem uentrem, ceu concoctionis instrumentum aptè effinxit, ut quæ illi symptomata, tanquam concoctionis organo accidunt, aptè exprimere posſit. Quæ omnia Galenus, quum pro more suo exactè dilucideq; tractet, satis nobis usum est brevibus tantum adnotationibus totam hanc longam seriem, ubi opportunum fuerit explicare. Ab alteratrice facultate ordiamur: cuius tum maximè abolita functio censetur, quum cibus in uentrem ingestus talis omnino permanet, qualis est assumptus: id certè indicat nullam prorsus in eo esse factam mutationem, pereunte nimirum alteratricis circa eum facultatis actione. Tumq; uentriculi uis resoluta iure optimo esse dicitur, uti in intestinorum leuitate, quam & ipsam Galenus coctionis carentiam esse dixit: cum neq; secundum consistentiam, neq; secundum colorem, uel odorem, uel ullam omnino qualitatem in uentriculo facta fuerit mutatio ciborum. Cui proximum pathema cœliacam affectionem Aëtius esse censet, hoc est, leuium, & humidorum excrementorum citam deiectionem, uentre præ imbecillitate cibos concoquere non potente. Sed tamen hoc, à deprauata uentriculi actione cibos corrumpente, illud, ab omnino abolita prouenit. Functio autem, à cuius uitio hæc pathemata oriuntur, concoctio est, hoc est, exacta cibi elaboratio, qua in qualitatem animanti familiarem, & idoneam fit transmutatio. Concoctum enim tum alimentum dicimus, quum in eam naturam fuerit conuersum qua usui esse, animantisq; substantiam naturæ affinitate,, & similitudine augere posſit. Ad quem fermè modum fructus, & cætera quæq;, natiui caloris uim sentientia concocta esse censemus, quum exactè fuerint ui caloris elaborata: tumq; esui esse possunt. Sed de concoctionis noxa hæc ad præsens. Retentricis uero facultatis eam esse secundum naturam functionem censet Galenus, quum quod confici debet, tandiu retinet, quoad exacte sit elaboratum, ac proinde oportet actionis suæ tempus, coctionis tempori semper æquari. Nam si præoccupet, crudum deijci cibum erit necesse: uti in leuitate intestinorum fieri cernimus. Si uero inter cibum, uentriculumq; spatium uacuum relinquatur, indicio est debilem fuisse retentricis potentiæ, in ualidè complectendo cibo, actionem: quem sanè debilem complexum,*

6. Aph. com. 1.

Sermone 9. cap. 37. Cœliaca affectio.

Concoctio.

Retentricis functio.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 155 sur 428

cibi introrſum fluctuatio, & inflatio ſequi conſueuerunt. Quum enim non undiq; cibus ab uentriculi partibus uniuerſus cingitur, ac coarctatur, tum ſanè in quem ſe diffundat locum, pateſacto aditu, habens, latè expatiatur, inſtarq; excitati in pelago flatus, fluctuationem & ipſe mouet, hoc eſt inundationi ſimilimum, & perſtrepentem in uentriculo motum. Inflationem uero, quum ſine ſtrepitu, & murmurillo: ſed ſola partium uentriculi diductione, uentriculum attollit. Vtraq; uero (inflatio inquam, & fluctuatio) imbecillum complexum (hoc eſt infirmam retentricis potentiæ actionem) ut plurimum ſequuntur: inflatio quidem, quum paulo ſolidior & plenior fuerit cibus: fluctuatio, quum uel flatuoſior, uel qualitate humectior, uel immoderatior fuerit, uel deniq; parcior, quàm naturæ ſumentis reſpondeat. Sed de his latius in ſequentibus. Depraua porro eiuſdem facultatis actio eſt, ciborum cum ſaltu, aut tremore quodam apprehenſio. Saltum uero, inæqualem eſſe, atque inordinatum motum uolunt, hoc ipſo à pulſu diſtinctum, quòd in hoc ordinata eſt membri ſecundum dilatationem, & conſtrictionem commotio: in illo, inæqualis, & nullo neque tempore, neque ordine circumſcripta, ſed uaga, & interciſa, pro lædentis rei copia, & qualitate. A quibus autem cauſsis hæc in uentriculo pathemata oriantur, ad ſequentem reſeruabimus librum, quo de cauſsis agetur. Expultricis autem illud eſt, excrementa quæ ex coctione ſuperſunt, in loca ei muneri dicata protrudere. Eius tum perit actio, quum nihil omnino excernitur: ut in uoluulo, quem ileon nominant, in quo per ualidam inteſtinorum obſtructionem uehemens fit excrementorum contentio, pereunte, quæ circa expulſionem operatur, facultate. Quæ interdum tam pertinax eſt, ut nonnullis alui retrimenta ore reiecta ſint, clyſtereſq; uomitione reiecti, ita atteſtante Galeno.

Fluctuatio.

Inflatio.

Expultricis munus.

Volualus.

6. de ſymp. cau.

AT QVATENVS ipſum nutriri oportet, & trahere ad ſeſe alimentum, & retinere tantiſper, dum alteretur, & quod redundat excernatur, alterum, eundemq; æqualem ſymptomatum numerum obtinebit, nimirum ut corpus ſimilare. Ac fortaſſe non ab re fuerit, omnia quę ad nutritionis functionem ſymptomata pertinent, perſequi, nempe ea quæ uentri, ac reliquis partibus omnibus ſunt communia: ita enim facilior erit lectori ſermo, & clarius explicabitur id, quod nuper dicebamus, ſymptoma ſymptomatis eſſe cauſsam. Nam atrophian, ſiue uniuerſo animantis corpori acciderit, ſiue unicam aliquam partem occupet, licet unicum ſit ſymptoma, complura præcedunt ſymptomata. Quum itaq; id quod probe nutriri debet, oporteat trahere ad ſeſe peculiare, propriumq; alimentum, deinde retinere ipſum, quouſque alteratum ſibi aſſimilet, denique excernere, quod redundat, excrementum. Sed quum duplex ſit excrementi genus, uel

Nutritionis ſymptomata.

Ad nutritionem requiſita.

genus, uel enim quantitate redundat, uel qualitate, neceſſe eſt omnino partem, quæ non alitur, aut in uno eorum quæ dicta ſunt peccare, aut pluribus. Siue enim debiliter, ſiue nihil omnino, ſiue deprauate trahat, non nutrietur pars, etiam ingeſto cibo tum quantitate, tum qualitate modum ſeruante. Symptoma uerò quod retentrici facultati accidit, proportione reſpondet ijs, quæ de uentriculo diximus, itidemq; atrophian inducere poteſt. Si uerò iam dictæ facultates probe ſuo munere funguntur, errauerit uerò expultrix, pluſquam oportet excernens, ne ſic quidem pars ipſa atrophian, maciemq; effugiet. Alteratricis autem facultatis ſymptomatum, unum ueluti priuatio eſt, quam apepſian, id eſt, cruditatem nominari diximus. Atqui ob hanc corpus emaciari planè manifeſtum eſt. Alterum quaſi imbecillitas quædam eſt, quam bradypepſian uocamus: hæc multo tempore indiget, neq; dubium eſt quin aliquando maciem inducat. Tertium autem ſymptoma, quod dyſpepſiæ proportione reſpondet, non atrophian, aut maciem affert, ſed particulæ ideam, id eſt, formam, tranſmutat: quemadmodum in leuce, id eſt, uitiligine, & elephantiaſi uidetur. Sed hîc animaduertere, & diſtinguere oportet, utrum ob humorem aliquem affluentem, an ob ſolidarum partiũ affectum, color mutatus ſit. Nam ſi ob humores id euenerit, non ad alteratricem facultatem referendus eſt error, ſed ad aliud genus ſymptoma reducendum eſt. Si uerò tota pars ſimiliter in uniuerſum fuerit decolorata, non oportet ob hoc alteratrici potentiæ quæ in ipſa eſt, attribuere errorem. Etenim per morbum regium naturalis color mutatur, ſed hoc ſymptoma ad expultricem pertinet functionem: quanquam nonnunquam uenis ipſis affectis accidere poteſt: Sed tunc ad alteratricem referri debet. Porrò coloris uitium, quod proprie in ſingulis partibus deprehenditur, niſi ob humorem extrinſecus affluentem euenerit, ueluti dyſpepſia quædam, id eſt, difficilis concoctio eſt, tum alteratricis, tum concoctricis, in ipſa parte facultatis. Sed relicta huiuſmodi atrophiæ ſpecie, quæ potius cacotrophia quædam eſt, ad eam atrophian, qua corpus nutricatione priuatur, redeamus: admonentes quòd & ipſa ſymptoma eſt, & aliàs ad alia ſymptomata ſequitur, quæ uel attractici, uel retentrici, uel ex-

Atrophiæ cauſſæ.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 157 sur 428

pultrici facultati, uel etiam alteratrici accidere possunt. Cæterum horum symptomatum omnium causas, morbos esse constat. Itaque fac esse, ut non satis efficaciter pars quæpiam trahat ad se alimentum, & hanc ob causam non nutriatur, necesse est, ut inefficacem hunc, delinquentemq; attractum, morbus præcedat. Siue enim imbecillior pars ad sese cibum alliciat, ipsa omnino intemperata erit, morbus autem intemperies. Siue temperata sit particula, sed obstructio fuerit in instrumentis, per quę cibus digeritur, & digestionem ipsam corpus impediat, obstructio ipsa morbus erit, symptoma autem noxa digestionis per corpus. Sed non solum discurrendo per singula symptomata, quæ ab offensa functione nascuntur, disces quòd omnino morbus ipsa præcedit, uerum etiam ex ipsa rerum essentia, citra inductionem ratiocinari licet. Etenim sanitatem functionis caussam esse statuimus, Morbum autem, caussam ob quam functio læditur: Symptomata uerò, de quibus in præsentia disserimus, noxas functionum esse dicimus. Ex his propositis colligitur huiusmodi symptomatum generis caussas, morbos esse.

Sanitas.
Morbus.
Symptoma.

QVAE hìc Galenus de nutritionis symptomatis, & atrophiæ causis latè explicat, etsi ipsa sibi commentarij uice esse possunt, nos tamen uberioris commentationis caussa, de ijs nonnulla, idq; in primis, nutritionis in nobis functionem, uti maximè necessaria est, & sine qua consistere animans nequit, ita ut recte procedat multa & maxima postulare: ut cui nimirum cæterarum in nobis facultatum naturalium actionis famulentur ac ueluti ministræ sint: eoq; fit, ut una quapiam ex his aberrante nutritio recte procedere non possit. siue enim attractrix, siue retentrix, aut etiam expultrix parum probè suo munere functæ sunt, nutritionis functionem extemplo uitiari oportet: quum nutritio, eius substantiæ, quæ diffluit, repletio sit, deperditiq; reparatio, ita asserente Galeno. Multa quidem, ut id assequatur facultas, intereesse oportet: nempè cibi ad eas partes, quæ refici debent, attractum, eiusdem inibi tanto tempore moram, quoad alteratrix membri facultas attractum cibum immutarit. Quod ubi effectum est, expultrix tum sui muneris haud oblita, excrementa nulli usui futura expellit. Demum quum id quod nutrit, ei quod nutritur assimilari oporteat (quæ actio proprie Galeno nutritio dicitur) agglutinationem, siue adhærentiam præcedere omnino oportet: quam & ipsam appositio uocata præcedit. Postquam enim succus is, qui omnem animalis particulam nutriturus est, à uasis exciderit, in totam eam partem primum dispergitur, mox adiungitur, deinde agglutinatur, demum adsimulatur, ac tum probè nutrit: uti contra, si adhæreat quidem, & non assimiletur, improbè alit: quod in uitiligine, & elephantiasi facile est uidere

Nutritio, quæ postulet.

Nutritio quid. 2. affo. cõm. 15.

1. de facul. nat.

uidere. Item ſi adiungatur quidem, ſed non agglutinetur (quod monſtrat illud hydropis genus, quod οὐ κατέφρακα uocant) quo in genere apponitur quidem quadantenus alimentum, ſed non adhæret, propterea quòd aquoſius adhuc eſt, nec ad ſiccum ſufficienter redactum, nec lenticiam, glutinisq; conſiſtentiam (quæ naturalis caloris ope prouenit) conſequutum. Id uerò in uniuerſum attendere oportet, uitiata nutritione, atrophia laborare animans oportere, tandemq; in interitum ire. Symptomata autem alia ab alijs naſci, præſens Galeni de atrophia locus indicat: quum ea interdum, ad imbecillam, uel abolitam attractionem, interdum ad retentionem, nonnunquam expulſionem, & etiam alterationem ſequatur. Vnde & illud conſtat, huiuſmodi ſymptomatum cauſſas, morbos eſſe: quòd ſemper uitiatas has actiones (quæ ſymptomata eſſe ponuntur) aliquid præcedat, quod ipſis primo incommodet, uitijq; cauſſa ſit, quum ab aliquo, huiuſmodi inferri uitium oporteat. Quod autem infert, ei, cui infertur, cauſſam eſſe, uel ex cauſſæ ipſius definitione, neceſſarium quidem eſt. Quod & amplius ex ipſius morbi explicatione fit manifeſtum. Qui quum poſitus ſit eſſe uitiatæ actionis cauſſa, functionis autem uitium, ad id præter naturam ſequatur, uti effectus cauſſam, ſit, ut morbum, ſymptomatis eſſe cauſſam oporteat. Morbus uerò hic aut intemperies eſt aliqua præter naturam, aut obſtructio, ut bellè Galenus docet. Quod quis in una quapiam actione exemplo deducere poteſt, ſicq; oſtendere, & morbum ſymptomatis eſſe cauſſam, & ſymptomatum alterum ad alterum ſequi: quæ capitis huius eſt ſententia.

Symptomata alia ab alijs naſci.

Symptomatum cauſſas, morbos eſſe.

3. de Symp. diff.

CAPVT V.

QVOD uerò reliqua duo genera præcedant morbi, ac cauſſæ rationem ad ipſa obtineant, paulò pòſt oſtendemus, poſteaquam integrum de ipſis ſermonem abſoluerimus, incipientes ab eo ſymptomatum genere, quod in corporis affectibus conſiſtit. Sunt autem eorum quatuor differentiæ, quippe alia ad uiſum, alia ad olfactum, alia ad guſtum, alia ad tactum pertinent. uiſibilia ſunt colores præter naturam, uel uniuerſum corpus, uel partes aliquas occupantes. Totum corpus ut in morbo regio, & in ijs morbis, quos tum hepaticos, tum ſplenicos nominant, ac in quibuſdam aquæ intercutis ſpeciebus, unam partem, quemadmodum ſola lingua interdum uidetur inſignitèr decolorata. Neque non partes aliquæ ob abſceſſus uel nigricant, uel liuent. Itidem in carbone, eryſipelate, herpete, & gangræna, naturalis color mutari uidetur. Similiter in uitiligine (Græci ἀλφὸς & λεύκας uocant) & elephante, & alijs eiuſmodi, color naturalis in prauum colorem degenerat. Porrò euenit interdum, ut multæ partes ſimul per mul-

Symptomatum quæ in affectibus cõſiſtunt differentiæ.

tos mor

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 159 sur 428

©BIUM

tos morbos decolorentur: nempe uel crura magis, uel facies, aut tota superior corporis pars, aut tota pars inferior. At uisiles differentias hoc pacto contemplari oportet.

Symptomatum genera tria.

QVum tria in uniuersum Galeno constituta sint symptomatum genera, ostensumq; sit præcedente capite, eorum symptomatum quæ in functionis uitio consisterent, morbos caussas esse, idipsum hoc capite, reliquis quæ supersunt symptomatum generibus euenire nos belle Galenus docet. Est itaque alterum genus symptomatum in affectibus situm, alterum in ijs, quæ ad affectũ sequuntur. De priore est hoc toto capite tractaturus. Cuius quatuor ponit præcipuas differentias, ad uisum scilicet, olfactum, gustum, tactumq; pertinentes. In colore quæ accidunt euersiones, ad uisum pertinent: ad quod sanè genus, totius uel partium corporis decolorationes, referri debent: quales in arquato morbo, & hepaticis, tum etiam splenicis affectibus contingunt. Hepaticos uero eos affectus nominant, quos eius uisceris imbecillitas parit, sicuti & splenicos, qui ab splenis imbecillitate proueniunt: eosq; qui sic afficiuntur, à morbi natura, hepaticos, & splenicos uocare solet Galenus. In morbo autem regio ob id ad pallidum, citrinumq; coloris in toto fit euersio, quòd talis sit morbificæ caussæ color: à bili nanq; per uniuersum corpus diffusa, id symptoma prouenire omnes asserunt: color autem (ut ait Galenus) succorum corporis certissima est nota. Etenim pro sui natura aliorum, atque aliorum in nobis succorum redundãtiam monstrat, pallidus bilim, rubens sanguinem, albus pituitam, liuens, & obscurus atram bilim. Vnde fit, ut ex apparente extrorsum colore, de succis intus dominantibus æquam ferre censuram possimus. Atque hæc in præsentia de colorum uitijs. Ex quibus & illud intelligi perquam facilime potest, cur in carbonibus, erysipelate, gangræna, herpete, elephantiasi, & id genus similibus partium decolorationes fiant: quòd scilicet, pro influentis succi natura, partis colorem immutari oporteat. Quamobrem pars in carbone nigricat, uel cum obscuro rubore liuet, quòd crassius, & sufficienter assatus sit, qui influit, sanguis. In erysipelate citrinior, in reliquis nigrior redditur color. Sed iam ad olfactus symptomata, & reliquorum sensuum properemus.

Hepatici morbi & splenici.

6. de symp. cau.

4. de sani. tuen.

Color quid indicet.

Olfactus symptomata. Respiratio, & transpiratio.

EA VERO quæ ad olfactum pertinent, in respiratione, & transpiratione præcipue deprehenduntur: respirationem appello, cum ambiens nos aër per guttur attrahitur, & rursus foras mittitur: transpirationem autem uoco, aëris secundum totum corpus & introitum, & exitum. Nam fœtores præter naturam in ipsis percepti, ad hoc symptomatum genus reducuntur, mox aurium, nariũm, axillarũ, & partium, quæ ob affectum aliquem putrescunt, fœtores. Similiter ructus, hoc quoque symptomatum genere continetur: si uel fumosus, uel acidus, uel uirosus sit, aut piscium fœtorem,

aut aliam

aut aliam aliquam huiuſmodi grauẽolentiam referat. Symptomatum quæ ad guſtum pertinent differentias, ægrotus ipſe coniectura aſſequi poteſt. Sunt enim qui aliquando ſudorem guſtauerunt, ipſo interdum in os defluente, ac ſaliuę, quæ circa linguam continetur, ſaporem inficiente: quemadmodum nonnulli ſanguinem quoque guſtant, qui illum quomodolibet per os reijciunt. Nam alij exquiſitè dulcem, alij ſalſum, alij amarum ſaporem percipiunt. Ita etiam fit ubi ex pulmonibus quidpiã reijcitur, aut ex uentriculo uomitione expellitur. Vnde alij acido, alij ſalſo uel amaro, uel dulci, uel etiam auſtero ſapore imbuuntur. Iam non pauci ſunt inuenti medicorum, qui non ſolùm ſudores guſtari iuſſerunt, ſed & aurium ſordes, quippe ab his quoque nonnihil coniecturæ accipiendum autumant. Sed neque tactiles ſymptomatum differentias ſilentio præterire oportet: quandoquidem & ipſæ naturalis habitus metas excedunt: ut pelliſ dura, aut intenta, item laxa, & arida, & rugoſa, aut aliam quampiam huiuſmodi habens differentiam. Igitur ex ijs quæ iam dicta ſunt, haud obſcurè colligitur, totum hoc ſymptomatum genus à morbis naſci. Siquidem colorum, odorum, & ſaporum, in ſolidis corporibus diſcrimina, à temperaturis ortum habere, ex naturalibus rationibus didicimus. Similiter & eas, quæ tactu diſcernuntur, differentias, etiam prædictis multomagis: quippe quas cum effectricibus qualitatibus cognationem habere diximus, quòd ad eiuſdem ſenſus iudicium referantur. Etenim mollities, duritieſq;, tactu iudicantur, haud aliter quàm effectrices qualitates ipſis cognatæ. Proinde quicquid in eis præter naturam deprehenditur, id totum intemperantiæ acceptum referri debet: ſicut econtrario, quod ſecundum naturam eſt, temperamenti ſoboles eſſe cenſetur. Igitur cum omnis intemperantia ſit morbus, colligitur morbum ad huiuſmodi ſymptomata, cauſſæ rationem obtinere. Ea uerò ſymptomata, quæ partibus ob affluentem aliquem humorem accidunt, eiuſdem cum prædictis ſunt generis: quippe alia obturationem, aut aſtrictionem ſequuntur, alia uerò, quum uel attractrix, uel expultrix facultas, malè ſuo munere fungitur, eueniunt. Quamobrem neceſſe eſt ipſa quoq; à morbis, ueluti ex fontibus ſcaturire. Etenim quæ in iocinore fit

Guſtus ſymptomata.

Lib. 6. Epid. sect. 5.

Tactus ſymptomata. *aphor. 49.*

Sect. 17. Lib. 3. aph.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 161 sur 428

obturatio, quum ſit morbus compoſiti corporis, & inſtrumenti, cauſſa eſt coloris qui in regio morbo apparet. Intemperies uerò, quæ in ſingulis partibus ſimilaribus eſt, quum ipſa quoq; huiuſmodi partium ſit morbus, aliàs aliam ipſorum impedit facultatem, aut attractricem, aut expultricem, aut aliam quampiam: ob quas inæqualiter, & ſine ordine, humores per corpus fluentes, modo hanc, modo illam alterant partem, & in colore, & odore, & ſapore, atque in tactilibus differentijs omnibus. Præterea quicquid reliquorum ſymptomatum eſt, ſiue uoces, ſiue ſtrepitus in animante ſint, atque ea quæ à corpore excernuntur, & quæ detinentur in ipſo, omnia perinde quaſi ſoboles à morbis originem trahunt, idq; uel planè à morbis, uel interuenientibus quibuſdam ſymptomatis. Porrò in uocibus, oris, & faucium, & aſperæ arteriæ, & pulmonum, & thoracis morbi, pariunt ſymptomata: quippe uocem reddunt clangentem, turbidam, tremulam, & raucam. In alijs autem animantis partibus, ſoni, murmurilla, ſtridores, & id genus reliqua accidere ſolent, partim ob inſtrumentorum anguſtiam, & motum errabundum, partim ob ſpiritus inflantis abundantiam, uel quibuſdam ex his, uel omnibus ſimul concurrentibus. Sed de ipſis in libro, qui de ſymptomatum cauſsis inſcriptus eſt, latius dicetur.

NARRATIS *uiſus ſymptomatis, ad reliquorum ſenſuum enarranda ſymptomata progreditur, ea in primis pertractans, quæ ad olfactum, uiſui proximum ſenſum pertinent. Deprehenduntur uerò quæ in ipſo ſymptomata cadunt, aëris externi per nares gutturq; intromiſsione. Quam ſanè actionem quum hic, tum x i. Methodi, & in commento ad librum de Salubri ratione uictus Polybij, reſpirationem uocari dixit, uti tranſpirationem, eam, quæ toto ſit corpore, aëris ſuſceptionem. Merito autem fœtores, olfactus ſymptomata, ad hunc modum deprehẽdi cenſuit, quòd cum odor omnis, uel teſte Ariſtotele, fumoſa quædam exhalatio ſit & ignea, oportet omnino, ut percipiatur, in odoratus cenſorium ferri. Quod in homine fieri nullo pacto poteſt, ni reſpirationis munere, odorabilis rei ſpecies ad cerebrum deferatur, inquiente eodem etiam Ariſtotele, odorem ſine reſpiratione non ſentiri, proprium hominis eſſe. Nam etſi animalium plerarq; reſpirationis uſu carentia, qualia inſecta ſunt, odoribus moueantur: ut apes (quæ ut grauium odorum ſuffitu, bituminis inquam, aut ſulphuris, bubuli'ue fimi fugantur, ſic longiſsimè ad ſuaues odores excurrunt, inde pabula melli cõficiendo idonea ſumentes) tamen odores ipſos, non aëris attractu, ſed ſola odorabilis rei ad cenſorium præſentia percipiunt: quòd in illis*

Olfactus ſymptomata qui deprehendas.

Lib. de ſen. & ſenſa. cap. 2. Odor quid.

2. de anima textu cõmen. 98. ex argyropilo.

Inſecta, quomodo odorent.

ap ertum

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 162 sur 428

apertum ſit, & odorabili expoſitum odorandi organum: perſimileq; duris quorundam animalium oculis, qui, ut nullo ſunt operculo, nulloq; tegumento muniti, ſic ſemper colores apertos, & occurrentes habent. Homo autem, quum odorandi ſenſorium opertum, & reconditum habeat, mammillaribusq; quibuſdam caruncułis circunſeptum, odores nequicquam percipere poteſt, ni introrſum ducto ſpiritu aperiat meatus, uiamq; fumidæ euaporationi faciat: quod omnium optime reſpiratione efficitur. Ob id uero fœtorem, pathema huius ſenſorij eſſe præter naturam iure optimo creditum eſt, quòd, ut ait Plato, moleſta ſit ſenſatio ex putredine, ut plurimum, orta, & naturalem ſenſus habitum inimico quodam, contrarioque ingreſſu euertens, unde uim quandam, & moleſtum infert ſenſum. Eundem autem ſenſum & benè olentis, & malè olentis (ut Ariſtoteles tradit) eſſe, eſt neceſſarium. Atque hæc de olfactu. De guſtu uerò, & tactu quæ hîc à Galeno dicuntur, apertiſſima ſunt. Ex quibus omnibus rectè id colligit, Totum hoc ſymptomatum genus, quod ab odoribus, ſaporibus, tactilibusq; differentijs prouenit, à morbis omnino naſci. Nam quum uniuerſa, qualitatum elementarium germina quædam ſint, earumque exuperantiam quandam indicent, fit omnino, ut à morbis hæc ſymptomata naſci oporteat. Enimuero quæ in coloribus deprauationes cõtingunt, aut ſuperantem caliditatem, aut frigiditatem demonſtrant. Rubens enim, croceuſq; color, luteus item ac pallidus caliditatem, linens, plumbeus, albus, frigiditatem ut plurimum monſtrant. In odoribus item, ſaporibusq;, quæ uitia fiunt, exceſſum item in qualitatibus illis primis indicant, amaritudo calorem, aciditas frigiditatem. Quamobrem quum qualitatum intemperantia morbus ſit, ab hac autẽ ſymptomata hæc prouenire oſtenſum ſit, relinquitur omnino quod propoſitum fuerat, à morbis inquam iſthæc ſymptomata naſci. Sapores uerò, odores, coloresq; & eorum diſcrimina à temperaturis ortum habere: quod hîc ait Galenus apud Platonem in Timeo, & Ariſtotelẽ in de Senſu, & de Anima libris eſt uidere. Quod uerò de iocinoris obſtructione ſequitur, ipſam quidem regij morbi cauſſam eſſe, non ita accipiendum, ut omnis in eo uiſcere facta obturatio, regij morbi cauſſa ſit. Nam experimento didicimus non ad omnem huiuſmodi obturationem, ſymptoma hoc ſequi: ſed tum fieri, quum bilis in folliculum ſuum ferri prohibita, in uniuerſum corpus unà cum reliquo ſanguine delabitur. Quod tum fit, quum ij meatus, qui ex iocinore ad fellis ueſicam protenduntur, obſtructione laborant. unde genita in hepate bilis, & in folliculum ſuum ferri prohibita, eò unde progreſſa eſt remeans, in uniuerſum corpus defertur. Quanquam ſunt & huius ſymptomatis multæ quoq; aliæ cauſſæ, de quibus libro ſequenti. Quæ uerò de uocibus, & ſonis corruptis hîc adducuntur, ex ſe patent: quare iam commentationi huic finem facere uiſum eſt.

Fœtor unde.

In Timeo.

A morbis omnia ſymptomata naſci.

Colores quid indicent.

Regius morbus quando fiat.

CAPVT VI.

Excretorij, & retentorum ſymptomata.

ATQVE quæ præter naturam uel excernuntur à corpore, uel detinentur, per tres differentias prima ſectione diuiduntur: uel enim tota ſubſtantia, uel qualitate, uel quantitate, à naturali habitu recedunt.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 163 sur 428

Atqui hęc omnino ſequuntur morbos ipſos, idq; uel ſtatim citra alterius affectus interuentum, uel interuenientibus mediis quibuſdam ſymptomatis. Hæmorragia quidem, id eſt, ſanguinis eruptio, quòd ad excretam ſubſtantiam pertinet, toto genere præter naturam eſt. Euenit autem, aut aperto uaſis oſculo, aut rupto uaſe, aut eroſo. Atqui uulnus, ruptura, eroſio, proprij ſimilarium partium morbi ſunt: apertio uerò oſculorum, ad inſtrumenta pertinet. Accidit autem interdum ob retentricis facultatis infirmitatem, interdum quia expultrix immodice mouet, nonnunquam ob utriuſq; noxam. Ita muliebre profluuium fit, aut ob iam dictarum functionum ſymptomata, aut quia totus in ea ſanguis factus eſt tenuis, & ſeri ſubſtantiam referens. Atqui hoc quoque ſymptoma eſt, ſed multiformis eſt eius generatio. Nam ſanguis fit tenuis, & eroſus, uel ea facultate, quæ ſanguinem parit, uel ea quæ diſcernit, uel ea quæ excernit, errante: quanquam nonnunquam fieri poteſt, ob retentricem immodicè munere ſuo fungentem: fit etiam denſata cute, & renibus conſtipatis.

Hæmorragia.

Diſcretiua facultas.

QVum tria ſymptomatis, ſpeciatim dicti, genera ſint à Galeno conſtituta, alterum in affectibus, in functionum noxa ſecundum, tertium in ijs quæ ad utraque conſequuntur, atque de prioribus illis abundè præcedentibus capitibus ſit pertractatum, ſupereſt poſtremi huius exactam tradere naturam: quod ultimo hoc capite facit Galenus. Quod & ipſum totum genus, quum ad eorum quæ excernuntur, uel retinentur, ſpeciem pertineat, eorum omnium, diuiſionis artificio, tractat hoc loco Galenus differentias. Id in primis ſtatuit, ea quæ excernuntur, aut tota ſubſtantia, aut qualitate, aut quantitate deniq; ſua naturæ modum excedere. Excretorum uerò, ea maximè à tota ſubſtantia aliena eſſe dicuntur, quæ nullo pacto ſecundum naturam ineſſe homini poſſunt, ut calculus, lumbrici, & id genus cætera. Qualitate uerò, à naturali habitu recedũt, quum uel iuſto calidiora, mordentia, ac uellicantia magis expelluntur, uel iuſto etiam frigidiora, humidiora, aut ſicciora: quantitate, quum pro aſſumptorum ratione, ampliora pauciora'ue redduntur. Hæc autem omnia eius generis eſſe tradit Galenus, ut morbos uel protinus ſequantur, uel interuenientibus etiam ſymptomatis quibuſdam. Sanguinis nanque eruptio (αἱμοῤῥοσσγίαν *Græci uocant) uaſis in quo continetur rupturam, uulnus, eroſionem'ue ſequitur: quorum quodlibet morbum eſſe conſtat: ſequitur autem ad hæc nullius interuentu. At ſæpenumero etiam functionum noxas excretiones ſequuntur: quippe quæ in difficultatibus inteſtinorum, in leuitate eorundem excernuntur, aut retentricis infirmitatem, aut alterius cuiuſpiam facultatis noxam ſequuntur. Quas ſanè noxas, intemperiem aliquam omnino præcedere oportet, aut inſtrumẽtarium quempiam morbum,*

A tota ſubſtantia aliena.

morbum, aut ſolutam unitatem, à quibus (ceu immediatis cauſsis) functionum noxæ proueniant. Conſtat igitur excretorum nonnulla morbos protinus ſequi, alia ſymptomatum quorundam interuentu. Quòd uero hæmorragia, excretio ſit toto genere præter naturam, eo conſtat, quòd per eam id excernatur, quod ſecundum naturam conſiſtere, ac in uaſis contineri debebat, quodq; maximo naturæ uſui eſſet. Triplicem uero excreti ſanguinis cauſſam eſſe rectè Galenus ſtatuit. Nam qui in uaſis continetur ſanguis, aut aperto, aut rupto, aut eroſo uaſe erumpit. Apertionem uaſis Græci ἀνασίμωσιν, rupturam ſeu ruptionem, διαῤῥῆξιν, eroſionem, ἀνάβρωσιν, uocare ſolent. Apertio, uel nimia ſanguinis copia, uel uaſorum infirmitate prouenit: Ruptio nonnunquam abundantiam ſequitur, non raro acrimoniam ſanguinis: Eroſio, putredinem aut uitioſam quampiam qualitatem. In uniuerſum uero, excretiones omnes præter naturam, aut retentricis infirmitatem, aut expultricis immodicum motum ſequuntur. Secundum quem modum muliebre profluuium non raro mulieribus exhibere moleſtiam ſolet: uti etiam ſi ſanguis tenuior, ſeroſiorq; fiat, atq; ad motum concitatior. Fit autem huiuſmodi ſanguis, quum epatis facultas à ſuo munere deficit: tum enim crudum & aquoſum manere ſanguinem neceſſe eſt: & tum item, quum diſcretiua uocata facultas, quod in ſanguine ſeroſum eſt, ſecernere nequit: quod præcipuum eſt eius facultatis munus, uel teſte Auerroe. qui ut hoc appoſitiſsime dixit, ſic illud ineptiſsime, Galenum hanc ignoraſſe: quum uel ex hoc loco manifeſtiſsimum ſit, huius meminiſſe Galenum, eiq; tribuiſſe, ut eius uitio ſeroſus nonnunquam fiat ſanguis. Itaque ſi ab huiuſmodi cauſsis muliebre profluuium, negotium inferat, ſymptoma eſſe nemo dubitauerit: uti ſi ſtato tempore, per menſtruas uices recurrat, & modum ſeruet, ſecundum naturam eſſe exiſtimandum eſt: ſic enim ſexto de Symptomatum cauſsis Galenus cenſet. Nihil enim quod in tempore expellitur, præter naturam dici debet, uel Galeni ſententia.

Excreti ſanguinis cauſſæ.
ἀνάσιμωσις.
διαῤῥῆξις.
ἀνάβρωσις.

Sanguis ſeroſus unde.

2. colliget. cap. 16. In Auerroem.

ITA SVDORES quoque uel excernuntur immodicè, uel indebitè retinentur: idq; neceſſario, uel ob cutis affectum, uel ob dictarum facultatum aliquam, uel ob humorum ipſorum naturam. Vides autem nos in eiuſmodi ſermonibus, diſiunctiuis coniunctionibus uſos: nam in ſingulis iam dictis ſymptomatis omnino unus aliquis eſt cauſſæ modus: tametſi nihil obſtat, quominus, tum duæ, tum tres, tum denique omnes ſimul conueniant. Manifeſtum quoq; eſt, ſub hoc ſymptomatum genere contineri & dyſuriam, id eſt, urinæ difficultatem, & iſchuriam, id eſt, urinæ ſuppreſsionem, & ſtranguriam, id eſt, urinæ ſtillicidium, & aquam intercutem ad matellam uocatam, quam alij diabeten, alij urinæ fluorem nominant. Porrò quòd excrementorum tum colores, tum odores, præter naturam neceſſario

Dyſuria.
Iſchuria.
Stranguria.
Diabetes.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 165 sur 428

©BIUM

ſequantur morbos, demonſtratione haudquaquam indiget: quandoquidem nihil huiuſmodi citra intẽperiem naſci poteſt. Conſtat igitur nos haud obſcure demonſtraſſe id quod propoſitum erat, quippe omnem ſymptomatum naturam, ut morbi præcedant neceſſe eſt: utq; ſæpenumero ſymptomata inter ſeſe deinceps in ordinem quendã redigantur, ita ut primum ſymptoma morbum ſequatur, deinde à primo dependeat ſecundum, rurſus ab hoc tertium, mox ab hoc quartum. Sed hîc diligenter animaduertere oportet, accurateq; diſtinguere à functionibus ſymptomata. Nam ſubinde tantam inter ſe habent ſimilitudinẽ, ut functionem putes eſſe ſymptoma, & ſymptoma functionem. Ac niſi ſummo quis iudicio præditus ſit, ſermonẽ calumniabitur, quum ipſe uerſetur in errore. Quippe ſi excrementorum naturalium (ita enim uocant ea quæ à ſanis expelluntur) aut quantitatem, aut qualitatem, aut totum ipſum genus ſubſtantiæ, ſcopum quis ſtatuat, deinde ad hunc reſpiciens, iudicet ſymptomata: ſubinde errabit. Nam accidit nonnunquam, ut ſudor, aut alui excrementa, aut urina, in ægrotantibus multipliciter excedant quantitatem ſanis competentem: non quòd ulla functio ſit læſa, ſed quòd robuſtæ ſint uires, & animantis præmeditatione ita factum ſit. Quamuis enim quædam excrementa toto genere præter naturam eſſe cenſeantur, ut ſanguis è naribus erumpens, aut uomitione reiectus, aut ſanguinis ab aluo deiectio, aut eiuſdem per ora uenarum (Græci αἱμοῤῥοΐδας uocant) profluuium, aut aliud quidpiam huiuſcemodi: non tamen præter naturam dici debent, ſi in tempore expelluntur. Patet autem in tempore dici, perinde ac ſi diceres, id quod moleſtum eſt expurgari. Manente igitur eo quod à principio in confeſſo eſſe diximus, nempe quòd actionum noxæ ſymptomata ſunt, nihil quod uſui ſit, ſub hoc ſymptomatum genere collocabitur: quippe quòd horum quodlibet, naturæ ſit opus: tantum abeſt, ut noxa eſſe uideatur. Quanquam omnia quæ huiuſmodi ſunt, ad alterum ſymptomatum genus, nempe ad affectum præter naturam, reduci poſſunt. Etenim ſi in aliqua corporis parte ita diſſecetur uena, aut eius oſculum tanto hiatu pateat, ut profundat ea quæ antea cõtinebat, huiuſmodi affectum haudquaquã ſecundum naturam eſſe dicemus.

Excrementa naturalia.

In tempore expelli.

Tametſi

tametſi in præſentia aluí fluorem, aut lotíj multitudinem, ſequi omnino ad affectus præter naturam, oſtendere non poſsis. Quod ſi díxeris & ſanguínis eruptíonem, & uomítum, toto genere præter naturam eſſe, non protínus tamen uel per aluum, uel per ueſicam, uel per uterum excretio, præter naturam erít. Quamuís de ſudore non ab re addubítarí poſsit, ſit ne ípſius expulſio naturalis. In hac quæſtíone, Díocles magnopere laborauít, cuíus dogma & durum omníno, & ínefficax eſſe uídetur: quamuís quoad eíus fierí poteſt, maxíme probabílíbus fulcíatur argumentís. Sed de hís fortaſsís dabítur olím amplíor ſcribẽdí facultas, nam ex omníbus pauca admodum ín contentíonem uenerunt. Igítur de omní relíquorũ ſymptomatum multitudíne ſatis demonſtratum eſt, proínde fínem huíc operí ímponamus oportet. Quíſquís enim exercítatus fuerít, ín hís quæ ín confeſſo ſunt, facilè íudícabít ea, quæ ín díſceptatione conſtítuuntur.

NON PRO *naturæ modo procedere ſudorem, hoc eſt, indebite uel excerni, uel retineri, cutis nimiæ denſitati, ſi retineatur, uel ſi nimium profluat raritati, ac meatuum latitudini adſcribendum eſt, tum etiam facultatum uitijs aut humorum naturæ. Nam immodici in corpore, tenueſq; ſucci, retentricis imbecillitas, uel expultricis nimius motus ſudores pariunt multos. Quod uel in eo pathemate fit manifeſtum, quo immodicis ſudoribus languente uentriculo, totum corpus digeritur: hunc, uel Celſi teſtimonio, Græci καρδιακὸν uocant. Hîc enim & totius rectrix facultas corporis imbecilla eſt, ut ſuccos ſuis finibus continere non poßit, & ſucci calidi, tenuesq; ſunt, atq; laxi meatus: unde multum in corpore oriri ſudorem neceſſe eſt: qui ſanè nihil eſt aliud quàm tenuis ſeroſiq; excrementi per cutaneos meatus expulſio. Auicenna definiuit aquoſitatem eſſe ſanguinis (ut eius ipſius uerbis utar) cui pus cholericum eſt admixtum. Tenue autem hoc excrementum, inutile quiddam eſt eius, quæ in membris fit, concoctionis. A' qua quum diuerſi generis ſuperflua naſcantur, craſſum ſcilicet, à craßiore itidem alimenti parte deductum, & ab hoc ſordes uocatæ fiunt, tenue, à quo ſudor, oportuit omnino excrementa hæc, ceu nullo uſui futura, ab dulciſsima, leuiſsimáq; alimenti parte corpus nutritura ſecernere, & in aptos expulſioni meatus traducere. Quæ pars igitur deorſum in ueſicam collabitur, urina, quæ in corporis ſumma emerſit, ſudor appellatur. Sic de hac re Ariſoteles. Tum uero copioſiorem manare contingit, quum tenuis huius, aquoſiq; excrementi, unà cum corporis raritate pluſculum redundauerit. Quæ cauſſa eſt, quòd æſtate plus iuſto profluat ſudor: nam & ambientis qualitas cutem plus nimio laxat, meatusq; aperit, & ſucci calidiores, tenuioresq; ſunt, & ad motum proni, & contentiua facultas imbecilla, & multa per id temporis concoctionis*

Sudoris copio ſi cauſæ.

Cardiacus affectus.

2. Cano. cap. 6 57.
Sudor quid.

Vrina.
2. proble. part. proble. 4.

Aeſtate cur amplior profluat ſudor.

concoctionis alimenti infelicitas. Vnde multum oportet tenuium excrementorum copiam reddi, multumq; manare ſudorem: hyeme ob contrarias omnino cauſſas, contraria euenirent: quæ Ariſtotelis eſt ſententia. Sed cur æſtate à potu frigidiore ingeſto, protinus ſudor oriatur, idq; maxime, ſi & copioſior ſit, & cibo non permiſtus, non adhuc ſatis explicatum ſcio. Cuius ego hanc potiſſimam eſſe cauſſam crediderim, quòd cum per id tempus plurimus ſecundum externas partes ſubſit uapor, multaq; introrſum ſiccitas, ſit, ut frigidus aduenies potus, ceu præſentaneum quoddam humectandis membris, atque refrigerandis auxilium, quàm celerrime in uaſa feratur: trahitur nempe potus ab ipſis in corpore calefactis, celeri quodam motu, ut ab ſe conceptam caliditatem ſiccitatemq; auferant: unde qui in externis iam cutis meatibus ſubſederat uapor, ab recenti potionis frigiditate coactus (quæ nimirum in apertos aëris caliditate meatus ſeſe liberè fundit) in ſudorem conuertitur. Si uerò potus cibo permiſceatur, iam ſublato humido, & à cibo, tanquam ſpongia, ebibito, munui omnino ſudorem neceſſe eſt: à cibo namq; ingeſto apprehendi meatus, & ſudoris impetum retorqueri Ariſtoteles cenſet. Atque hæc de Sudore, de Vrina illa, poſſe tot modis in ea, quot in ſudore ſymptomata cadere, quum uel omnino ſupprimitur, uel difficulter prodit, primum iſchurian, alterum dyſſuriam, uti urinæ ſtillicidium ſtrangurian uocant, ſicuti etiam quum immodice fluit, diabeten. Hæc igitur ſunt excretionum, quæ in reddenda urina contingunt, uitia: quanquam neoterici fermè omnes hæc quæ propoſuimus modo nomina multum ipſi confundant, his promiſcue, ac ſine delectu utentes. Sed de nominibus mutuam pacem celeriter, ut inquit Galenus, componere oportet, modo probè rerum naturam, & intelligentiam teneamus. Illud uero attentione digniſſimam, ſymptomata à functionibus diſcernere poſſe. Quod ut difficilimum quandoque eſt, ſic certe eius, qui & iudicio polleat, & in artis operibus ſit exercitatus, proprium uult eſſe Galenus. Diſcernuntur autem, in ijs quæ ad excernendi modum pertinent, ſi in excrementis naturalibus non quantitatem, ſubſtantiam ue, aut qualitatem tantum ſpectauerimus, ſed excernendi modum, ſi in tempore expellantur, hoc eſt, ſi moleſta cõgruè uacuentur, ſi bene toleret æger, ſi conferat uacuatio, ſi deniq; leuitas, & à morbo leuatio ſequantur. Tum enim (etiam ſi maior quàm pro naturæ modo ſit excretio) naturæ actionem in tempore expellentis, non ſymptoma eſſe dicemus, ſi contra eueniat, ſymptoma, uti quæ ante concoctiones, & decretoria, in morbis uacuationes contingunt: quòd non in tempore, non naturæ ui, ſed morbi impetu fiant. Decretoriæ igitur excretiones, ſiue ſudoribus ſiue ſoluta aluo, aut uomitu, ſeu ſanguinis manatione proueniant, ſi uerè talia ſint, & morbum ui naturæ finientia, præter naturam dici non debent: quòd in tempore fiant. Quanquam de ſudore uehementer à pleriſque ſit dubitatum, ſit'ne ſudor excretio ſecundum naturam, an præter. Quam ſanè dubitationem, etſi intactam hic Galenus, ceu alibi tractandam, reliquerit, nos tamen à rei qua de agitur natura initio ſumpto, ita de tota re diſſeremus, ut quàm proxime ad ueri ſententiam, Galeniq; mentem, quoad eius fieri maximè poterit, accedamus. Principiò, excretionem quampiam ſecundum naturam

Vbi ſupra proble. ultimo. A potu frigido cur ſudor oriatur.

2. proble part. proble. 15.

Symptomata ab actionibus quo diſcernantur.

Decretoriæ excretiones, ſecundum naturam.

Sudor an ſit ſecundum naturam.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 168 sur 428

naturam esse, est inutilia excrementa secundum naturæ cõsuetum modum, perq; ad id cõuenientia loca excerni, nullo uitio subeunte, nulloq; morboso pathemate ad expulsionem cogente: quo pacto quæ aluo, ueſicaq; nobis rectè ualentibus expelluntur, secundum naturam esse dicimus. Quæ igitur hoc pacto expelluntur, secundum naturam expelli, quæ alio quouis modo, contra naturam. Illud item animaduertendum, de eo sudore nobis nunc potißimum sermonem esse, qui sanis, & alioqui benè habentibus, prouenit. Nam qui sudores in morbis contingunt, non omnes secundum naturã excerni dicuntur: ut qui ante concoctionem ui, & impetu morbi, potius quàm naturæ, expelluntur. Igitur ex his quæ mox diximus, constare puto, ad mentem Galeni, sudorem, excretionem secundum naturam dici debere: quòd per eam utiliter excrementum inutile expultricis facultatis opera propellatur: quod est in tempore expelli, hoc est, molestum congruè expurgari. Quin & in decretorijs qui per morbi summos uigores exeunt, si uerè decretorij sudores sint, secundum naturam esse, quòd in tempore expellantur, ex Galeno censendi sunt: inquiente nimirum Hippocrate, Sudores febricitanti si cœperint, bonos esse qui tertio, quinto, septimo, undecimo, & decimoquarto eueniant. Bonos autem nunquam dixisset, si præter naturam esse iudicasset: quales illi sunt qui morbi impetu fiunt. De quibus illud rectè dictum est, Sudores, qui febres non finiunt, mali sunt, & item, Sudores frigidi in acuta febre facti mortem significant. Quamobrem & quæ in sanis per sudorem excretiones fiunt, & quæ per morborum decretoria, secundum naturam esse censendum est: nihil enim quod in tempore expellitur, apud Galenum præter naturam dici potest. unde ea Dioclis opinio refelli non immerito potest, qui referente Galeno, Sudorem excretionem esse præter naturam uoluit: quòd bene ualente corpore, & nutrimento ritè subacto, sensibilem humorem excerni non contingat: quod omnifariam uerum non est. Nam æstate, etiam si quàm optime pro temporis natura cibi concoctio procedat, sudorem tamen elici uidemus, attenuatis nimirum corporis succis, & in ambitum corporis deductis, sano etiam degẽte corpore, & intra temperamenti sui latitudinẽ posito. Sed de his aliàs latius. Quare & nos huic iam libro cum Galeno finem faciamus.

Excretionem esse secundum naturam quid.

4. Aphor.

4. Aphor.

Primo Aphor. com. 15.

FINIS.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 169 sur 428

©BIUM

CL. GALENI DE SYMPTOMATVM CAVSIS, LIBER QVARTVS,

CVM FRANCISCI VALLERIOLAE MEDICI COMMENTARIIS.

CAPVT PRIMVM.

IN HOC libro Symptomatum cauſſas conſiderabimus, eodem ſeruato ordine quo ipſorum differentias iam antea tractauimus. Quū itaque tria ſint ſymptomatum genera, in primis de illo diſſeruimus, quod in actionis offendiculo conſiſtere dicebamus: in quo intelligi uolumus eam quoq; actionem, quæ omnino periit. Sed quum bifariam diuidatur functionum genus, quippe aliæ Animales, aliæ Naturales appellantur, ab animalibus auſpicati ſumus, ac ipſas quoque trifariam diſtinguentes, alias ſenſiles, alias motrices, alias principes nominauimus. Igitur in ſenſili actione, triplex ſymptomatum genus deprehenditur, unum quum primum ſenſus inſtrumentum quidpiam perpeſſum eſt, alterum quum ſentiendi potentia, tertium quum miniſtrantium primo ſenſus inſtrumento, partium aliqua fuerit affecta.

Sentiendi actio trifariā læditur.

Boni interpretis munus.

BONI *interpretis eſſe tradunt, rerum de quibus tractaturus eſt, argumentum protinus ipſo dicendi initio proponere, remq; ipſam totam* Methodo, *ac ordine quodam aggredi: ſic enim & felicius tota procedit tractatio, & legentis animus ad percipiendum aptior efficitur. Quod quum cæteri multi in ſuo quiſq; genere efficere tentarint, unus omnium tamen Galenus in ea re palmam meruiſſe iure uidetur, qui & miro quodam diuiſionis artificio ſingula quæque generatim primò, ac demum per differentias tractat, ut nihil ad eam tractationem addi poſſe uideatur: ſic rurſus eorum quæ dicturus eſt, mox in ipſo orationis limine materiam omnem proponit, ut iam ipſo ingreſſu de tota re non leuem cenſuram facere poßis. Quod uel ex huius libri primo capite uidere licet: in quo ita futuræ tractationis argumentum, & præteritæ epilogum ſtrictim attingit, ut & huius memoriam, & illius ſenſum, guſtumq; quaſi quendam præſen-*

tire

tire poßis. Nam & de quo tractaturus eſt exponit, de Symptomatum inquam cauſſis: & quæ ſuperiori dicta ſunt libro, ſubinde in memoriam reuocat. A ſenſili igitur actione exorſus, quot in ea ſymptomatum genera deprehendantur, oſtendit, triplex eſſe eorum genus indicans, quorum omnium poſtea cauſſas eſt redditurus. Dictum quidem ſuprà abunde eſt capite ſexto primi, uniuſcuiuſque inſtrumenti partem quampiam eſſe, quæ actionis ſit opifex, reliquis omnibus partibus ad actionem uſum quendam præſtantibus. unum itaq; ſymptomatum genus in ſenſili actione id eſt, quum hæc ipſa pars nonnihil patitur: alterum, quum ſentiendi facultas à qua actio prodit: tertium, quum miniſtrantium primo actionis inſtrumento pars aliqua fuerit affecta. Quæ omnia in oculo, ceu familiari exemplo, appoſite declarantur.

CAPVT II.

VELVTI in oculo primum ſentiendi inſtrumẽtum eſt cryſtalloides: iam enim demonſtratum eſt, ipſum ſolum à coloribus alterari. Vis autem ſentiendi eſt quæ à cerebro per neruum in ipſum deſcendentem procedit. Ad illius uerò ſeruitium creatæ ſunt reliquæ omnes oculi partes. Quicquid ex iſs quæ iam enumerauimus, fuerit læſum, animal uel male, uel nihil omnino uidebit. Iam cryſtalloidis morbi per octo intẽperies diſtinguuntur: facultas autem offenditur, uel neruo affecto, uel cerebro. Atque utriuſque horum octo ſunt morbi, ipſis ut ſimilaribus accidentes, atq; alij ut inſtrumentis, nempè obſtructio, conſtipatio, ac tumores præter naturam, quos affluentes humores pepererunt. At continui ſolutio non ſolũ neruo, aut cerebro accidere poteſt, ſed omnibus iam dictis, tum ſimilaribus partibus, tum inſtrumentis communis eſt, ut in cryſtalloide quoq; euenire uideatur. Cap. 6. Lib. 2. mutg.

NOn temere ſymptomatum cauſſas in ſenſili actione ab oculo Galenus aggreditur: quòd, uel ipſiuſmet iudicio, maxima ſit oculorum ope humano generi conceſſa deorum munere utilitas: quòd nobis ſcilicet mularum rerum differentias monſtrent, ita tradente Ariſtotele. unde non immeritò horũ cauſſa caput in nobis conſtitutum eſſe Galenus credidit. Huius porrò ſenſorij præcipuam eam eſſe partem omnes uolunt, quæ Græcis κρυσταλλοειδὴς, nobis per circunlocutionem cryſtallinus humor dicitur, quòd cryſtallum referat: de quo ſatis miror nihil eſſe à Galeno uſpiam tractatum. Hac igitur parte aliquid omnino perpeſſa, oculi uitiari functionem neceſſe eſt, læſa utiq; uiſionis opifice parte, uti etiam, ſi ſentiendi uis, quæ oculis ab cerebro per opticos uocatos neruos influit, quoquo pacto lædatur. Nam etſi inſtrumentis ſua cuiq; actio debeatur, ea tamen potentia quæ functionis eſſe cauſſa traditur, non in ipſo inſtrumento, ſed à principe quap

Primo Meth. Lib. 8. de uſu partium.

quapiam in nobis parte, ad ipſum prouenit: quòd in oculo facit Galenus hìc manifeſtum. Cui etſi uidendi functio propriè adſcribatur, facultas tamen, oculi propria non eſt, ſed cerebri, uim ſuam oculis neruorum adminiculo tranſmittentis. Quamobrem appoſitè Arabs Auerrois hoc dixiſſe eſt uiſus, uiſiuam oculi potentiam in oculo, auditiuam in aure non eſſe. Quod ſanè dictum ita accipiendum cenſeo, ut quæ facultas uiſionem efficit, ea proprie in oculo, ceu principe ſui productrice parte non ſit. Nam oculus, uidendi facultatem non parit ipſe, ſuſcipit tamen ab alio, nempe cerebro ſenſificæ omnis faculatis principe parte, ut uult Galenus. Cuius rei id eſt maximum argumentum, quòd læſo uehementer cerebro, protinus noxa in ſentiendi functione ſequatur, nullo in ipſis inſtrumentis uitio conſiſtente: uti in de Placitis Hippocratis, & Platonis probare ſategit Galenus. Quod quanquam ita ſe habeat, uidendi tamen facultatem, in oculo, ceu inſtrumento ad functionem aptiſſimo, ineſſe negandũ non eſt. Erit igitur & in cerebro, & in oculo, in illo quidem ceu principe parte, in hoc, ceu inſtrumento. Vt enim in regni adminiſtratione poteſtas regia in rege ipſo, tum etiam in miniſtris elucet (nempe quam Prætor Vrbis, Præſes'ue prouinciæ exactiſſimam habet ius dicendi, imperandiq; facultatem, eam non à ſe, ſed à rege ſuſcepit) ſic quam habent ſenſuum organa facultatem, non à ſeipſis, ſed à cerebro, ceu principe parte, acceperunt: quæ Galeni eſt ubiq; ſententia. Facultate igitur læſa, functionem malè procedere eſt neceſſe: uti etiam ſi reliquarum partium quæpiam, quæ ad uiſionis perfectionem nonnihil adiumenti præbent, fuerit affecta. Quibus uerò modis partes has omnes lædi contingat, quibus item facultatem ipſam, exploratius eſt, quàm ut dici conueniat. Sed illud tamen animaduerſione dignißimum, an cerebro ipſi, continui ſolutio, quod hìc uult Galenus, æque ac neruo accidere poßit. Quod quanquam ſine mortis interuentu fieri non poſſe plerique è doctis exiſtiment, Galeni tamen fide digno teſtimonio conſtat, id citra uitæ iacturam contingere poſſe: uti adoleſcenti illi in Smyrna ſecundum anteriorem cerebri uentrem uulnerato, accidit: quem Galenus ſanatum ſe uidiſſe teſtatur. Quin etſi plerunque læthalis eſſe in cerebro unitatis ſolutio conſueuit, quòd non tantum cerebrum læſum, ſed & illius membranæ uulneratæ, atque adeo oſſa in eo diffracta mortis ſæpenumero periculum adferant, uel Hippocrate teſte, tamen non neceſſario ob hæc mortem inferri homini oportere multis euentibus comprobatur. Ego nanque iuuenem quendam domus paternæ famulum ac miniſtrum, ſecundum occiput, ad cerebrum uſque uulneratum ex præcipiti caſu, in paternis ædibus & læſum, & perſanatum me uidiſſe plenè teſtari poſſum. Rurſuſq; mulierem quandam iam annoſam ſecundum ſummum capitis uerticem, utriſque membranis diſſectis, Auenione curatam mea, & chirurgorum opera profiteri queo. Quæ exempla in id à me adducta ſunt, ut oſtenderem, id uerißimum eſſe quod à quodam dictum eſt, contingere monſtra in ægritudinibus. Nam etſi plerunque ac fermè ſemper, lethalia eſſe ſoleant cerebri uulnera, non id tamen perpetuò conſequi præfatis eſt exemplis monſtratum.

a. colliget. cap. 11. & 20.

8. de uſu part. & 7. de placitis Hippo. & Pla.

Lib. 3.

Viſiua potẽtia quomodo ſit in oculo & quatenus non ſit.

An cerebrum continui ſolutionẽ pati poſſit.

8. de uſu part.

Lib. de capitis uulneribus.

Hiſtoria de iuuene & muliere in capite ad cerebrum uſq; uulneratis & perſanatis.

Cerebri uulnera non ſemper læthalia.

Cui

CVI ETIAM interdum accidit ut à ſua ſede dimoueatur, transferaturq́. Atqui is quoque affectus, inſtrumentorum morbis connumerandus eſt. Porrò ſi ad alterum angulorum, uel maiorem, uel minorem conuertatur, haud ita notatu digna noxa ſuccedet. Si uero uel ad ſuperiora, uel ad inferiora declinet, tum quicquid cernitur, id duplum eſſe uidetur. Huiuſmodi morbis tum primum uiſus inſtrumentum obnoxium redditur, tum etiam inſtrumenta alia, quæ illi potentiam ſuppeditare poſſunt.

Cryſtalloidis mutatio quid faciat.

QVAE *ſymptomata cryſtalloidis à ſua ſede dimotionem ſequantur, plenè hîc edocetur. Cum uero ab ſua ſede moueri eam non unicè contingat, quippe & in angulos, & in ſublime imamq́; oculi partem flecti poteſt, quæ, qualiaq́; ex uario poſitu ſymptomata eueniant, hoc loco monſtratur. Cryſtalloidis igitur ad ima, ſummáue oculi declinatio, dupla uidere facit, quæ conſpiciuntur, ob id inquam, quòd quæ intrò ſuſcipiuntur rerum imagines, quum antea collectè, & in unum redactæ, in idem corpus earundem receptaculum ſeſe funderent, nempe cryſtalloiden, fit ut ea à loco ſuo diuulſa, ſurſumq́; lata, pars rhagoidis tunicæ, à qua cryſtallois deflexit, cryſtalloiden, in partes duas ſecet. In quarum qualibet cum ſe ſenſatarum rerum ſpecies proferant, corruptæ uiſionis cauſſa fiunt, atque etiam eius, ut quæ ſimpla ſint, dupla appareant: ut enim qui per multangula ſpecilla, uel diſſecta ſpecula quippiam intuentur, in re uiſa falluntur, tantupla eſſe credentes, quantupla apparent (conſpiciuntur autem tam multa quàm multæ ſunt ſpeculi ſectiones) ſic etiam qui per dimotam à ſede ſua cryſtalloiden intuentur, hoc ipſum, quod illi, patiuntur, eandemq́; ob cauſſam. cur uero in latus, & angulos uerſus deflexa cryſtalloide id minime ſequatur, atque ſurſum mota, cauſſam reddit Ariſtoteles, quòd conſpiciendi principium, nempe cryſtallois ipſa, eadem in linea manet: quare rem recte apprehendit: ſurſum uero lata alium iam ſitum obtinens, facit ut duo appareant, quæ unum ſunt, mutata ſcilicet, & diuulſa rei uiſæ imagine. Quanquam & huius ipſius ſymptomatis multæ ſint aliæ cauſſæ, nempe oculorum in uarias partes diſtractio. Cum enim oculi utriuſq; radius non ad idem rei uiſæ punctum ſeſe applicat, id geminum ſe inſpexiſſe animus exiſtimat, quod diuerſis radijs, & in diuerſa ſe rapientibus uiſum fuit. Quamobrem & quæ celerrime mouentur, multiplicia nobis apparent, non ob id tantum, ſed etiam, quòd ex inordinato, uagoq́; ſui motu, multiplices ſenſui oſtentent imagines, ſpiritibus quidē uiſorijs eas temere ſuſcipientibus. Quæ res facit, ut ignitus baculus uelociter circum rotatus, circulus appareat, uel in longum protenſus, linea uideatur. Huius item ſymptomatis, alterius oculi ſuppreſſio cauſſa eſſe ab Ariſtotele ſcribitur. Omitto cætera multa quæ in hanc rem commodè adferri poſſent (ne longior ſim) quæ qui ſcire uolet, Galenum & Ariſtotelem adeat, item & Vitellionem, qui Mathematicis hæc rationibus demonſtrauit.*

Cur ſimpla dupla appareant.

3 1. proble. ſectione, prob. 17.

Ex Ariſtotele ubi ſuprà proble. 11.

Cur celeriter mota, multiplicia appareant.

Vbi ſupra proble. 7. 10. de Vſu par.

Vitellio.

At earum

©BIUM

AT EARVM partium quæ uſum aliquem præbent, morbi ſunt, ſi in rhagoidis foramine, aut inter hanc tunicam, & cryſtalloiden, humor continetur, aut ſpiritus, tantus nimirum, ut primum uiſionis inſtrumentum, quo minus res ſenſibiles dinoſcat, impedire poſsit. Ad hunc modum ceratoidis ea pars quæ pupillæ præpoſita eſt, uiſionem impedit, ſiue propria ipſius ratione, ſiue alio quouis pacto à naturali habitu aberrauerit.

Membranæ oculi quæ & quibus nominibus uocitentur, & quæ earum munia.

QVAECVNQVE *reliquæ partes oculi ſtructuram complent, eæ functioni uſum aliquem præſtant.* Nam *præter cryſtalloiden (uiſionis principem partem) membranæ multæ, oculum conſtituentes, uiſionem non minimum iuuant: aliæ oculum capiti connectendo, aliæ ſplendore ſuo, & claritate rerum uiſibilium ſpecies recipiendo, aliæ uiſorium ſpiritum foouendo, & ne à lumine externo lædatur prohibendo, aliæ nutrimentum conueniens ſuggerendo.* Harum *porrò membranarum omnium prima poſitu coniunctiua eſt, etſi* Alexander, *&* Mundinus *ceratoiden primam eſſe uelint.* Quod *non ita accipiendum cenſeo, ut ſitu priorem eſſe eam dixerint, quum id apertißimè falſum ſit, ſed quòd inter tunicas oculi, prima prominet, & totum oculum ambit, quod coniunctiua non facit: ob id puto primam poſuêre. Itaq; harum partium affectus quicunque ſint, ſi modo primo uiſionis inſtrumento ita officiant, ut quo minus ad ſe delatas rerum uiſibilium ſpecies recipiat, prohibere poßint, depraua tæ ablatæue uiſionis cauſſa erunt. Quamobrem & inflammationem, & conturbationem, & chemoſin, adnatæ membranæ uitia: & uaria corneæ ulcera, item & uuæ dilatationem, conſtrictionemq; iuſto ampliorem, & quæcunque alia uiſionem impedire poſſunt, in hunc ordinem merito referre oportet.*

Alexander Benedictus. Mundinus.

Foraminis rhagoidis euerſio.

IGITVR foramen ipſum quatuor modis à propria natura permutatur, nempe auctum, imminutum, diuulſum, ruptum'ue. Atqui incrementum nunquam non lædit uiſum, ſiue id ab utero protinus, ſiue poſtea contigerit. Imminutio uero, ſi in utero contracta eſt, acutiſsimam efficit uiſionem: quæ uero poſtea accidit, praua eſt. Reliquorum neutrum (ſiue à primis unguiculis, ſiue poſteaquã quis genitus eſt acciderit) uiſioni incommodum notatu dignum inferre poteſt. Equidem ſæpenumero uidi, ubi parumper rhagoides procidiſſet, inducta in diſtortam pupillam cicatrice, hominem quominus cerneret, haudquaquam fuiſſe impeditum, modo pars illa ceratoidis, quæ ei obiecta erat, abſoluta perſpicuitate luceret. Sed ijs quæ diximus, experientia quoq; aſtipulatur.

Problema de foraminis amplitudine & coãguſtatione.

Lib. 2. de morb. 13 cap.

aſtipulatur. Verum quam ob cauſſam foraminis amplitudo bonæ uiſioni ſemper incommodet, anguſtia non ſemper, id uero diſcuſsione dignum uidetur. Ea (ut mihi uidetur) referenda eſt ad neruum qui à cerebro ad oculum defertur, quem Herophilus uiam nominat, quippe qui ſolus manifeſtum habet foramen, quod ſenſilis ſpiritus ſit uia. Proinde quum alterum oculum claudimus, accidit ut alterius pupilla dilatetur, quòd ſpiritus antea ambobus particulatim diſtributus, uniuerſus in unum deriuetur. Ex hoc maxime ſigno (per ſuffuſiones claudendo oculum) conijcere licet, num admota acu, poſsit recuperari uiſus nec ne. Quibus enim altero oculorum clauſo pupilla clarior apparet, ij ſperare debent fore, ut facta perforatione uiſum recuperent: quibus uero non dilatatur, ij ab omni ſpe recuperandi uiſus exciderunt, etiam ſi & iucundiſsime, & perquam probè tractentur. Ex ijs omnibus facile conſtat ſpiritum aliquem animalem à cerebro ad oculos demitti, & in humorẽ ipſum cryſtalloiden, & in totum illi obiectum ſpatium, cui rhagoidis foramen terminum præſcribit. Quum itaq; pupilla, ſiue in prima protinus conformatione, ſiue poſtea, amplior fuerit, uniuerſus ipſam ſpiritus implere non ſufficit. Vnde ipſum diffundi, diſsipariq; neceſſe eſt. Contrà, ſi fuerit minor, cogitur ac conſtringitur, & denſior fit ſpiritus. Atqui in libris de Vſu partium iam demonſtratum eſt ſpiritum coactum, conſtrictumq; ad facilem ſenſum plurimum conferre, ediuerſo diſſolutum, diſsipatumq; ſentiendi difficultatem inducere.

Cap. .. Lib. 4. Loc. affect.

Suffuſionis ſanabilis ſignum.

Spiritus animales.

Lib. 10.

Lib. 1. meteorolog. 4 cap. 6. Lib. 4 de uſu 10, de Vſu par.

INTER cætera omnia, quæ in oculi conſtructione admiratione digna Galeno uiſa ſunt, rhagoidis tunicæ foramen in primis fuit: & meritò quidem, ut quo omiſſo perire omnia neceſſe erat, circa quæ natura tantopere laborâſſet. Rhagois igitur proxime poſt ceratoiden ſita, ob id quà ſe cryſtalloidi obiecit, perforata appoſitiſsime fuit: ut nulla membrana alia inter cryſtalloiden & ceratoiden media intercederet, ſed per ipſam, ueluti per ſubtile admodum, & lucidum cornu, ſplendoris interni cum externo fieret communio. Ne autem per hoc foramen tangeret aliquando cornea tunica cryſtallinum humorem, prouidit Creator noſter. Quoniam ſimul plurimum foras abduxit eius loci partem corneæ, ſimul autem humorem quendam tenuem, & purum, qualis in ouis reperitur, cryſtallino circunfudit, atq; etiam præter hæc, æreo ſpiritu, & ſplendido, totam pupillæ regionem impleuit. Quam & ipſam, etſi Anatomici pariter

Rhagois tunica cur perforata.

Ex Gal. 10. de Vſu part.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 175 sur 428

Pupilla quid.

ci, pariter & Neoterici omnes foramen hoc esse censent, ego uero ex Galeno, non tam foramen ipsius quàm totum crystalloidi obiectum spatium, quod hoc ipso rhagoidis foramine terminatur, esse crediderim: ad hunc scilicet modum dicente Galeno, quo loco de hoc foramine ex professo tractat, Adhuc autẽ, inquit, magis est admirandum foramen huius tunicæ, quod est in pupilla. An non hic apertissimè uoluit aliud à foramine esse pupillã? quũ foramen in ea esse, tanquã pars in toto esse solet, dixerit? Sed rursus hoc loco, Quibus, ait, altero oculorũ clauso, pupilla clarior apparet, ij sperare debent fore, ut facta perforatione uisum recuperent: quibus uero non dilatatur, ij ab omni spe recuperandi uisus exciderunt. Et mox, quasi quid pupillæ nomine intellexisset, explicans, Ex ijs omnibus, subdit, facile constat spiritum aliquem animalem à cerebro ad oculos demitti, & in humorem ipsum crystalloiden, & in totum illi obiectum spatium, cui rhagoidis foramen terminum præscribit. Quid his uerbis clarius ad id quod proposui asserendum, fingi potest? Quod enim à cornea tunica ad crystalloiden rectà spatij interest, humore albugineo tenui, & spiritu plenum, hoc pupillam esse, cui terminum faciat rhagoidis foramen, Galenus censuit. Quæ eo in medium adferre uolui, ut ostenderẽ Neotericos nostros omnes, non satis recte, nec ad Galeni mentem de pupilla tractasse, dum foramen solum esse existimant. Cuius sanè foraminis à naturali loco permutatio, multum in crystalloide illi contermina, permutationem facit, noxam scilicet functioni suæ inferendo, ut belle hìc deducit Galenus. Cur uero foraminis amplitudo uidendi functioni noceat, id nobis disquirendum nunc est. Galenus certe demissum à cerebro in pupillam animalem spiritum, in caussa esse uult. Pupilla namque paulò ampliore reddita, quum eam implere nequeat animalis spiritus, fit, ut diffusus, dissipatusq; infirmiorem reddat uisionem. Nam si philosophorum principi Aristoteli creditur, constans, coactaq; uirtus perfectius operatur, dissipata, minus. Non tam autem ob hoc ipsum infirmari uisionem ipse crediderim, quàm quòd non recte in dilatata pupilla rerum species excipiantur: dispersis utiq;, & confusis secundum pupillæ magnitudinem, nec se in conum exactè cogentibus. Vnde fit ut talibus minora appareant, quàm sint, quæ cernuntur omnia: quæ fuit Auicennæ sententia. Hisce namque id euenit, quod obtusè uidentibus: qui, cum sint ad uisum imbecillimi, sic ut quidpiam uideant, contrahere genas solent, ne distractus, dissipatusq; à lumine externo eorum aspectus hebescat: adductis uerò, & conniuentibus oculis, acutius quidem cernunt, conseruato utiq; uidendi robore, nec à lumine dissipato, uerum minorem angulum faciunt, sub quo receptæ rerum species minora faciunt uideri omnia. Quæ etiam caussa est, cur ij minutas, & paruas literas scribere soleant: quòd scribentes obducere palpebras consueuerint, factoq; minori angulo literas omnino exiguas scribi sit necessarium, ut tradit Aristoteles. Hoc ipsum in uidendi actione pupillas latas habentibus euenit: qui quum uisum imbecillimum habeant, conniuentibus fermè oculis omnia intuentur, ne eorum uisorij spiritus à lumine intenso dissipentur. Quamobrem consequens quidem est

minora

10. de Vſu par. & hoc ipſo loco.

Pupilla quid Galeno. Foraminis pupillæ permutatio quid faciat.

Fen. 3. tertij tra ct. 4. cap. 12.

31. proble. par. proble. 8. Pupillas latas habentibus, cur omnia minora appareant.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 176 sur 428

minorá illis apparere omnia. Atque hæc eſt noxa quam in uidendi functione pupillæ amplitudo facit, ſiue ea natiua fuerit, ſiue contra. Omitto cætera multa, quæ ab Neotericis de hac re dicuntur, ne eorum ineptias recenſendo longe ab ſcopo recedam.

CVR igitur imminuta pupilla, idq; non ſuapte natura ſed ob morbum, cenſetur mediocri deterior? An quia prauos affectus ſequitur, ob quos oculus ita patiens neceſſario deterius cernit, non quia exigua ſit pupilla? Sed qui ſunt huiuſmodi affectus? nam & hoc diſcutiendum relinquebatur. unus ad tunicam ipſam rhagoiden duntaxat ſpectat, alter ad humorem tenuem effuſum, qui inter cryſtalloiden, & rhagoiden medius cõſiſtit. Itaq; affectus ad ſolam tunicã ſpectans, extẽſio quædam eſt, & laxitas, qualis in externis ſubinde partibus accidit, quum in articulis ligamenta redundante humore fuerint imbuta. Affectus uero ad humorem ſpectans, eſt defectus, ob quem uacuato interno ſpatio, rhagoides in ſeſe concidens, cõtrahitur, rugaturq; : quapropter pupilla quoq; minor redditur. Igitur quum per huiuſmodi affectus quis aut deterius, aut nihil omnino cernit, id non ob pupillæ paruitatem, ſed ob humoris defectum accidit. Quippe iam demonſtratũ eſt in ſermonibus de Viſu, quos & in tractatu de Partium uſu, & in eo quem de Hippocratis, Platonisq; placitis conſcripſimus, humorem cryſtalloiden ſemper propugnaculo quodam egere, quo citra offenſam, externum ſplendorem ſuſtineat. Atqui iam dictus humor inter ipſius propugnacula numeratur: præterea cryſtalloidis quoq; eſſentiam nonnihil iuuare uidetur. Deficiente itaq; hoc humore, cryſtalloides quodammodo areſcit, eò quòd non ſatis liberaliter humore imbuatur. Deinde rhagoides ſuper ipſum decidens, ſpatium, quod medium erat, inter hanc tunicam, & cryſtalloiden, breuius reddit: ita externi aëris ſplendorem per exiguũ medium, cryſtalloidi occurrere neceſſe eſt. unde ſimiliter afficitur, ut ij, qui inconniuentibus oculis ſolem intuentur, quorũ ut aliqui obcæcantur, ita omnes noxam ſubeunt: utpote qui uix unquam priſtinam recuperare poſſint cernendi facultatem. Iam enim oſtendimus, uiſionis inſtrumentum, ſplendorem citra moleſtiam tolerare non poſſe. Quamobrem rhagoides tunica ei obiecta eſt, nigra ſimul & cærulea: quippe ijs potiſsimum coloribus recreatur oculus, quem

Problema de imminuta pupilla.

Aph. 59. Lib. 6.

Lib. 10. *Lib. 7.*

Hinc facile uidere eſt Galenũ per hoc ſpatiũ quod mediũ eſt inter rhagoidẽ & cryſtalloidẽ, pupillã intelligiſſe, quòd per rhagoidis decidentiã breuius fieri teſtatur quod quidẽ ſpatium paulo antè nomine pupillæ indicauit in principio huius textus. Rhagoides tunica cur nigra aut cærulea.

Aristot. de anim. 4 cap. 74. Lib. 3.

Aristot. cap. 13. Lib. 3. de anim. et Aristot. de anim. 4 cap. 42. paraphras. Th. Lib. 2. 2

Aristot. de anim. 4 cap. 74. Lib. 3.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 177 sur 428

quem ſplendor fatigauit. Atq; hæc uidetur eſſe cauſſa, cur imminutus circa pupillam humor, & deteriorẽ faciat uiſionem, & exiguum reddat rhagoidis foramen: ob hoc etiam perquam difficile eſt, huiuſmodi morbum ad ſanitatẽ reducere. Porro alter affectus, quo pupilla ob humiditatem minor apparet, non eſt adeò periculoſus: quum longè difficilius ſit, ſimilarem inſtrumenti in corpore partem exiccatam humectare, quàm humidam exiccare. Sed hæc ad medendi quodammodo methodum accedunt.

Lib. 7. meth. Gal.

PVPILLAE imminutio, ſi natiua ſit, uiſioni aptiſſima eſſe cenſetur: contrà uero, ſi morbos ſequatur, multò peſſima. ſed id non per ſe, uerum ex accidenti: quòd ſcilicet morborum iniuria, ad quos ſequitur, id ei eueniat, non ſuapte natura. Ex quo enim peſſimi ij morbi ſunt, qui pupillæ imminutionem faciunt, tanto deteriorem hanc eſſe oportet, quanto fuerint præfati morbi deteriores. Quos & ipſos duorum generum eſſe teſtatur Galenus: ad tunicam rhagoiden unum, ad humorem effuſum, alterum genus ſpectat. Ad tunicam ſpectans laxatio quædam eſt, & extenſio, quæ tum fit, quum ipſamet tunica mollior, & quaſi ſolutior reddita, laxatur: unde ipſam in ſe collabi eſt neceſſe. Qua decidente foramẽ quoq; ipſum minus fieri, & coanguſtari oportet. Quamobrẽ pupillæ imminutionem, laxitatem quidem tunicæ conſequi ex his apparet. uti enim quæ in articulis ſunt cauitates, ſi humore impleantur, minores fieri cernimus, ſic certe diſtenta ab redundante quopiam ſucco rhagoide tunica, impleri quidem ipſam, foramen uero anguſtius effici eſt neceſſe. ſed ita tamen, ſi modo impletio in ea tunicæ parte ſit, quæ ad foramen finitur: Tum enim neceſſario pupillam cogit. Verum ſi à lateribus, extremiſq; tunicæ partibus, ea tenſio oriatur, quà ſcilicet rhagois, Secundinæ uocatæ tunicæ coniungitur, tum dilatationis, potiuſquam conſtrictionis cauſſa erit: quòd diſtentis extremis tunicæ partibus, ad eas trahi, quæ circa foramen ſunt, ſit neceſſe. Quem ſanè tractum dilatatio ſequitur, quæ Herculani, inter Neotericos non aſpernandi autoris, in hac re non minus docta, quàm uera eſt ſententia. Conſtat igitur, huius tunicæ laxitatem imminutionis pupillæ cauſſam eſſe. Quod quamquam uerißimum ſit, Galeniq; autoritate firmatum, quod unum ad ampliſſimã dicto fidem faciendam ſatis eſſet, Raſium tamen non puduit contrarium opinari, Galenumq; omnium nobis bonorũ autorem, & ducem errati, falſiq; arguere. Is nempe 2. ſui continentis libro, pupillæ quidem coanguſtationem, non rhagoidis laxitati (ut uult Galenus) ſed eiuſdem exiccationi tantum tribuit. Eius enim quo diximus, loco, hæc ſunt uerba, Dilatatio pupillæ (ait) ſecundum meam opinionem, eſt cum accidit uuæ mollificatio. Sed mollificatio accidit ab humiditate, non à ſiccitate. Hæc ille. Huius autem ſententiæ, ut poſtrema pars uera eſt, ſic certè prima longè à ueritatis ſcopo aliena, mollificationem inquam uuæ, ut ipſe uocat, dilatationis pupillæ eſſe cauſſam. Quis enim non uel apertißime nouit, laxatam hanc tunicam in ſe

Quando rhagoidis tẽſio pupillæ coanguſtationẽ: & quãdo dilatationẽ faciat.

Herculanus.

Raſium.

in ſe collabi, & decidere oportere? Quæ enim mollificantur omnia, ut Arabum, & Barbarorum uerbis utar, ea quidem in ſe concidunt, & laxiora fiunt. Exemplo ſunt madida coria, membranæ, neruoſi generis cuncta, lyræ, timpanorumq; chordæ. Quæ quoties externo quopiã lentore madent, ipſa in ſe concidunt, fiuntq; ſecundum eorum foramina (ſi qua ſint) arctiora. Secundum quem etiam modum, pupillæ foramen anguſtius fieri laxata tunica, eſt neceſſe. Quæ utiq; laxitas, quum ut plurimum ab humore nimio fiat, ipſam laxante ac reſoluente, ſequitur laxitatem tunicæ, non dilatationem, ut uult Raſius, ſed conſtrictionem ut Galenus, facere. Si tamen humor quiſpiam ſubſit craſſus, extremas tunicæ partes diſtrahens, & quaſi conuellens, tunc certe tenſio ea, dilatationis foraminis cauſſa erit: ſed tum, tunica ipſa tenſa potius quàm laxata dici debet. Atq; hæc de affectu ad tunicam ſpectante, cuius cauſſa minui pupillam oportet. De eo nunc, qui ad humorem pertinet diſſerendum. Is porro, defectus eſt eius humoris, qui medius inter rhagoiden, & cryſtalloiden ſitus eſt. Quo & ipſo deficiente, internum quidem ſpatium, antea hoc humore plenum, inaniri, rhagoiden uero contrahi, & rugari, eſt neceſſe, ſicq; pupillam minui. Verum quum ad ſiccitatem omnino affectus hic pertineat, ut à quo totam tunicæ ſubſtantiam ad ſiccam conuerti ſit neceſſe, areſcente utique tum membrana ipſa, tum cryſtalloide, eò quòd non ſatis liberaliter humore imbuantur, uidetur dilatatio pupillæ ad ipſum, potius quàm conſtrictionem ſequi debere. Nam quum ſiccitatis ſit contrahere & denſare, oportet eius tunicæ partes uacuato humore ſicciores reddi, atque ob id etiam denſiores: quibus utique denſatis, ni tractus foramen amplius reddi eſt neceſſe. Quamobrem humoris præfati uacuatio, pupillæ imminutionem minime pariet, ut uult Galenus, ſed ut ſuadet ratio, dilatationem. Id enim tunicæ ad hunc modum exiccatæ, quod exiccatis ad ſolem, ignemue, membranis accidit. Iis enim, ſi foraminulentæ ſint, & igni proximæ fiant, quæ ante minuta foramina erant, maiora exiccatis membranis apparebunt: contractis nimirum earum partibus igne ualidè aſſante: diſtrahuntur nempe uicinæ foraminibus partes, inq; remotiores per ſiccitatem aguntur, atque hoc pacto ampliora foramina fiunt. Cui obiectioni ut ſatisfiat dicendum, non omnifariam uerum eſſe, quod aſſumebatur, nempe tunicam ipſam omnino ſicciorem reddi uacuato intermedio humore, ſed tamen rugoſiorem, & in ſeſe concidentem fieri, externi humoris defectu: quæ concidentia facit, ut breuius ſit inter ipſam, & cryſtalloiden ſpatium. Nam & ſi quadantenus exiccetur, non ita tamen, ut quod illius ſubſtantiam complet humidum, finiatur, ſed ſolam quod illi circumpoſitum eſt. unde illius partes ob id denſari non oportet, ſed tantum in ſeſe concidere. Neque etiam adducta ſimilitudo procedit. Nam ſi tanta ſit membranarum exiccatio, ut earum innatum humidum abſumatur, rugari quidem ipſarum partes, foramina uero minora reddi, eſt neceſſe. Itaq; ſi huius tunicæ ſubſtãtia ita exiccetur, ut natiui in ea humoris uehemens reſolutio fiat, idq; per totum, arctari pupillam erit neceſſe, æque, ac ſi ſola ea tunicæ pars corrugetur, quæ foramini proxima eſt. Si uero extremas tunicæ partes occupet, tum par-

Laxata tunica quãdo dicatur, item & tenſa.

Obiectio.

Obiectionis diſſutio.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 179 sur 428

Idem quãdoq; contraria facere posse.

tes foraminis contrahendo dilatationis pupillæ causſa erit. Nec repugnare uidetur, idem ſecundum uarias partes, inq; diuerſo gradu, contraria facere poſſe: quod in præſentia ſiccitas remiſſa, aut uehemens in extremis tunicæ partibus, uel in foramine ſita, facit. Sed ad Galenum conuerſi, id ſtatuamus, deterioris uiſionis cauſſam, in ijs qui ſic ſunt affecti, uacuationem tenuis humoris eſſe.

Humoris albuginei utilitas.

Qui, ut ſui præſentia cryſtalloiden ab externi ſplendoris iniuria uindicat, ne intemperata, & affatim occurrente luce offendatur, ſic certè eo conſumpto, noxam ab externo lumine cryſtallois ſuſtinet maximam, deficiente eo, quo ceu propugnaculo tutabatur. Quamobrem idipſum fermè eos pati conuenit, quod qui aduerſum Solem inconniuentibus oculis ſpectant, quorum ut plurimi obcæcantur, affatim nimirum diſſoluto oculorum, uiſiuæq; facultatis temperamento, ſic certè bona pars talem ſentiunt noxam, ut uix unquam in melius proficere poſſint, cæcutientes, imbecillimiq; in cernendo effecti: quòd ſcilicet, pro

2. de anima tex. co. 123.

Ariſtotelis ſententia, excellens omne ſenſile ſenſum corrumpat. Quæ cauſſa eſt, cur uiſionis organum ſplendorem citra moleſtiam ferre non poteſt. Cuius rei probè conſcius Dionyſius ille tot, tantisq; facinoribus apud Siculos nobilitatus tyrannus, domum longè ſplendidiſſimam calce illitam, & incruſtatam, ſupra

Dionyſius Tyrannus.

tenebroſum carcerẽ conſtruxiſſe dicitur: ut longis tenebris diu aſſeruatos proferens, in ſummamq; lucem emittens, miſerè excæcaret. Quæ quidem libro de Partium uſu decimo ſcitè ab Galeno referuntur, ſicuti & illud, cryſtalloiden propugnaculo egere, huncq; humorem inter illius propugnacula numerari; quæ rurſus lib. de Hippocratis & Platonis placitis ſeptimo recenſentur. Quãobrem prouidentiſſime cryſtalloidi natura conſuluiſſe uidetur, cæruleam, nigramue obijciens tunicam, ut quam nimius ſplendor fatigare poſſet, ijs coloribus prohibeatur, lucem obiectu ſuo quaſi repellentibus, aut ſaltem commoderantibus. Quæ res facit, ut eo imminuto humore, rhagoideq; decidente, deterior uiſio fiat: quòd obiecta ſit nimio ſplendori cryſtallois, nullo poſito obice: tum etiam, quòd foramine anguſtiore reddito, imbecillam fieri uiſionem oporteat, pupilla ad id per morbum uitioſiore effecta.

DICAMVS itaq; id quod ab initio proponebatur. Moleſta quidem eſt pupilla præter naturam exigua: quæ uero ſuapte natura talis eſt, utilis eſſe cenſetur. Rurſus amplitudo, natiua quidem uitioſa eſt, neque uitio caret non naturalis: ſed in hoc ab anguſtia uincitur. Quippe continens cauſſa (ut ita dixerim) quæ ipſam inducit, rhagoidis tunicæ tentio eſt: cuius laxitas pupillam reddit minorem. Quum itaque bifariam tendatur, quando propria ipſius ratione afficitur, aut exiccata, ut ſimilaris, aut humectata, ut inſtrumentum, Siccitatis quidem curatio difficilis eſt, humiditatis uero non difficilis. Etenim Phlegmone, ſcirrus, abſceſſus, ac alij huiuſmodi morbi, ad inſtrumen-

Lib. 7. meth.

ta per

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 180 sur 428

ta pertinent, à redundantibus geniti humoribus: quisquis horum in rhagoide constiterit, à perito medico facilè uincitur. Verum tentio in rhagoide tunica nonnũquam euenit ex accidenti: quum à subiectis humoribus ortum habuit. Impleta enim, ueluti uter, aut uesica extenditur, & ultro citroq; distrahitur, ipsis in medio spatio aceruatis inter ipsam, & crystalloiden. Quoniam uero non solum foraminis, quod in rhagoide est, morbos percurrimus, sed ipsius quoq; rhagoidis, ac tenuis humoris, nonnullos tractauimus, consequens est, ut reliquos ipsorum morbos explicemus, ob quos uisio uel impeditur, uel omnino aboletur. Igitur ex morbis qui in rhagoide tunica consistunt, uisioniq; incommodant, unus adhuc supereſt cõmunis, tum similaribus partibus, tum instrumentis, nempe unitatis solutio. Quæ quidẽ in hac parte, tum uulnus tũ ulcus est: id si ad tantã peruenĭat magnitudinẽ, ut non ita parum disrumpatur rhagoides, ac tenuis humor ad exteriora prolapsus, è tunica effundatur, adeo ut ceratoiden attingat, duo absurda inde accidere necesse est, nẽpe ut rhagoides tunica decidat in crystalloiden, ac spiritus qui à cerebro descẽdere consueuerat, iam non perueniat ad pupillam, utpote per uulnus effluens. Verũ quòd hæc uisionem offendant, non solum ubi ambo conueniunt, sed etiam si alterum dũtaxat eorum inciderit, satis persuasum arbitror ijs, qui non oscitanter, ea quæ nuper diximus audierunt.

Vulnus.
Vlcus.

QVAE *hìc de amplitudine, & angustia pupillæ adferuntur, notissima sunt, & exactè à nobis præcedenti commẽtario explicata. Vnum id tantùm adijciemus, quod ex hoc Galeni loco deduci quàmapertissime possit, nempe nõ omnem pupillæ diminutionem quauis amplitudine esse deteriorem. Quæ enim pupillæ amplitudo, rhagoidis à siccitate tentionem sequitur, ea pupillæ coangustatione deterior censetur, quæ ab eiusdem tunicæ laxitate prouenit: quum hæc ab humore nimio laxante, illa ab siccitate tendente originem ducat: est autem longè facilius laxitati & humectationi immodicæ, quàm siccitati mederi, uel Galeni testimonio. Verum hoc Galeno minime repugnat dicẽti, pupillæ coangustationem, quæ morbos sequitur, amplitudine deteriorem esse. Quod tum constans, & perpetuum erit, si æqualitas in causis horũ pathematum effectiuis seruabitur. Quum enim à siccitate corrugante, quum scilicet tenuis humor effusus rhagoidis corrugationem facit, imminui pupillam contingat, & item à siccitate tendente eandem dilatari, ut hìc uult Galenus, manifestissime constat tendẽtem siccitatem corrugante curatu fore faciliorem, quòd hæc incurabilis sit, consumpto scilicet natiuo eius humore, altera curationem quamquam difficilem, admittat. Sic & laxi-*

Dicti Galeni de angustia & amplitudine pupillæ explicatio.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 181 sur 428

tatem illi, ut similari parti aduenientem, à qua angustia prouenit, curare difficilius est, quàm eiusdem tunicæ tentionem ab humore impacto, & tumorem inferente: quod uitium illi ut instrumento accidit. Quo sanè modo si accipiatur Galeni dictum, perpetuò quidem uerum erit, coangustationem dilatatione deteriorem esse. In quem sensum accipiendum censeo, ni malumus Galeni dogma calumniari. Sed de hoc hactenus. Illud uero animaduersione dignissimum, amplificationis pupillæ continẽtem caussam Galenum hìc posuisse: nempe (ut ipse ait) rhagoidis tentionem: quocunq; namq; modo tendatur, siue exiccata ut similaris, siue humectata ut instrumẽtum, statim pupillæ amplitudinem facit. Id enim quo posito, necessario alterum ponitur, & remoto remouetur, continentem illius esse caussam censendum est. ita enim Galenus 1. de Locis aff. caussam coniunctam definiuisse est uisus, dum inquit, Axioma id esse, quo tangẽte afficimur, & quo separato quiescit affectus, caussam id esse omnes confiteri solere. Quod de hoc genere caussæ esse dictum, inficiari nemo potest: præcedenti nempe, & corporeæ caussæ minime certe conuenit, ut remotis ipsis remoueantur affectus. Remota nanq; putredine, exempli caussa, non protinus remouetur & febris inde suborta: Sed tentione rhagoidis sublata, auferri quoq; & pupillæ amplitudinem oportet. quamobrem merito Galenus continentem caussam eam nuncupauit. Vnde id planè sequi uidetur, etiam in morbis, præsertim qui ad constructionẽ pertinent, caussam continentem excogitasse Galenum. Quod & ipsum minime negaturum Leonardum Fuchsium uirum doctissimum crediderim. Quem egoalioquin oculatissimum, maxime miror hunc locum uel non animaduertisse (quod tamen de tãto uiro suspicari minime licet) uel saltem cõniuentibus oculis præterijsse, ipsomet præsertim in Montuũ asserente, nusquam à Galeno libro 1. de Sympto. caussis factam esse continentis caussæ mentionem: quum tamen hìc, de ea apertissime meminerit. Quæ ut planius mõstrem, totam loci huius è Græco seriem subnectere non pigebit: habet autem in hunc modum, λέγω δὲ, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς προεῖπον, χαλάσιν μὲν ἡ παρὰ φύσιν τῆς κόρης σμικρότης, ἀγαθὸν δὲ ἡ σύμφυτος. ἡ δὲ ἐναντίως, οὐκ ἀγαθὸν μὲν ἡ σύμφυτος, ἡ δὲ παρὰ φύσιν, ἡ δ' αὐτὴ μὲν ἀγαθὸν, μικρότερον δ' ἐστὶ τῆς συνήθους κακόν. ἡ μὲν γὰρ, ὡς ἂν εἴποιμι, φυσικὴ τῆς γνίσεως αὐτῆς τάσις ἐστὶ τῆς ῥαγοειδοῦς χιτῶνος, ὅπερ αὖ τῆς σμικρότητος ἡ χάλασις. Quod est fideliter, & ad uerbum magis, quàm purè, & Latinè uersum. Dicamus autem quod ab initio proponebatur. difficilis quidem, quæ præter naturã, pupillæ paruitas: bona autem, quæ innata. Amplitudo autem, non bona quidem innata: quæ autem præter naturam, neque ipsa quidem bona: minus autem est coangustata malum. Nam, ut quispiam dixerit, caussa continens generationis ipsius, Tentio est rhagoidis tunicæ, quemadmodum rursus paruitatis laxitas. Hæc Galenus. Ad quæ suspicor ita Fuchsium satisfacturum, ut non omnino uoluerit Galenus continentem caussam pupillæ amplitudinis, rhagoidis tẽtionem ponere, quod per ea uerba notatur, Vt quispiam dixerit, quasi id significasse nobis sit uisus, rhagoidis tensionem quodammodo dilatationis pupillæ coniunctam dici caussam posse, uere talem tamen nõ esse. Quod nullatenus dari Fuchsio debet, si hunc Galeni locum ita intelligendum putat. Nam quum amplitudini pupillæ quæ à rhagoidis tentio

Caussa continens dilatationis pupillæ.

Caussæ continẽtis diffinitio ex Galeno.

Leonardus Fuchsius.

tentione nata eſt, cauſſæ coniunctæ ratio maxime conueniat, conſequitur nõ licentius, & ſecundum latam quandam loquendi formam, ſed propriè, & ſignificanter, huic affectui continentẽ cauſſam, Galenum tribuiſſe. Ei uerò congruere coniunctæ cauſſæ rationem, communis illa, quæ ab omnibus adhibetur, definitio indicat, qua ita finiunt, ut ea præſente, præſens ſit morbus, ſublata, auferatur. Quod quũ propoſito à nobis affectui ex rhagoidis tentione eueniat, ut qua diſtenta protinus dilatetur pupilla, & ea amota, pupillæ tollatur affectus, fit, ut huic, cauſſæ coniunctæ ratio maxime quadret. Neque rurſus dici hìc ab aduerſario poteſt, pupillæ amplitudinem, etſi cauſſam habeat continentem, morbum tamen non eſſe, ſed ſymptoma, aut pathos. Nam illud in confeſſo eſt, affectum permanentem eſſe, à quo uidendi actio primo, nulliusq; interuentu, uitietur: eſt enim in ſtructura morbus, eius ſcilicet generis, quod in magnitudine uitiata poſitum eſt. Quamobrem quum & morbus ſit, ut mox à nobis mõſtratum, & cauſſam continentem, ut uult Galenus, habeat, illud fit, ut in morbis cauſſam etiam coniunctam ſtatuiſſe Galenum demonſtrauerimus. Qui uerò à Fuchſio cap. primo ſecundi Paradoxorum libri adducũtur pro ſe ex Galeno loci, huic meæ ſentẽtiæ minime repugnare uidentur. Nam etſi lib. primo Therapeutice Meth. & 2. de Mor. cauſis antecedentium tantum, & primitiuarum cauſarum Galenus meminerit, non ob id tamen continentem præteriiſſe concludendum eſt. ut quæ nimirum ſub antecedentis nomine intelligi quadantenus poſſit. Eſt enim continens cauſſa inter antecedentes, & corporeas etiam numeranda, hoc tantum ab ijs quæ peculiari nomine antecedentes uocantur, diſtans, quòd hæc & propinquior affectui eſt, & affectum ipſum ita continet, ut ab eo ſeiungi minime poſſit: illæ & remotiores, & non uſq; affectui, quem crearunt, conſociatæ, ut non auferri perſeuerante etiam ipſo morbo poſſint. Quod coniectura quadam ex illis Galeni uerbis deprehendi poteſt, cum lib. de Mor. cau. plures in animali poſuerit corporeas cauſas, quas antecedentium nomine appellandas cenſuit: id nobis ſubindicans, ex corporeis quidem cauſis, non unius generis eſſe omneis: ut ſint aliæ alijs affectui uiciniores, omnes tamen antecedẽtes uocari: quòd morbum antecedant, quanquam id non paribus terminis. Locus uero ille ex Arte medicinali cap. 88. adductus, quem Fuchſius adamantini uim argumenti uult habere, non ad id quod aſſumptum eſt confirmandum, nempe in morbis cauſſam nõ dari coniunctam, tã efficax mihi uidetur, non ut facile in ſenſa noſtra cõuerti, atq; Galeni eo loco mens explicari cõmode poſſit. Nam quum eius morbi, qui adhuc fit, curationem tractans Galenus, prohiberi eum dicit ſublato eo affectu, à quo fieri natura aptus eſt, quem & ipſum cauſſam antecedentem nominat, non ex eo tamen concludendum morbis continentem cauſam non conuenire. Si quidem uerißimum illud eſt, futuros affectus prohiberi ne fiant, amota ea cauſſa, à qua, ceu effectrice, naſci poterant. Atq; ij quidem morbi, qui nondum ſunt, ut eueniant tamen paratam habent in corpore diſpoſitionem: unde oriri poſſunt, cauſſam nequeunt continentẽ habere: ut qui præſentes non ſint ſed futuri, quod ad cauſſæ continentis rationem propriè, uel ex ſua ipſius definitione, pertinet: quæ huiuſmodi eſt, ut ea præſente, præſens ſit morbus, abſente abſit & ipſe: quod futuro mor

ro morbo, nondum constituto, aut facto, conuenire minime potest. At si factus sit morbus, nec iam futurus, curabitur quidē certè, ut uult Galenus, soluto eo affectu à quo primum, quæ secundum naturam est, actio uitiatur: quem & ipsum rectè morbi essentiam esse idem autor censuit. Verum solutio ea affectus actionē lædentis haud prius fiet, quàm quæ ipsum continet caussa, sublata fuerit, inquiente 7 Metho. Galeno, fieri non posse, ut affectus quispiam curetur, manente, quæ ipsum excitauit, caussa: quod dictum haud sane de alia, quam cōtinente intelligi recte potest. Nam ad antecedentis, aut procatarcticæ caussæ amotionem, ut omnibus in confesso est, nō protinus remouetur affectus, sed caussa continente sublata, auferri affectum est omnino necesse. Quare non aliud ex hoc Galeni loco in Arte medicinali colligi posse uideo, quam futuri morbi nondum præsentis caussam tantùm antecedentem, non etiam coniunctam dari. Quod ego lubens cōfiteor, & ultro aduersario dono. Quemadmodū & hoc ipsum in morbis quidem absolute factis, quorum scilicet nihil fit, futurum ue est: quales & hectica febris, & ephemera à nostris statuuntur: caussam item continentem dari minime posse, quòd nullam habeant, à qua uel fiant, uel foueantur, sed tota iam facta sunt. Illud uero minime cōcedendum: morbos qui fiunt, quorum inquàm aliquid factum est, aliquid futurum, id genus caussæ non habere. Nam etsi quod eius factum est, effectricem propriè caussam nō habeat, quòd iam agere caussa desierit, habet tamen fouentem, seu conseruantem caussam, ut omnes uolunt, quæ & ipsa effectrix quodammodo dici potest: siquidem conseruantes caussas Galenus in arte medicinali effectricibus annumerat. Quamobrem quum quæ affectum fouet caussa ita eum cōtineat, ut & proxima sit, & secum à se genitum, uel seruatum affectum prorsus tollat, continentem merito dici posse existimo. Etenim in putridis febribus sublata, quæ corpus inuasit, suligine putrida, quam ego continentem excitati in huiusmodi febribus caloris caussam esse iure existimo, mox cessabit præter naturam in corpore excitatus calor, nec refrigeratione alia opus erit. Quam etsi Galenus post sublatam putredinem auferri iubeat, in id facit, ut quæ adhuc à putredine manet suligo, per uniuersum corporis habitum diffusa, alteretur: quæ si omnis adempta esset, minime esset ea refrigeratione opus. Quin etiam quod modo probandum assumpsimus, altero exemplo si poterimus euincemus. Nempe negare is minime poterit in suffusione crassum illum, & uiscidum humorem, qui crystalloidi ante stat, & uisioni officit, caussam continentem non esse. Nam eius obstructionis, quæ actioni incommodat, continens certè erit caussa: obstructio namq; morbus est, huius proxima, & immediata caussa, crassus, lentusq; humor, qui cum perpetuò obstructionem comitetur, & eo posito obstructio sequatur, remotoq; auferatur, quid prohibet humorem illum continentem caussam dicere, præsertim quum & morbum præcedat, & præter naturam sit? Vnde illud constat, ipsum, symptoma non esse, quòd morbum præcedat, nec item morbum, quòd non primò lædat, sed obstructionis interuentu. Erit igitur caussa, quæ quum & proxima sit, & affectum, cuius est, perpetuò comitetur, continentem censeri debere iure credendum est. Quæ ego non in id certe attuli, ut pro Montuo stans, arma in Fuchsium sumerem, quem ego

ut doctissi

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 184 sur 428

ut doctißimum, & ueritatis amantißimum ſuſpicio, & amo, ſed ut ingenuè quid de ea re ſentirem, exponerem: Sed ea lege tamẽ, ut meam hanc ſententiam optimi, & oculatißimi cuiuſq; iudicio ſeuerius examinandam proponam: eò certe lubẽtius palinodiam recantaturus, quo me exactius de ſtatione deiecerint. Non enim tam lubens ipſe docebo, quàm doceri me patiar, ſi modo id candidè, & modeſtè fiat: quod de optimis quibuſq;, tum præcipue de Fuchſio ſperare licebit. At de ijs hactenus. Quæ uero de ſoluta rhagoidis unitate dicuntur, facillima ſunt. Id tantum admonebimus, haud ſine cauſſa in litera hæc duo adiecta eſſe, tum uulnus, tum ulcus huius tunicæ, uiſioni noxam inferre. Nam uulnus, teſte ipſomet Galeno, continuitatis in carne ſolutio eſt, ulcus uero, quæ ab eroſione prouenit unitatis ſolutio: quæ in oſſe, τρῶσιν, id eſt, caries, in reliquis uero partibus omnibus, ulcus uocatur. Sic enim hæc duo inuicem in de Conſtitutione Artis diſcriminauit Galenus: quamquam poßit quis promiſcuè his uocibus pro arbitrio uti. Si tamen proprietatem ſeruare uelit, ita diſtinguet.

Lib. de conſtitutione Artis Medicæ.

IGITVR tempus eſt, ut tranſeamus ad tenuem humorem, de quo iam quodammodo ſuprà diximus, ſaltem hoc quòd uiſioni officit, ſiue increſcat, ſiue diminuatur. Id uero quod nondum dictum eſt, nempe ubi craſſior fuerit eius ſubſtantia, aut color ipſius abalienatus, quòd tum cernendi functionem lædat, iam dicere aggrediamur. Quum igitur craſſitudine ſeipſum uicerit hic humor, exactam cernendi aciem obtuſiorem reddet, & quod ad diſtantiam pertinet, efficit, ut neque ea quæ porro abſunt, uideantur, neque propinqua exactè cerni poſsint. Quod ſi plurimum aucta fuerit craſſitudo, qualis in ſuffuſione fieri ſolet, uiſum prohibebit.

QVAE in tenui uocato humore ſymptomata eueniunt, ea iam quidem in parte dicta ſunt: nempè quà ſui imminutione, & augmento cryſtalloidi nocet. Nunc uero ad eius alterationem ſubſtantiæ, & coloris mutationem, ex ordine progreditur, indicans, quid horum quodq; ad uiſionis læſionem poßit. Craßior itaque reddita eius humoris ſubſtantia, tanto cernendi acutam retundet aciem, quanto craßitudine ſupra naturæ modum aucta ſeipſum uicerit, idq; maxima ratione. Nam quum ſit is humor, ueluti medium quoddam delationis imaginum, eorum quæ uidentur, tenue, ac lucidum eſſe oportet: tale enim eſt uiſionis, ſi Ariſtoteli creditur, aptißimum medium. Ad craßitudinem igitur uerſa eius ſubſtantia, id efficiet, ut obtusè conſpiciantur, quæ ſeſe obtutibus noſtris offerunt, tenebricoſo nimirum perducta medio, craßoq;. unde & illud quoq; ſequitur, ut quæ procul poſita ſunt, minime uideantur, quæ propè, exactè cerni non poßint. Pro quorum utiq; pleniore intellectu, id nobis ſciendum, Exactam eam uiſionem dici, quæ acuta ſit, & in remotißima potens,

Craſſa albuginei ſubſtantia quid faciat.

2. de Anima cap. 7.

Exacta uiſio quid.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 185 sur 428

tens, quæq; rei uisibilis distinctè cuncta discernat, partes, formam, quantitatem, colorem, & cætera id genus. Quibus namq; absoluta est cernendi facultas, hos ne minimum quidem uisibile latere potest, ita paulò pòst asserente Galeno. Hanc porro perfici tradunt, cum spirituum copia, tenuitate, & splendore, tum aëris puritate, & oculi totius bona habitudine. Ex quo intelligi quidem potest, quid sit obtusa uisio, & quæ illius causſæ. Ea autem est, qua uisibilis rei nec distincta, nec ad remotam distantiam fit apprehensio. Causſæ, uel spirituum inopia, crassities, opacitas, uel aëris impuritas, & plenior natura, uel deniq; mala oculi habitudo. Non bene igitur remota uideri, crasso existente humore albugineo, in causſa est, cum interni medij ineptitudo, tum spirituum uisionem efficientium impuritas & crassities. Etenim quum ad exactam illam uisionem, qua sensilia longinquè posita cernimus, multum circa crystalloiden animalium spirituum concursum fieri oporteat, ij autem, ob humoris crassitiem, à sua ipsorum natura facilè degenerent, & crassiores reddantur, fit omnino, ut in remota uisio ferri non possit. Visilium autem spirituum copiam ad exactam uisionem requiri, functionis ipsius in primis monstrat natura. Longinquius enim positæ rei speciem, quum multi, lucidiq; aëris interuentu oculo præsentari oporteat, quòd & medium distans sit, & ualida immutatione sit opus, quod sine multo, & lucido aëre haud satis probè perfici potest, necessum quidem est ad eam perficiendam uisionem, multos colligi in unum spiritus, ne, si pauci collecti sint, à multo, & lucido aëre dissipari facilè possint. Quod ne fiat, multam, optimeq; dispositam spirituum copiam confluere oportet: alioqui, in remota uisio, à paucis, uel nulla omnino, uel imbecillima fiet. Quod & ipsum rursus ex eo quod nos ipsi, ut acutius cernamus, efficimus, monstrari quàmapertissime potest. intentius enim & ad remota dum intueri uolumus, tum, uel altero oculorum clauso, quò in alterum maior spirituum copia influat, quod facere sæpe sagittarij solent, uel ambobus apertis opacum quidpiam opponimus, ne, quæ in oculos confluxit spirituum copia, à multo, lucidoq; aëre dissipetur. Quinetiam quum à rei distantioris simulachro, fortem & ualidum in oculo motum fieri oporteat, multos, item & ualidos hunc motum sustinere spiritus est necesse. Crassiore uero humore reddito, quum is fieri in oculo motus prohibeatur, ob impeditum spirituum transitum, humoris crassitie id prohibente, fit omnino ut distantem rem uidere minime ualeamus. Cur uero proximius posita, ut uult Galenus, exactè non discernantur, in causſa est, non medij externi longinquitas, sed humoris interni crassities. Quum enim per albugineum, seu internum medium, species ad crystalloiden ferri oporteat, crasso imperuioq; eo existente, debiliter immutari ipsum à rerum sensatarum imaginibus est necesse: unde ex consequenti, & crystalloiden quoq; ipsam ita affici oportet. Eo autem usq; progredi huius humoris crassitiem posse Galenus contendit, ut suffusionis instar, uisionem omnino auferat. Est autem suffusio, Galeno & Paulo testibus, effusio humorum lentorum inter corneam, & crystalloiden, congelatorum, & obstructione uisionem impedientium: quem affectum Græci ὑπόχυμα uocant.

Si uerò

Exactam uisionem quæ perficiant. Obtusa uisio & illius causſæ.

Remota, cur probè non uideantur.

Cur intentius nidentes alterũ oculum claudũt uel opacũ quid oculis obtẽdũt.

Cur proximius posita non discernantur.

Suffusio quid. ro. de usu part. paul. lib. 3.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 186 sur 428

SI uerò foramen non totum, à contento ibi craſſo corpore obtenebratur, ſed relinquitur aliqua particula pura, uidere licebit per illam res externas, idq; nihilo deteriùs, quàm antea, ſed unam quamlibet ſolam. Neque enim eodem tempore multas ſimiliter intueri datur, ob uiſionis conum, qui ſeipſo factus eſt anguſtior. Si uero in pupillæ centro exigua cõſiſtat ſuffuſio, maneantq; partes quæ in circuitu ſunt, puræ, qui ita affecti ſunt, quicquid aſpiciunt, id ueluti feneſtratum eſſe putant: quippe id quod in medio non uidetur, exciſum eſſe arbitrantur.

EX uario craſſi corporis circa pupillam poſitu, quæ ſymptomata oriantur, explicat, inquiens, obtenebratam unam quampiam pupillæ partem, reliqua pervia manente, id euenire, ut uideantur quidem oculo obiecta, ſed plura tamen uno obtutu uideri non poſſint, at ſingula quæq; ſeorſim: eiuſq; cauſſam eſſe uult, uiſionis conum anguſtiorem redditum. Nam quum rerum uiſiones, quod Optici omnes tradunt, per pyramides radioſas fiant, ſingulæq; res ſingulas in oculo pyramides effigient, quarum baſis, res ipſa uiſa eſt, conus uero, finita ad oculum rei uiſæ imago, fit, ut quò plures in oculo pyramides ſimul conueniunt, eò plura uno intuitu cernamus, quò pauciores, eò & pauciora. Igitur craſſo quopiam corpore pupillam in parte obtenebrante, ea tantum pupillæ pars, quæ craſſi huius corporis iniuriam non ſentit, ad pyramidum receptionem erit idonea. Quæ quum exigua ſit, & conum anguſtiorem faciat, plurium ſimul rerum ſpecies comprehendere minime poterit: ſed ſingulatim ſingula quæque, non plura uno obtutu, uidebuntur. At ſi in pupillæ centro exigua maneat ſuffuſio, ſintq; cæteræ pupillæ partes noxa immunes, tum, quæ aſpicientur, ueluti feneſtrata, & diuulſa apparebunt: quòd qui ſic laborant, opinione ſua longè fallantur, putantes eam uiſibilis rei partem, quæ non uidetur, exciſam eſſe. Cuius item facilis eſt redditio cauſſæ. Nam quum in centro pupillæ ſuffuſione obtenebrato, rei uiſibilis ſimulachrum nullum prorſus conſiſtere poſſit, ab ea quidem obiecti parte, nulla fieri in uiſu immutatio poteſt: quòd ea perſpici non poſſit, impediente, quæ in centro eſt, ſuffuſione: ab alijs uero obiectæ rei partibus, quæ non centro, ſed lateralibus pupillæ partibus reſpondent, immutatio fiet. Quamobrem quum & media obiecti pars non cernatur, reliquæ uerò ſenſum immutent, feneſtratum omnino, & diuulſum uideri oportet, quod in hunc modum cernitur.

Rerum uiſiones quomodo fiãt.

Cur feneſtrata appareãt quãdoque uiſa.

QVOD ſi iuxta iam dictum humorem, craſſa corpuſcula, diuulſa, & inter ſeſe non continua appareant, ſic affectis, uiſa quædam obuerſabuntur, perinde ac ſi in exteriore aëre culices circunferri uiderent. Ac ſæpenumero ueluti ſimulachra quædam apparere imaginantur, ob craſsiorum humo-

©BIUM

rum copiam: huiuſmodi uero ſimulachra maximè apparent ijs, qui à ſomno expergiſcuntur, præcipuè pueris, & ijs qui plurimo uino madent, aut alio quouis modo caput repleuerunt. Quum uero humor inter cryſtalloiden, & rhagoiden medius colorem mutauerit, ſiquidem ad fuſcum declinat, arbitrabitur quis, uel per nebulam, uel per fumum ſe uidere. Si uero alio quouis colore inficiatur, huius quoque imaginem referent ea quæ ſpectantur. Si uero inæqualiter, uel per colorem, uel per ſubſtantiam, à naturali habitu receſſerit, quæcunque pars ipſius ſic affecta, ad pupillæ regionem peruenerit, efficit, ut ſimile ſibi uiſum, in rebus quæ ſpectantur, appareat: ſic enim affecti, & colorem, & ſubſtantiam, ac figuram ipſius, extrinſecus ſe uidere exiſtimant.

TENVIS humor qui inter rhagoiden, & cryſtalloiden medius eſt, à uarijs ſecum miſtis corpuſculis immutari ſolet. Quæ ſanè immutatio, uaria in oculo pathemata creat, quorum hoc loco reddit rationem Galenus. Quum igitur craſſa quædam corpuſcula, hoc eſt, craſſi uapores, hunc locum obſederint, uiſa quædam ijs, quæ in ſuffuſione apparent, non diſſimilia cernuntur: quòd ſic affecti, culices, muſcas, inaneis umbras, aut quid ſimile ſe uidere exiſtimant, ac ſi in aëre medio uerè conſiſterent. Cuius deprauatæ uiſionis cauſſam Galenus quum hîc, tum 4. de Locis affec. locupletiſſime adfert, nempe craſſorum uaporum copiam. Ob id uero uino madentibus huiuſmodi uiſa apparent, quòd uini potentia plurimus, & abunde calidus ſurſum feratur uapor: unde qui ebrij fiunt, uanis ſæpe imaginibus tentantur. Quæ cauſſa eſt quòd illis omnia in gyrum uerti, & unum plura eſſe uideantur. Nam à calore uini commotum, & agitatum uidendi inſtrumentum, illuſoriam, ut tradit Ariſtoteles, efficit uiſionem. Pueris uero id ab ætate omnino, & ſua ipſorum natura euenit. Nam quum & calidiſſimi ſint, & maxime humidi, cruditatibuſq; ac ſomnis longiſſimis obnoxij, fit, ut multum congerant, craſſumq; uaporem, qui à ſomno plurimus circum ſenſuum organa diffuſus, efficit, ut uana plurima illis ob oculos oberrare uideantur. Sed quum uiſio omnis (quod Philoſophi, pariter ac Optici omnes uno ore confitentur) æris externi lucidi adminiculo fiat, interſtitiumq; quoddam poſtulet, quo perſpecta res ſenſum immutare poſſit, fieri non poſſe uidetur, ut qui uapor intus in oculo manet, cerni ullo pacto poſſit: ob id enim ſenſile ſupra ſenſum poſitum percipi non poſſe tradit Ariſtoteles, quòd nullum interſit medium. Quamobrem quum & uapor ille, uidendi organo inſideat, & nullum ſit externum medium, quo perſpici poſſit, non poſſe ſenſum immutare rationi omnino conſonum uidetur: quum tamen qui ſic ſunt affecti, pro redundantis uaporis figura, & ſubſtantia aliud, atq; aliud uidere ſe exiſtiment.

Cur uino madentibus uiſa appareant.

3. proble. par. pro. 9. & 10.

Obiectio. Ad uiſionẽ requiſita.

2. de Anima ca. 9. & 11. tex. co. 98. & 116.

existiment. Quod quum à Galeno tacitum sit, eius tandem ego problematis ratio-
nem (præter opinionem, quæ sua cuiq; coniectanti esse potest) adferam hanc.
Earum formarum, quæ in sic affectis fit, uisionem, nec certam esse nec ueram, sed
fallacem & deprauatam. Quod uel ex eo constare abunde puto, quòd sequens
eam functionem iudicium, corruptum sit, & uanum: id enim re ipsa inesse aëri
medio, eorumq; obtutubus iudicant, quod nusquam est, culices, muscas, atomos,
umbram, & id genus reliqua. Quamobrem quum sensoriũ aliquod in sua ipsius
propria functione labi non contingat, uel Aristotelis testimonio, hîc autem falli
oculum, facultatemq; sensus communem cernamus, statuendum omnino maxime
fallacem esse, quæ hoc pacto fit, uisionem. Nam quæ recta est functio, & exacta,
quum instrumentorum bonam temperiem, & habitudinem poscit, (unde fit, ut
per oculorum uehementes affectus, uel nihil omnino, uel deprauate cernamus)
tum obiectæ rei, medijsq; circunfusi splendorem (propter quod in tenebris non
uidemus) tum & distantiam inter sensile, sentiendiq; organum (cuius culpa su-
pra oculum posita intueri non licet) tum deniq; radiorum, & linearũ uisilium
rectam ad oculum transmissionem (quæ caussa est cur obliquè, retroue posita à
nobis conspici minime possint) postremò quum ad rectam functionẽ animalium
spirituum tum moderata & quãtitas, & qualitas requiratur (ut sint Visorij spi-
ritus substantia tenues, lucidi, & liberè permeantes) concludere oportet, quæ in
sic affectis fit, uisionem illusoriam esse & deprauatam: quòd & oculorum uitia
sequatur, & uisa corpuscula natiuo splendore careant, & nulla sit sensatæ rei
ad sensorium, distantia, substitq; spirituum uel penuria, uel crassities, & obtene-
bratio, imaginariam tantũ, & fallacem talium rerum uisionem esse credere opor
tet: unde haud immerito paulò pòst Galenus hanc, hallucinationem uocat. Quæ
autem de albuginei huius humoris in colore mutatione traduntur, notiora sunt
quàm ut explicari indigeant. Nam hoc quidem perpetuò uerum est, talia appa-
rere uisa, quale est per quod cernimus medium: inspicientibus enim nobis per ui-
trum uno aliquo colore infectum, eiusdem sanè coloris conspecta per id omnia
apparebunt. Quum igitur sit is humor, ueluti internum uisionis medium, si co-
lore mutetur, & mutari quoq; quæ per ipsum cernuntur omnia erit necesse.

Dilutio.

1. de anima capi. 6. textu cõ. 63. &. 134. & ibi. & lib. defensu & lẽ.

Viddi functio recta quæ possit.

Talia apparent uisa, quale fuerit medium.

AD HOC genus symptomatum pertinent eorum, qui suffusione infestantur, uisa. Neque non illorum quibus sanguis è naribus fluxurus est, aut in quibus uomitus speratur, uisa, ab Hippocrate prodita. Prætera quibus adeo absoluta est cernendi facultas, ut ne minimũ quidem uisibile eos latere possit, si uapores à uentriculo sursum ferantur, præsertim ubi nõ probè concoxerint, hos symptomata suffusioni similia infestabunt. Atq; purissimus est ijs suapte natura tum crystalloides, tum hîc aquosus humor, de quo in præsentia agimus. Symptomatis autem magnitudo, ex affectus magnitudine nascitur, non in ijs dũtaxat, de quibus nuper sermonem absoluimus,

Lib. 3. text. aph. 32. & Com. 44.

Visa quid sit secundũ Hippo.

Absoluta cernendi facultas.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 189 sur 428

©BIUM

ſoluimus,uerum etiã in omnibus, quæ ſuprà propoſuimus: id quod in ſimilaribus partibus facile patet. Quarũ intemperies,ſi parua fuerit, paruam quoq; functioni noxam inferet:Si maior, ad incrementi portionem augebitur & offenſa. Si uero plurimum à naturali habitu receſſerit, actionem funditus abolebit.Haud aliter accipienda ſunt ea,quæ de aquoſi humoris quantitate,ſubſtantia,& colore diximus. Nam ſi parum à naturali habitu fuerit aberratum,parua quoq; inferetur actioni iniuria.Si plus receſſerint, pro quãtitate declinationis,increſcet actionis noxa: quòd ſi quamplurimum deflectant,functio in totũ peribit.Itidem intelligere oportet,de ijs quoq; quæ rhagoidis tunicæ ruptura,& de pupillæ quantitate dicta ſunt:ſiue minus,ſiue plus incommodent actioni: ſiue eam penitus euertant.

QVI *ſuffuſione tentantur,aut quibus ſanguis de naribus erupturus ſperatur,aut quibus uomitus ſpontaneè adfuturus creditur, falſis omnes imaginibus prehenduntur,uiſaq; illis ob oculos plurima temerè circunferũtur. Quæ cauſſa eſt,quòd ſæpe in morborum iudicationibus oculi caligent,& ueluti tenebricoſum cernãt. Nam quum per morborum decretoria,uehementem naturæ impetu, in ſuccis omnibus contingat fieri motum,eoq; turbari uniuerſum corpus oporteat, fit, ut ſurſum bona pars agitati ſucci feratur, aut ſaltem multus ab eo ſurſum tollatur uapor. Vnde caligines oculis,& uiſa plurima oriantur, ita tradente Hippocrate,& Galeno. Quæ ſequuntur, omnia patent.*

3. prædicti. capi. 31.&.35.uer ſione Copi.

SIC ſpiritus quoq; animalis, aut adamuſsim purus, & ueluti ethereus eſt,aut humidus,aut turbidus,ut nebula: atq;,quod ad eſsentiæ quantitatem attinet,uel abundat,uel exiguus eſt. Igitur cui multus fuerit,ſimul & æthereus,is res quæ porrò diſtant,& uidere, & exactè diſcernere poteſt. Cui uerò paucus quidem fuerit,ſed purus, is ut res propinquas planè diſcernit,ita diſtantes haud quaquam uidet. Quòd ſi forte fortuna & craſsior ſimul fuerit, & multus, res diſtantes uidet quidem,ſed non ad unguem diſcernit. Quemadmodum cui humidior ſimul fuerit, & exiguus,is neq; exacte,neq; porrò uidere poteſt.atq; de his in præſentia tãtum dixiſſe ſufficiat.

Spiritus animalis.

Lib.6.capi.17. Spiritus Animalis multiplex elaboratio.

ANIMALEM *ſpiritum Galenus exhalationem, ſeu mauis tenuem halitum quendam eſſe probi, & elaborati ſanguinis, in de Partium uſu teſtatum reliquit. Huius porrò primam elaborationem in corde eſſe, ſecundam in arterijs, & maximè ijs quæ ſunt in retiformi plexu,poſtremam, & omnium exactiſsimam,in*

man,in ipſius cerebri uentriculis (ubi primum animalis & dici & eſſe incipit) cum lib.ſeptimo,tum nono de uſu partium idem Galenus quàmapertißimum fecit. Vnde conſequens illud eſt,ut & purus,& exacte tenuis, elaborato naturæ opere euadat:quod nimirum uiſioni perficiundæ aptißimum futurum ſit inſtrumentum. Eo fit,ut qui ab hac germana ſpiritus natura deflexerit, uidendi functioni maxime incommodet. Non tantum uero oportet purum, & æthereum animalem hunc eſſe ſpiritum, ſed & copioſum plenéque oculum illuſtrantem,ut qui, quum plura ſæpe eminus proſpicere oporteat, ad id certe minime ualebit unquam, ni multo, & lucido ſpiritu abundet. Cui itaq; & multus,& ſubſtantia peruius in oculo ſpiritus fuerit, huic eminus poſita probe uidendi facultas datur. Etenim quà multo abundat, in longum protrahere ſpatium uiſus aciem poteſt (multus nanq; , ſimul & æthereus ſpiritus longißimo proſpectui abundè ſufficit) quà uerò ſubſtantia tenuis eſt,& purus,dilucidè acuteq; cernere uiſa poteſt. Cui modicus, ſed idem & lucidus contigerit, is, eminus poſita probe quidem diſcernere, eminus poſita, non ſic certè ualebit:paucitas nanque longo proſpectui minimè ſeruit (quòd tali obtutu modicus ſpiritus facilè diſſoluatur) puritas autem, ad exactè coram poſita diſcernendum idonea ualde probatur. Atſi id eueniat, ut & multus cuipiam & eſſentia craſſus ſubſit ſpiritus, is,remota quidē, ſed non acutè uidebit. Multus nanq; (qui ſubeſt ſpiritus) multoq; ac lucido aëre attenuatus longinquæ uiſioni aptißimus cenſetur, illius tamen craßities acutæ uiſioni minime ſeruit. Cui contrà & modicus, & craſſus fuerit,is procul ſita nec exactè uidere, nec uidere omnino poterit:exactam uiſionem craßitie, uiſionem uerò,ſpirituum inopia prohibente.

Qui longinquè poſita uidere poſsit.

Qui propè admota uidere, tñ ge poſita nõ ſic poteſt.

CERATOIDIS tunicæ ea pars,quæ pupillæ obiecta eſt, ſi craſsior,denſior, & humidior fiat,uiſionẽ offendit. Sic etiam ſi color illius immutetur, ſi ulcere notatu digno infeſtetur,ſi eorum quæ extrinſecus ei adiacent,quidpiam ita increuerit, ut eam tenebroſam reddat. Igitur craſsior,denſiorq; ceratoides tunica,aciem efficit hebetẽ. Si uero humidior, denſiorq; fuerit (ſiue ut ſimilaris pars, ſiue ut inſtrumentum ita afficiatur) non hebetem ſolum,obtuſumque reddet uiſum, uerum etiam efficit, ut qui ſic affectus eſt, putet ſe per tenebras,aut nebulam,aut uaporem aliquem, aut per fumum,res ipſas intueri. Si uerò humores non multitudine, ſed colore peccauerint, ſecundum eiuſdem coloris naturam, paroraſis, id eſt hallucinatio, ſuborietur. Proinde qui ictero, id eſt regio morbo, laborant, quicquid uident, id pallere arbitrantur. Qui uerò ὑπογφάλμαι, ij rubra putant omnia quæ aſpiciunt. Vlcus uerò notatu dignum,uiſioni incommodat,non ſolum ob id, quòd redundantem humorem coaceruat, ſed etiam

Ceratoidis affectus.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 191 sur 428

©BIUM

etiam quia efficit,ut cryſtalloides humor ex breui ſpatio cogatur cum circunfuſo ſplendore conuerſari. Procedens autem ad interiora ulcus uerſus pupillam, effundit aliquid aquoſi humoris foras: atque hinc imminet periculum, ne ſic affectus, ad extremam perueniat cæcitatẽ. Ob id, quibus ea ceratoidis pars, quæ pupillæ obiecta eſt, uulneratur, ſi uulnus ad interiora deſcendit, ij magna ex parte obcæcantur. Equidem uidi incredibile quidpiam, & quod antea nunquam uidere conſueueram. Puer quum iuxta pupillam ſtylo pungeretur, effluente protinus aquoſo humore imminuta eſt pupilla, ac ceratoides tunica omnino corrugata uidebatur: qui mox curatus, uiſum recuperauit, inſtaurato ſcilicet paulatim humore, qui antea effluxerat. Sed huiuſmodi euentus raro uidentur. Nam huiuſmodi uulnera magna ex parte cæcitatem inducunt, quemadmodum & prædictæ cauſæ omnes, ubi plurimum fuerint auctæ. Siue enim ualde craſſa, ſiue extremè denſa, ſiue modicè humida fuerit ceratoides tunica, ita oculi caliginem inducet, ut qui ſic affectus eſt, nihil omnino cernere poſsit. Sed quid miramur ſingulas iam propoſitas cauſſas, quum auctæ fuerint, uiſum auferre poſſe, quum nonnunquam ſola ceratoides tunica corrugata, ſimiliter offendat? Solet autem huiuſmodi pathema euenire ijs, qui extrema iam ſenectute premuntur. Atq; hoc loco pupillæ magnitudo conſideranda eſt. Si enim immutata eſt, aquoſum quoq; humorem imminutum ſcire licet: ſi uerò permanſerit æqualis, tum pathema ad ſolam ceratoidem pertinebit. His ita definitis, nihil iam huic tractationi deeſſe uidetur. Porro ceratoidis tunicæ morbi, ſi fuerint magni, in totũ uiſionem impediunt, maxime ſi uel phlegmone, uel ſuppuratione, uel ſcirro, uel alio quopiam huiuſmodi (quatenus inſtrumentum eſt) infeſtetur morbo. Atq; hi fere ſunt ceratoidis tunicæ morbi, qui uiſioni officiunt.

Hiſtoria de uulnere ceratoidis curato.

Com. 30. Lib. 3. epſon.

Hypoſphagma quid. Lib. 3. cap. 22. Lib. 7. cap. 20.

QVAE *hic de ceratoidis tunicæ pathematis dicuntur, ex antea dictis à nobis, patent: quare longiore commentatione opus non eſſe meritò cenſuimus. Id tantum explicabimus, quiſnam is ſit affectus quem ὑπόφαγμα uocari dixit Galenus, quo cuncta quæ aſpiciuntur, rubra, & quaſi ſanguine ſuffuſa apparent. Eſt autem Paulo, & Aetio teſtibus, uenarũ oculi ruptura ex ictu aut percuſſione facta: ob quam in oculi extima parte ſanguis colligitur. Vnde quaſi per puncta ſanguinea quædam, tota inhærens membrana rubere uidetur, ac tandem ſpatio*

liueſcere:

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 192 sur 428

liueſcere: tarſáti Arabico nomine Auicenna uocat. In hoc porrò affectu rubi- 3.Fen.3.
cunda omnia uiſuntur omnia, pro ratione ſcilicet interſtantis humoris, qui colore
talis eſt, uti in regio morbo pallidus.

INHAERENS uerò membrana phlegmone laborans, ipſa quoque ex accidenti, uidendi functionem impedire poteſt. At uerò chemoſis, aut chymoſis (ut uocant) & pterygion, id eſt, unguis, iam non ex accidenti, ſed primaria ratione pupillam obſcurant. Haud aliter genarum quoque ingentes phlegmonæ, & tumores quidam præter naturam ipſis innati, ubi adeo increuerint, ut pupillæ caliginem inducant, quicquid horum acciderit, aut uitioſam reddet uiſionem, aut eam omnino auferet. Atque hactenus ſatis ſit hęc dixiſſe de oculis. Etenim exempli cauſſa potius, quàm ut ſingula particulatim perſequeremur, de ipſis ſermonem inſtituimus. Quippe is nobis nunc animus eſt, ut methodum perquam generalem doceamus, cuius adminiculo quis inuenire queat ſymptomatum cauſſas. Verum quia non ſatis eſt methodum nouiſſe, ſed multifaria inſuper exercitatione, in his quæ particulatim occurrunt, opus eſt, id quod non ita facilè quiuis præſtare poteſt, ob id exercitationis modum, qualis eſſe debeat, in oculorum exemplo, haud grauatè oſtendimus. Eodem pacto ad alias quoq; ſenſiles facultates peruenies, ſi in ſingulis & primum inſtrumentum, & alias partes, quæ uſum aliquem illi præſtare poſſunt, conſideraueris, & quemadmodum nuper dicebamus, ita diſtinxeris, nempe quòd ſunt morbi quidam, quum potentia ipſa afficitur, ſunt alij, qui ad inſtrumenta pertinent, per quos actio ſubinde uitiatur.

Inhærentis membranæ pathemata.

Amoa. rap. 1.

INHAERENTEM *membranam Anatomici omnes, coniunctiuam peculiari nomine uocant. Alexander Benedictus Fundam, à fundæ figuræ ſimilitudine uocari cenſet, uel quòd non in totum orbiculata ſit, inſtar fundæ qua lapides iaciuntur, uel quòd uenis plurimis conſtans, retis ſimilitudinem præ ſe ferat, quod etiam fundam dici Latinis autoribus eſt comprobatum. Hæc porrò tunica extrinſecus quidem candida eſt, & calloſa, carnoſis angulis commuſſa, totumq; oculum capiti coniungit: ſed non totum tamen ipſa tegit, medio ſcilicet relicto ſpatio, unde ceratois membrana incipiat. Huius tunicæ inflammationem Neoterici omnes uulgato nomine ophthalmian nuncupant, communi ſcilicet Græcis nomine, qui & ipſi ὀφθαλμίαν uocant eam oculi inflammationem, ſecundum hanc coniunctiuam membranam, quæ permanentior ſit, & abſque manifeſta*

Inhærens membrana cur funda dicta, & quæ lis.

Ophthalmia quid.

©BIUM

extrinsecus occurrente causſa facta. Sed hæc quidem inflammatio ex accidenti lædere uisionem iure dicitur, quòd non primò, & per se, sed per consensum, crystalloidi noxam inferat: hoc siquidem est ex accidenti lædere, uti 111. lib. antea ex Galeno dictum. At χύμωσις, id est, fortis illa, & uehemens inflammatio, qua album oculi supra nigrum attollitur, & palpebræ ita inuertuntur, ut uix oculos operiant, ea inquam, primò pupillam uitiat: sicuti & unguis, quod πτερύγιον, Græci uocant. Et ut in summa dicatur, quæcunq; nullius interuentu, sed per seipsa functionem uitiant, morbi rationem habent: quæcunque non per se, causſarum. Vt uerò epilogo imbecillæ aut alioqui deprauatæ uisionis causſas omneis teneas, in ordinem cogendæ hoc pacto tibi erunt. Nam imbecilla omnis uisio, uel malam instrumenti structuram, uel spirituum animalium ametriam, uel membranarum uitium, uel tandē oculi humorum sequitur. A structura quidem, ut si prominentior, uel profundior fuerit oculus, Si pupilla à sua sede dimota, Si iusto amplior, aut angustior fuerit. Prominens nanque oculus, ut luci externæ expositior est, sic ab ea maxime offenditur. Quæ causſa est, cur in lucido aëre minus, in obscuro exactius cernat, cur item comminus posita melius, eminus posita deterius. Profundo oculo contraria omnino accidunt. Pupillæ dimotio uel dupla, uel seneſtrata facit uideri omnia, secundum uariam in quam incubuerit partem. Spirituum animalium à sua ipsorum natura abalienatio, idipsum operatur, si uel quantitate modici, substantia crassi, turbidi ue fuerint, si item disgregati, uel nimium tenues fuerint. Rursus membranarum oculi peculiaria uitia, inflammationis tumores, ulcera, uisioni noxam inferre uel maximam possunt: Sicuti & humorum oculi à sua natura euersiones, siue in colore siue in substantia euersio fiat. Porrò quæ de oculis dicta iam sunt, omnem de Symptomatum causſis tractationem abunde complere uidentur: quòd in oculo, ceu simuliari exemplo muro quodam diuisionis artificio symptomatum oculorum causſæ omnes inuentæ sint. Vt per id, qua in singulis membris methodo idipsum quis perficere queat, nullo labore inuenire possit. Est autem methodus causſarum symptomatum inueniendarum hæc, ut in singulis quibusq; instrumentis præcipua in eo pars inueniatur, quæ actionis sit opifex. Secundo, ut partes cæteræ omnes quæ functioni usum aliquem præstant, itidem & ipsæ perquirantur: postremò facultas à qua actio prodit. Inueniuntur autem hæc, si singularum partium usus, facultates, naturamq; omnem tenueris, quòd dissectionis methodo in Anatomicis aggreſsionibus, item & in de Partium usu tradita, assequi facile poterimus. Vbi uerò hæc iam cognita nobis erunt, disquirere id oportebit, qui, qualesq; in singulis horum morbi eueniant, tum ut similaribus, tum ut instrumentis: tot enim in ijs symptomata cadent, quot fuerint affectus qui noxam parti inferunt. Porrò si eos morbos, qui principi parti eueniunt, ab ijs qui reliquis usum præstantibus partibus accidunt, eos item qui à facultate actionis effectrice, discernere noueris, ac cuiq; suas assignaueris causſas, absolutam te inuentionis causſarum symptomatum methodum assequutum puta. At quoniam id methodo nouisse non satis est, nisi quis se in particularibus exerceat, necessarium quidem est, uno aliquo proposito exemplo inuentæ iam methodi

Chymosis qd.

Vnguis oculi.

Causſarum imbecillę uisionis epilogus.

Method⁹ symptomatum causſas inueniendi.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 194 sur 428

methodi periculum facere. Quod Galenus pulcherrimè in oculorum pathematis, eorumq; cauſsis inueniendis perfecit: ut ad propoſiti ab ſe exempli imitationem, in cæteris idipſum facere cuiuis promptum ſit.

CAPVT III.

ATQVE grauis Auditio, Surditasq; animanti euenire ſolent, aut ob auris partem aliquam, aut ob neruum à cerebro deſcendentem, aut ob cerebrum ipſum, ſi in ea parte unde neruus oritur, fuerit læſum. Igitur nerui, cerebriq; offenſa in his, haud aliter quàm in oculorum affectibus, accidit. Reliquarum uerò partium noxæ, illis ad portionem reſpondent: uerum non omnino ſimilis eſt læſio. Eandem enim habet rationem in auribus interna auditorij meatus extremitas, ubi dilatatum neruum attingit, quam habet humor cryſtalloides in oculis. Partes uerò omnes in meatus anfractu extrinſecus conſiſtentes, itidem proportione huic reſpondent, ut nuper dictæ oculorum partes, humori cryſtalloidi. Proinde harum partium morbi, ab illis huc transferendi ſunt: ut ij, qui ad ſimilares pertinent, ex intemperie, & continui ſolutione æſtimentur. Qui uerò ad inſtrumenta, ex obſtructionibus, ſiue ipſarum partium tumor aliquis præter naturam meatum obſtruxerit, ut puta abſceſſus, phlegmone, œdema, & ſcirrus, ſiue aduenticius, isq; omnino præter naturam tumor, in meatu ipſo (ut plerunq; fieri ſolet) ſuboriatur, ut quum uel calloſum, uel carnoſum innaſcitur tuberculum. Atque huc pertinent ſordes illæ, quæ creberrimè in auribus gigni conſueuerunt.

Aurium ſym ptomata. Cap. 3. Lib. 4. Coa. aphor.

Cap. 2. Lib. 4. Coac. aphor.

Lib. 3. καὶ πον.

PRoximum dignitate oculis ſenſorium, aures ſunt, ab hauriendis uocibus dictæ, quòd uoces quaſi hauriant, aut quòd Græci dictionem ὠτὸς ab auditu dictam uelint, à qua & aures ipſæ, immutata literula, nomenclaturam ſumpſerunt. Inſtrumenta autem eſſe homini ad diſciplinam adipiſcendam, uel in primis neceſſaria Ariſtoteles prodidit. Sunt autem membra chartilagine conſtantia, tenuia, caua, flexuoſa, ad latera capitis ſita. Harum extima pars à diſſectoribus, pina & lobus, interior, fimbria, & σκάφη dicitur. Intus uerò cauitatem habent aures (quà foramen duriori cranei parti ſubditur) membrana tenui, ſed ſolida obductam, ab neruoq; auditorio ortam. Is autem à quinta neruorum à cerebro ortorum coniugatione naſcitur, uel Galeni teſtimonio. Cauitas porrò ipſa internum continet aërem, qui uocum ad ſe delatas ſpecies ſuſcipiat, ſuſceptasq;, auditorio neruo dilatato tranſmittit: tumq; auditionem fieri

Aures unde dictæ, & quid.

1. Metaph.

Pina ſeu lobus quid.

Neruus auditorius unde oriatur.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 195 sur 428

tradunt, quum ad neruum illum peruentum est. Quod ad symptomata uerò eius partis attinet, quum eadem planè sint methodo perquirenda, qua in oculis paulò antea inuenta sunt, easdemq; in suo genere habeant causſas, compendio quodam de ijs hoc capite egit Gal. quòd omnia proportione, ac similitudine quadam ijs, quæ de oculis dicta sunt, respondeant. Nam & quæ in auribus pathemata fiunt, ad aliorum normam, uel ex dilatati introrsum nerui offensa, quæ pars est auditorij meatus præcipua, uel ex cerebro ipso læso, unde sentiendi auribus facultas prodit, uel reliquarum partium noxa, quæ functioni usum aliquem præstant, prouenire creduntur, & quæcunque item affectum in oculis aliquem, eadem in suo genere, & in auribus similem creare possunt. Hic totius capitis sensus, hæc summa est.

Pars in auditu præcipua.

CAPVT IIII.

Vide Gal. 9. & 10. de usu partium, ubi linguæ usum monstrauit.

DIGITVR quemadmodũ partium cõstitutio in his, symptomatum causſas ostendebat, ita & in lingua, naribusq;, eas indicare poterit, idq; adeo, si in ipsis quoq; & primam sentiendi particulam, & item alias, quæ ad totius instrumenti complementum pertinent, nouerimus. Porrò iam demonstratum est linguam duplici facultate præditam: per alteram enim sentit, per alteram prouoluntatis imperio mouetur. Itaque quum duplex ab ipsa prodeat actio, in præsentia eam, ut sensile duntaxat instrumentum, considerandum proponimus. Porrò instrumentum quo odores percipiuntur, ipsos cerebri uentres esse demonstrabimus. Igitur in gustandi sensu huiusmodi deprehenduntur symptomata, nam uel sapores haudquaquam sentit, uel uitiosè sentit. Quum uerò uitiosum (ut ostendimus) bifariam dicatur, uel enim debiliter sentit, uel (ut ita dixerim) deformiter, aut deprauate, alterum hebeti aciei in uisu, & graui auditioni in auditu, proportione respondet, alterum uerò, nempe deprauatus, aut deformis gustus, uisioni respondet, ubi quis aut circa colores, aut figuras, aut magnitudines, aut habitus fallitur: quod si in auditu euenerit, obauditio uocabitur. Cæterum iam propositorum symptomatum causſæ sunt morbi, qui gustandi tum functionem, tum facultatem impediunt, & in similari linguæ corpore, & in circundante ipsam tunica, & in mollibus neruis, atq; eo maxime cerebri spatio, unde illi exoriuntur. Atqui omnium iam dictarum partium morbi, alij quidem satis manifesti sunt: deprauata uerò saporum sensio, quum lingua alieno quopiam humore fuerit imbuta, euenire consueuit,

De odorandi instrumento. & de usu partium.

Vitiosum bifariam.

Linguæ symptomata.

ſueuit,ut omnia quæ guſtauerit quis,uel ſalſa,uel amara eſſe,uel alium quempiam ſaporem abſurdum, ſiue is effabilis ſit,ſiue ineffabilis,habere uideantur. Quemadmodum enim per ſuffuſiones, uidendi facultas, foris cernere uidetur ea, quæ in oculo apparent,ita & guſtandi uis,internum linguę affectum,rebus ſenſibilibus ineſſe putat. Quippe per morbum regium,bilis amarorem,nõ linguæ,ſed ſaporum quos deguſtat, pathos eſſe ſuſpicatur. Atque per alias quaſdam affectiones, cibos uel ſalſos, uel acidos eſſe putat. Adueniente enim extrinſecus re ſenſibili, mouenteq; uitiatum humorem, qui hactenus quietus in lingua latebat, ſentit quidem guſtandi facultas non rem ſenſibilem extrinſecus aduenientem,ſed abundantem in lingua humorem. Atque euenit nonnunquã,ſed raro, citra ullius rei deguſtationem, ut humores linguam imbuentes ſenſu percipiantur,ubi adamuſsim abſoluta fuerit guſtandi facultas: haud abſimile ſymptoma ei,quod in oculis uſu uenire ſolet,quum ob uentriculi affectiones, ſuffuſione ſe laborare quiſpiam putat: aut ubi ſonum aures percipiunt, nulla re extrinſecus obſtrepente, ſed ipſa circa membranas motione, phantaſma tranſmittente: aut etiam ubi nares, ob humores in ipſis contentos,odore quodam afficiuntur.

Lib. 3. Cap. 5. & cap. 1. Lib. 4.

HOC *quidem perpetuò uerum eſt, partium conſtitutionẽ, non modo in oculis & auribus, ſed & in reliquis omnibus inſtrumentis, ſymptomatum naturã, cauſſaſq; monſtrare: quòd pro harum inuentione (ut paulò antea dictum) & præcipuam inſtrumenti partem, & cæteras quoque actioni uſum præſtantes ſcire oporteat: quod & ipſum nihil planè eſt aliud, quàm partium conſtitutionem noſſe. Porrò uti in oculis, & auribus ex hac ipſa partium conſtitutione ſymptomatum cauſſæ quæ illis accidere ſolent, inuentæ ſunt, ſic & in lingua, ac naribus, de quibus Galeno præſens eſt tractatio. Conſtat autem inter omnes, linguam guſtus ſenſorium proprium eſſe, ut quæ ſaporum omnium exactè diſcernat ſpecies: atq; ob id eius ſubſtantiam raram, fungoſam, ac mollem creatam fuiſſe, ut à ſaporibus alterari facile poſſet, omnibus ex æquo eſt perſuaſum. Neruos habet à tertia neruorum à cerebro ortorum coniugatione orientes, quorum adminiculo ſuum ipſa munus perficit: qui uero motum illi ſuggerunt, à ſeptima copula ex cerebro ortorum ad eam deſcendunt. Vt ſenſile autem inſtrumentum, triplici ſymptomatum genere, ut reliqua quoq; membra, & ipſa quoq; afficitur, imbecilla ſcilicet, deprauata, ablatáq; functione, quum uel omnino non ſentit, uel debiliter, uel deprauatè. Quorum ſanè ſymptomatum cauſſæ, ij ſunt affectus, qui guſtandi tum actionem, tum facultatem lædunt, uti*

Partium conſtitutio ſymptomatum mõſtrat naturam.

Lingua guſtus ſenſorium.

Nerui linguæ.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 197 sur 428

©BIUM

intemperies præter naturam omnes ſi uehementes ſint, & tumores item præter naturam, & ſoluta unitas, quæ cuncta, ſiue in ipſa ſimulari linguæ parte, ſeu in ambiente eam tunica, ſeu in ea cerebri parte unde linguæ ſenſus ſuggeritur, eueniant, ſymptomata in guſtandi functione creare erit neceſſe. Depraua*tæ uero linguæ actionis cauſſas, ita hic aperte tractat Galenus, ut explica*tione ampliore egere mihi non ſint uiſa. *De naribus uerò, quòd eæ & odorandi, & reſpirandi inſtrumenta ſint, octauo de Vſu partium eſt exactè monſtratum. Huius ſenſorij ſymptomata, aliorum ſymptomatis proportione reſpondent, debilitata ſcilicet, abolita, aut deprauata eius functione. Cauſſæ, odoratorij meatus obſtructio, intemperies uarij generis, tumor, contuſio, ſectio, grauedines, & deſtillationes, eiuſq; generis cætera multa.*

Narium ſymptomata.

SED QVVM de Naribus incidit ſermo, ipſis quoque, ſicuti & lingua, duplici facultati ſubſeruientibus (nam & odorandi, & reſpirandi facultatum ueluti terminus quidam conſtitutæ ſunt) ſatius fuerit de iſs quoque haud aliter, quàm de ſuperioribus diſſerere. Etenim ſi morbus aliquis ipſis acciderit, ita ut meatus impediatur, olfaciendi facultas, uel minus probe odores percipit, uel eos omnino non ſentit. Nam ſi uehementer contritus ſit naſus, aut ſi polypo, aut alio quopiam tumore præter naturam infeſtetur, meatum quo ſpiritus tranſire ſolet, obſtruet. Atque huius formæ eſt phlegmone in membrana ipſius interna oborta, itidem eæ res, quæ circa oſſa quæ à percolandi adminiculo, Ethmoidæ à Græcis uocantur, aliquid, ut uel membranas ibi conſtitutas, uel ipſa quoque oſsium foramina, obſtruere poſſunt: nam & ab his offenditur olfaciendi ſenſus: id uerò multo magis, ſi circa propagines quæ à cerebro exortæ in haſce particulas deriuantur, fiat obſtructio. Quippe & in deſtillatione, & grauedine, & omnino in his, quibus uel ambuſtio, uel refrigeratio, anteriores cerebri uentres humore oppleuit, non ſolum ſpatia ibidem obſtruuntur, ſed & ſpiritus ipſe, qui in uentriculis continetur, & ambiens ipſum cerebrum, intemperie quadam afficiuntur. Denique inſignes iam dictarum partium tum contuſiones, tum ſectiones, odorum ſenſionem uel difficilem reddunt, uel omnino prohibent. At uerò olfactio ueluti deformis, & deprauata, in his partibus fieri ſolet, ob indigenam quandam intemperiem, quæ fœdum odorem eructans, eos uapores qui à uicinis corporibus ad olfaciendi facultatem feruntur, interturbat. Nec abſimile uidetur, quod huic facultati acci-

dit ſym-

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 198 sur 428

dit ſymptoma, ei quod regio morbo laborantibus, in guſtandi iudicio accidere dictum eſt.

NARIVM ſymptomata, eadem planè methodo, qua & reliquorum membrorum colligere licet, nempe uel læſa odorandi facultate, uel ea præcipua parte, cui odorandi adſcribitur functio, uel tandem una quapiam ex ijs quæ actioni uſum aliquem præſtant. Odorandi facultas à cerebro eſt. Prima odorandi particula, cauæ narium atque intimæ partes, anterioribus cerebri uentriculis continuæ, & ad oßium (quæ Græci ἐθμοειδῆ uocant) initium deſinentes: reliquæ naſi partes, ueluti adminiculatrices creatæ ſunt. Ob id uero nares duobus præcipuè munijs ſeruiunt, nempe odoratui, & reſpirationi, quòd ſine reſpiratione odorari homini non liceat, uel Ariſtotelis teſtimonio. Quamobrem merito oportuit, ut quod odoratus inſtrumentum eſſet, idem quoque & inſpirando aëri ſubſeruiret. Atq; ob id qui accuratius nominum rationes ſcrutantur, nares, ac etiam naſum à nando deriuata exiſtimant: quòd per ea innatet, atq; enatet ſpiritus. Natare enim uidetur propter humorem in his exiſtentem, qui ueluti purgamentum quoddam è cerebro defluit: μύξαν Græci, nos muccum dicimus. Vnde optima ratione partem hanc totam amplam, & cauam, ſimulq; decliuem natura effinxiſſe uidetur, ut uia aliqua horum excrementorum effluxui idonea pateat, ne apoplexijs animal occupetur. Nares porrò, ea naſi foramina eſſe, quibus odorum nari ſumus, docti plærique omnes exiſtimant. unde ſumptam nomenclaturam putant. uel à Græco per inuerſionem literarum deduci, ut Latinis ſæpe eſt cõſuetum, ἕλκος nares, ut κοφὴ forma, & τίρηρ tener. Autor Feſtus Pompeius. Naſum, eam capitis partem eſſe cenſent, quæ è ſuperciliorum confinio oriens, & quaſi æquali porrecta iugo, utranque ſimul aciem & diſcernat, & muniat, chartilagineq; ſit utrinq; diducta: quam partem interſeptum uocari Ariſtoteles prodidit. Duo naſi ſpiramina, gemniq; hiatus, ob id à natura facti, ut & ſimul ſpiritum trahere, & odores ſentire, & utroque cerebri purgamenta dimittere ſine impedimento fas eſſet. Symptomatum in his cauſſæ, abunde in litera explicantur omnes, ut ſibijpſe Galenus commentarij uice eſſe poßit.

Prima odorandi particula.

Narium duplex munus.

2. de anima, textu com. 98.

Nares & Naſus unde dicta.

Muccus.

Nares.

Naſus.

1. de natu. anima, cap. 11.

CAPVT V.

TAQVE quum de ſenſione, quæ proprias habet in animante partes, ſatis iam diſputatum ſit, de ſenſu omnibus quomodolibet ſentientibus communi, iam dicamus. Atqui tactum hunc ipſum nominant. Accidunt uero & huic ſymptomata, quæ reliquorum ſenſuum ſymptomatis proportione reſpondeant: ac communi appellatione contenta ſunt, quia propriam non habent, quemadmodum nuper dictorum aliqua. Neque enim in guſtandi, neque olfaciendi facultate, eiuſmodi ha-

bemus nomina, cuiuſmodi ſunt in uiſu, amblyopia, id eſt uiſus hebes, cæcitas, hallucinatio, in auditu & barycoia, id eſt grauis auditio, & ſurditas, & obauditio. Nihil enim refert in præſentia quibus utaris nominibus. Atqui hæmodiæ tum nomen, tum ſymptoma ad tactricem facultatem inſigniter pertinere uidetur: ac in ore, & dentibus maxime accidere conſueuit, ob acidos acerboſq; cibos.

SENSVS actio omnis peculiares in corpore ſedes habet, quod Philoſophis ac Medicis ex æquo omnibus eſt in confeſſo. Vnde in oculis uiſionem, in auribus auditum, in naribus olfactum, in lingua guſtum perfici, omnes tradunt: Tactum uero, omnem corporis partem, quacunque ſitam, quæ modo neruo participet, pro inſtrumento habere uolunt. Cur autem ſingulis reliquis ſenſuum functionibus ſua ſint peculiaria à natura inſtrumenta tributa, tactui ſoli peculiare nullum, ſed communem, extimamq; per uniuerſum corpus ſuperficiem, in cauſſa eſſe crediderim, quòd quæ tactum immutare poſſunt obiecta, nempe elementares qualitates, cæteræq; ab his prodeuntes, mollities, durities, lenitudo, aſperitas, uniuerſo corpori occurrere poſſunt, occurſuq; ſuo offendere. Quorum iniuriam ne ſentiat corpus, ſenſum hunc omnibus ex æquo partibus communem ſagax natura prouidit, ut à ſe noxia pellere, iucunda ſentire queant: eoq; fit, ut ſolo hoc ſenſu priuatum animans neceſſe ſit perire uel Ariſtotelis teſtimonio. Quæ igitur quibusq; de cauſsis in eo ſymptomata cadant, dicere nunc pergit Galenus, indicans, eadem & huic ſenſui ſymptomata accidere, quæ & reliquis in ſuo genere: ſed hoc tantum diuerſa, quòd propriam nomenclaturam non habent, uti quæ in reliquis ſenſibus oriuntur: quod in uiſu, auditúq; facit Galenus hic manifeſtum. In guſtu uero, pariter & tactu nomina deſunt, quibus eorum ſymptomata exprimamus: ni ſolum hæmodiæ nomen, quod ſymptoma indicat, ad tactricem præcipuè facultatem pertinens, eſtq; pathema id quo dentes per acidos, acerboſq; cibos ſuo mandendi munere fungi non poſſunt: ſtuporem quendam dentium eſſe, ac depraua tam in ipſis tangendi functionem Galenus 11. de Locis affectis, aſſerit: congelationem Auicenna uocat. Fit item ſymptoma hoc, non ab acidis tantum acerbisq; cibis, ſed etiam à uentriculi ſimulibus ſuccis, cum ſurſum exhalant, & acore ſuo ſe dentibus immiſcent. Tum & ab acida pituita in dentibus immerſa.

Tactum, omnẽ corporis partẽ pro inſtrumento habere.

Problema de tactu.

Ariſtotel. 3. de anima, tex. commen. 63. & 67.

Hæmodia.

Fen. 7. tertij cap. 23.

STVPOR uero in toto corpore, maximeq; membris, quæ Græci cola uocant, euenit, ex ſentiendi, mouendiq; difficultate compoſitus affectus: ac manifeſte uidetur, tum à refrigeratione, tum à compreſsione neruoſorum corporum, deniq; à torpedinis, marini animalis cõtactu prouenire. ubi uero citra aliquam huiuſmodi cauſſam ultro acciderit, tum uel uitæ ignauiam, uel ciborum multitudinem, craſsitiem, lentitudinem

lentitudinem,aut ſolitæ ſecretionis ſuppreſsionem anteceſſiſſe neceſſe eſt.

STVPOREM Galenus inſignem quandam refrigerationem eſſe teſtatur, qua membris ſenſus, et motus difficultas infertur. Ob id uero toti corpori merito accidere ait Galenus, quòd cum tactus ſymptoma ſit, cuius & ipſius uniuerſum corpus particeps eſt, fit, ut in toto corpore ſtupor accidere poßit, debili ſcilicet facta tactus actione. Verum ut id rarius, & magnam portendens noxam: ſic certe frequentius, ut particulatim membris accidat, quæ in uniuerſum Græci, communi nomine κῶλα dicunt: ijs uero potißimum, quæ & neruoſa ſunt, & localis motus ſuſtinent actionem, qualia ſunt pes, tibia, crura, manus. Stuporis in totum cauſſæ, refrigeratio inſignis, uel ab aëre, cibis, & potibus, uel ab medicamentorum refrigerantium uſu: quòd hæc neruorum ſubſtantiam tum cogant, tum etiam animales ſpiritus craßiores, & ſuo ipſorum muneri obeundo minus aptos efficiant: unde ad ſenſum, & motum pigriora membra redduntur. Idipſum præſtat neruorum à duro quopiam compreßio, ut ſi uinculo membra arctentur, aut pondere quouis neruis appoſito opprimantur, ut cum in alteram manum innixu dormitur, aut duriuſcula ſede infima premantur, uel tandem cum à uicinæ partis abſceſſu, uel oßis fractura, aut luxatione nerui afficiuntur. Sed omnium maxime ſtuporem inferre creditur marini piſcis contactus, quem ab effectu torpedinem dixére omnes. Hunc Ariſtoteles ea eſſe natura, uafroq; ingenio prodidit, ut piſces quos in eſcam appetit, afficiat ea ipſa, quam ſuo in corpore continet, facultate torpendi, atq; ita ſtupore retardos capere & ueſci. In quam rem ſe in arena abdere ſolet, & limo, et adnatantes, qui obtorpuerint, corripere piſces. Fœtus hæc ſuos intra ſe & emittit, & recipit, ut inuenta ſit olim prægrandis torpedo, quæ octoginta circiter intra ſe partus haberet, ita tradente Ariſtotele: hanc Veneti, Sgramtum (quaſi torpeſcentis membri affectum dicas) appellant. Romani, Battipotã, uel Oculatellam, quòd in eius dorſo quinq; ocellos ſubnigros natura depinxerit. Color illi prona parte ſubruffus, ſupina candidus. Hæc de torpedine Iouius: de qua multò plura Plinius lib. 9. & 32. naturalis hiſtoriæ. Sed ad externas hæc omnia cauſſas ſunt referenda: ad internas pertinent, uitæ ignauia, craßi, lenti, & multi alimenti immodicus uſus, ſolitæ excretionis ſuppreßio, menſium ſcilicet, mariſcarum, profluuij alui, aut uomitus. Nam ſunt non paulò plurimi, quibus hæc ſtatis temporibus etiam per ſequundam ualetudinem recurrere ſoleant.

1. de locis aff.

Stuporis cauſæ.

Torpedo piſcis.

9. de nat. Animaliũ, cap. 37.

6. de nat. Animaliũ, cap. 10.

IGITVR continua cauſſa, aut continens, aut inhærens (licet enim pro cuiusq; arbitratu eam nominare) affectus nerui talis eſt, ut facultatẽ illi à principe parte miſſam, impedire poſſit. Atqui impedietur, ſi neruus meatu aliquo præditus (ut manifeſte in oculorum neruis uidere licet) uel obſtructus eſt, uel compreſſus: ſi uero meatum non habet, idem illi eueniet, ſi uel conſtringitur, uel refrigeratur. Quum igitur mea-

Anat. cap. 2.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 201 sur 428

tum aliquem obtinet neruus, per quem, ueluti per uiam, animalis facultas è principe parte ad ipsum delabatur, ea si fuerit obstructa, facultatē impediri, nemo non perspicuè intelligit. Quod si neruus extrinsecus comprimatur, meatum fieri arctiorem, ne hoc quidem in obscuro est. Si uero nullus fuerit meatus, sed uti solis radij per aquam, aërem ue transeunt, eodem modo facultas à principio per neruorū corpora permeauerit, ipsa in transitu impedietur, si ad immodicam crassitudinem nerui permutentur. Sed neq; hoc pluribus argumentis probare oportet, præsertim apud eos qui meminerunt eorum, quæ aëri, aquæ ue accidere solent. Quippe nebula, fumus, aut nubes in aëre cōstituta, cœnum uero, aut limus in aqua, impediunt, prohibentq; quo minus solis splendor syncerus pertranseat. Haud aliter neruus, si immodice crassus, durusq; fuerit, delationem offendet facultatis: fit autem crassior, si uiscidis, crassisq; succis nutricetur, aut ubi uiolento frigore constringitur. Quod si ab aliquo corpore duro extrinsecus adueniente comprimatur, ne sic quidē prębebit expeditum facultati transitum. Huiusmodi redduntur nerui, ubi uel laqueo, uel manibus constringuntur, aut ubi extrinsecus à uicinæ partis phlegmone, uel scirro comprimuntur, aut ubi luxatis, fractis ue ossibus fiunt arctiores.

Facultas animalis ut in neruos feratur.

EX HOC *loco constare uel euidentißime puto continentē, & continuam, quam uocant, causſam in morbosis pathematis, Galeno aßignari. Quamobrem merito stuporis præcipuam esse causſam censet eum nerui affectum, qui faculatem illi à cerebro missam quo minus ad ipsum perueniat impedire poßit. Quandiu nanq; hic in neruo affectus consliterit, tandiu & stuporis sensum adesse necesse erit, destituto utiq; ea facultate membro, per quam tangendi functionem rite obibat: remoto uero eo affectu, extemplo quidem & stuporem auferri, restituta scilicet membro facultate, consequans certe erit, unde haud immerito huius pathematis coniuncta causſa is nominatur affectus: quòd ea sit continentis causſæ ratio, ut ea posita alterum ad eam consequens ponatur, remota, remoueatur. Quod genus causſæ definiisse est uisus 1. de l. ocis affec. Galenus, dum inquit axioma id esse, Quo tangente afficimur, & separato cessat affectus, causſam arbitrari oportere: uti suprà cap. 2. huius libri exacte monstrauimus. Cæterum hanc stuporis continuam causſam ad nerui affectum referre oportet: est autem is, obstructio in neruis meatum habentibus, quales optici sunt: nam ij propriè obstrui dicuntur, quòd eorū cauitas crasso quopiam, & lento succo, aut etiam multo impleri, obturarī ue poßit: ab hisce namq; causßis obstructionē fieri Galenus asseuerat. Qui uero nerui solidi sunt, ij obstrui propriè non possunt: quòd cauitatem*

Causſa continens stuporis.

Continentis causſæ ratio.

9. Metho. Qui nerui obstrui possunt: qui minime.

tem impleri, aut claudi aptam non habeant: nam obstructio, obturationẽ quandam significat, quæ à Græco θύρα (quod ipsi ianuã uocant) deducitur. Eò fit, ut quæ meatu carent, ea obturari nullo pacto possint. Proinde si solida substantia nerui constent, impedietur quidẽ animalis facultas ad eos trãsmitti: si crassiores, & compactiores fiant, si premantur, si adstringantur, & in uniuersum, si instar caliginosi aëris, turbidi, & fumosi, lucem solis non recipientis, ad proportionẽ & ipsi quoq; nerui, cerebri uim non recipiant. ut enim aërẽ peruium esse oportet, lucidum, nullaq; caligine turbatũ, ut solis splendorẽ suscipiat, sic & neruos neq; compressos, neq; adstrictos, neq; crassiores esse oportet, si facultatẽ sibi à cerebro missam sunt libere susceperi. Nam ut aëris, & aquæ substantiã solis splendor radiorũ ui permeat, sic & solidos neruos cerebri facultas, quæ cum incorporea sit, instar radiorũ solis, uacuũ non postulat locũ, ut sese inferat, quamquam loci, per quẽ transit, puritatẽ requirit. Quæ causa est quòd nebulam, aut nubibus obductũ aërem, splendor solis sincerus permeare non queat, quòd crassum sit delationis medium, & lumini suscipiendo ineptũ. Hoc autẽ inter Nubem ac Nebulã interesse docti plerique omnes uolunt, quòd Nubes, uapor sit humidus, in sublime egressus, quã & ipsam à Græco, νέφος, quod apud illos a priuatione lucis nomẽ accepit, deduci tradunt: Nebula uero uapor sit è terra, atq; aquis surgens, quæ, siue statim euanescit, siue in altũ sublata, in nubem conuertitur. Aristoteles uero lib. de mundo ad Alexandrum, utrumq; ita discriminat, ut sit nubes crassamentũ exhalationũ conuolutũ, uim habens aquæ gignẽdæ. Nebula uero, expiratio quædam sit rosida, aquæ nequaquam genitrix, aere quidem crassior, nube rarior. Nubes item quocunq; tempore fieri possunt, nebulæ nec æstate calida, nec nimio frigore. Quod sexto huius tractationis libro pulchrè Galenus ijs uerbis innuit: Frigidissima (inquit) cõstitutio maximè spirante Borea, aërẽ serenioreẽ reddit: ac calidissima per æstatẽ cõstitutio, ambientẽ nos aërẽ purũ efficit: mediæ uero constitutiones nebulas pariunt. Constat igitur stuporis eum nerui affectũ causam esse, per quem animalis facultas deferri prohibetur: prohibetur autẽ, si constringantur nerui laqueo, innixu, manibus, uicinæ partis phlegmone, scirrho, osse fracto, uel luxato, item si crassescant, si obstruantur.

Nubes. Nebula.

PRINCIPIO igitur stupidi fiunt, deinde omnino & sensum, & motũ amittunt: nominaturq; huiusmodi ipsorum uitium Paralysis, id est neruorũ resolutio. Hæc quanquã sub eodem genere, quo stupor, continetur, differt tamen magnitudine. Quod si omnes neruos occupauerit, derepente uniuersum corpus & sensu, & motu priuabitur, succedetq; citissima mors, quòd prohibita sit spiratio. Si spinæ principium lædatur, solæ partes capitis, quoad uixerit animans, & sentire, & moueri possunt. Quod si cerebro quoq; noxa acciderit, qui sic afficiuntur, ij omnium partium & continentiam, & sensum ilico deperdunt. Atqui uiuere possunt utriq;, tan-

Lib. 3. Loc. aff. cap. 10. atq; lib. 8. Therapeu.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 203 sur 428

to ſcilicet tempore, quanto uiuunt íj, qui præfocati ſtrangulantur. Spina uero in inferiori loco affecta, nempe ſub ea neruorum propagine, quibus thorax attollitur, idq; uel ob luxatam aliquam uertebram, uel alio quouis modo, ſi quidem ingens fuerit affectus, partes inferiores omnes ſubitò & ſentiendi, & mouendi facultate priuantur. Si uero non ita uehemens fuerit affectus, ſtuporem inducet. Atque íj mortem effugiunt: quandoquidem ſpiratio in ipſis ſeruatur. At quibus quinta ſpinæ uertebra affecta eſt, eorum manus omnino & ſenſum, & motum amittunt: quibus uero ſexta, íjs non in totum ſentiendi, mouendiq; facultas perit: quippe primæ brachij partes illęſæ ſeruantur: id uero multò magis, ſi ſeptima ſpinæ uertebra fuerit affecta. Octauæ uertebræ affectus, perquam exiguam, hac uero inferiorũ nullam penitus noxam manibus inducere poſſunt. At uero uox perit omnibus, quibus ea ſpinæ pars, quæ in ceruice eſt, fuerit affecta. uerum id non ab omnibus ſpinæ uertebris euenire ſolet. At quantum offenſæ ſingulæ poſsint afferre, in tractatione de Voce iam definitum eſt. In preſentia uero plura, quàm opus erat, dixiſſe mihi uideor. Neq; enim omnia particulatim in hoc opere ſymptomata perſequi propoſitum eſt: ſatis enim fuerit eorum cauſſas generatim explicare.

Lib. 1. Loc. aff. ſub fin. & cap. 5. lib. 4. de lib. 2. quidem. ſub fin. lib. 2.

Vide Gorr. de gen. ſub fin. lib. 1. Loc. aff.

Lib. 1. Loc. affect. ſub fin. & lib. 4. cap. 7. Verum, ſecundo notandum ſpinæ ſingularum partis ſub. nominandum, qui à cerebro bus ordinibus.

IS Nerui affectus qui ſtuporem parit, idem quoq; ſi uehementior fuerit, reſolutionem creabit: quæ etſi eiuſdem cum ſtupore ſit generis, magnitudine tamen & periculo uincit: quum ſit ablata membri in ſenſu & motu functio. Quod ſymptomatis genus ſi omnibus pariter neruis ex æquo accidat, Apoplexiam uocare ſolet Galenus: ubi uero alteri laterum, dextro aut ſiniſtro euenerit, affectum huiuſmodi Reſolutionẽ eſſe cenſet. Particulatim uero, ſi una quæpiam ſpinæ pars afficiatur, eam tum partem ſenſu, motioneq; priuari continget, quæ ab ea functionis ſuæ facultatem ſuſcipiebat: quod ſingulatim hìc docet Galenus, indicans ad quas neruorum propagines læſas, in uoce, reſpiratione, manibus, brachijs, læſio obueniat. Quæ qui exactius ſcire uolet, primùm neruorum omnium exortus, & in quam quiq; ſe fundant partem, memoria teneat: deinde, qui cui membrorum actioni præpoſiti ſunt: & id quoq; protinusq; manifeſtum fiet quæ membra ad ſingulorum neruorũ læſiones noxam ſubeant: idq; maxime, ſi Anatomicos Galeni libros, & eos item qui de Partium uſu, tum & qui de Voce, & reſpiratione inſcripti ſunt, diligenter perlegerit. Nos uero omnem de neruorum affectibus rationem ſeorſim expreſſa Tabula ſumus tradituri, qua ſimul & neruorum uſus, & origines, & membrorum illis ſubditorum affectus conſtabunt.

Reſolutio q̃d.

3. de Loc. affec.

In uniuer

Voca Symptomata { Communia Propria Nerui, qui à cerebro ipſis hinc deſcendunt. Linguæ Nares Labia Dentes

IN VNIVERSVM igitur dicamus de cuiuslibet ſenſus offenſa, quòd nerui qui ſentiendi uim ſuppeditant, dum ualent, ijdem eam lædunt, ſi fuerint affecti. Si uerò cuiuslibet nerui facultatem ſcire cupis, eos qui ad reſpirationem conferunt, in libro de Reſpirationis cauſsis, eos uerò qui ad uocē, in libello de Voce explicauimus. atq; de his in alijs tractationibus accuratè ſcripſimus. De neruis uerò qui ceruici, capiti, uentri, manibus, & cruribus, facultatem ſuppeditant, & alij quidam ſuperioris memoriæ non inutiliter ſcripſerunt, & nos de ijs in libro de Corporum ſectione tractauimus. At in preſentia de Senſuum ſymptomatis ſermo nobis proponebatur. Quum itaq; partes quæ ab impetu per neruum aliquem mouentur, ipſæ protinus per eundem neruū ſentiendi quoq; functionem obtineāt, duplex neceſſario noxa ſequitur illius nerui morbum: altera ſenſum, altera motum impediet. Quomodo igitur quarundam partium mouendi quidem ab impetu functio reſolui uidetur, illeſa ſentiēdi facultate: ac quomodo rurſus aliæ mouentur quidem, ſed non ſentiunt, in lingua & oculis nihil habet ambiguitatis: quippe quæ duplici neruorum genere participāt: at in quibus membris duri dūtaxat nerui inueniuntur, hac ratione quæſtio explicabitur. Si ablata cute ſubiectus muſculus, qui nudus eſt, immobilis uideatur, ſentiat uero tangentes, exiguam ei noxam accidiſſe putandum eſt: nempe quòd tantam animalis facultatis partem ſuſceperit, quanta ad ſenſus excitationem ſufficiat, ad muſculi motum non ſufficiat. Quippe tactionis ſenſus pati aliquid potius, quàm agere deprehenditur: proinde ab exigua facultate functio eius perfici poteſt. Muſculorum uerò motus in agendo, non in patiēdo, actionis efficaciam habet: is enim totū corpus transferre poteſt: quapropter plurima indiget animali facultate: neq; aliter unquā accidere deprehendes, ut moueatur quidē nudus muſculus, ſed non ſentiat. Verū nihil mirū uideri debet, ſi adiacens illi cutis ſenſum amittat, muſculus uerò ipſe moueatur: quēadmodū etiam uſu uenit, ut duorum muſculorum, alter quidem moueatur, alter uero immobilis ſit, aut alter quidē ſentiat, alter uerò ſenſum amiſerit. Id uero ob hanc eis cauſſam euenire ſolet, quòd neruus alterius læſus eſt, alterius uero manſit illeſus. Sic etiā fieri poteſt, ut neruus per cutem diſperſus offendatur, qui uero

Cur pereunte motu ſeruetur i parte ſenſus.

Ex Ariſtotele. 2. de Anima. capi. 11. text. cō. 118.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 205 sur 428

per musculum spargitur, noxa uacet. Sic econtrario fit, ut ille læso cutis neruo, lædatur neruus musculi. Atq; de propositis symptomatis hæc dixisse satis sit.

PERPETVVM hoc quidem est, & Galeno frequēs, cuius causſa sanitas fit, eiusdem uitio morbum fieri. Sic primo huius tractationis libro, In quocunq; inquit, genere sanitas cōsistit, in eodem, si à modo deflectat, morbus erit: quæ causſa est, quòd ualentes nerui sentiendi functionē incolumem præstent, ijdem affecti eandē uitient. Sed cum sentiendi, mouendiq; functio eadē in parte, nō semper ab eodē neruo fiat, ut alius sit qui motionē, alius qui sensum suggerat (uti in lingua, & oculis apertissime est uidere) cōtingit sæpenumero harum functionū alteram seruari, reliqua pereunte, prout in neruū unius, aut alterius actionis opificem affectus inciderit. Verum ubi eodem neruo functio utraq; membro præstatur, maiorem tum ambiguitatem res habet, cur inquam resoluta motus functione, illæsus in eadem parte sensus maneat, contraq; nonnunquàm, ut seruato motu, pereat sensus. In prōptu uerò ratio est, quòd ubi diuisus per musculū neruus affectus est, siquidem uehemens sit uitium, & sensum, & motum simul lædi: sin leuius fuerit malum, seruari quidem sensum, utpote qui nō tantum roboris desideret, motum uero, eo quòd robustis egeat uiribus, perire: quæ dissectorum in huiusmodi quæstionibus explicādis ratio est. An uero seruato motu sensus in parte auferri possit, ampliorem multo difficultatem habet: nec fieri posse putat Galenus: quòd qui motui sufficit neruus, idem certe & sensui multò plenius sufficiet. Sed tamē non raro eucnire uidemus ut cutis neruo affecto, illæso uero qui ad musculum fertur, motus quidem seruetur, pereat autē sensus, quòd cutaneus affectus sit neruus, illæsus uero musculi. Verum de ijs Galenus amplius 1. 3. & 4. de Locis aff.

CAPVT VI.

DELECTATIONE uero, ac dolore, omnes sensus affici possunt, sed dissimili efficacia: quippe uisus parum afficitur, tactio uero, & gustus, maxime: mox ab ijs olfactus, atq; hunc sequitur auditus. Sed quæ est communis omnium causſa, & quæ singulorū propria: Communis quidē, quam Plato in Timeo his uerbis explicat, Pathos præter naturam uiolēter, & affatim incidens, dolorem excitat: quum uerò ad naturalem habitum redit, idq; rursus affatim, delectationē inducit. At quod sensum, paulatimq; fit, sensu non percipitur. atq; hactenus Plato. Hippocrates uero Platone uetustior, Ab his, inquit, quæ, naturā mutant, ac corrumpunt, dolores excitantur: Hac quidem uocula, Corrumpunt, & celeritatem, & uehementiā trāsmutationis indicans.

Plato.

Hippocrates. Lib. de Loc. in Sp. primo

Dolor, & delectatio quid.

DOLOR tristis est sensus: delectatio blandus, & naturæ conueniens. Ob id autē sensibus ex æquo omnibus utraq; accidere possunt, quòd sine sensu quicquam

quam nec dolore affici, nec uoluptate poßit. Eoq; fit, ut quæ partes ſenſum amiſere, & ipſæ quoq; dolore carere dicantur, etiam ſi dolorifica quæpiam in ijs ſubſit cauſſa: hoc namq; uult xij. Metho. Galenus, cuius cauſſa in promptu eſt, quòd inſenſilis pars eo careat, quo dolorem eſt perceptura: nempe ſenſus. atq; ob id rectè ſenſuum peculiaria ſymptomata hæc eſſe traduntur. Viſus autem, etſi pro reliquorum ſenſuũ natura, & dolore, & uoluptate affici poteſt (quòd à nimio ſplendore, & diſſipantibus coloribus uehementer offendatur, à mediocri luce, & medijs coloribus uoluptatem ſentiat) non æquè tamen atq; cæteri ſenſus ab his lædi ſolet: quum uehementes illos repentinosq; motus, quibus & uoluptas & dolor infertur, ob exactam ſui naturam minime ſuſtineat. tactus uero & guſtus (quòd ſolidior craſtiorq; ſit horum ſenſuum inſtrumentorum eſſentia) & delectationem, & dolorem multò amplius percipere poſſunt. Doloris porro in uniuerſum, cõmunis apud Platonem cauſſa eſt, pathos, id eſt, motus præter naturam uiolenter, affatimq; incidens. Eius in Timeo hæc ſunt uerba, Quod præterea (inquit) ad uoluptatem attinet, & dolorem, ita conſideretur, Paßio uiolenter, præterq; naturã, abunde ſimulq; nobis illata, moleſta fit, rurſus quæ in naturam abunde, ſimulq; reuertitur, dulcis. Hæc Plato. Itaq; dolorem excitant quæcunq; uehementer afficiunt, & è ſuo ſtatu celerrimè corpora mouent: ſicuti delectant, quæ ad naturalem habitum, regreſſum uelocem, citamq; conuerſionem faciunt. Atq; hæc ſecundum Platonem, & philoſophicè magis. Secundum Hippocratem uero, quæ naturam corrumpunt, dolorem ea excitant. Scitè quidem pro ſuo more Hippocrates, breuiterq; omnem doloris cauſſam hac una uoce, corrumpunt, cumulatiſſimè eſt complexus. Etenim naturam noſtram corrumpere nequeunt, quæ lento gradu ſui ſenſum excitant: quæ & ipſa alterare quidẽ, & extra temperamentum ducere poſſunt: euertere, & corrumpere non ſic certe poſſunt. At quæ derepente, uiolenterq; incidũt, ea certè naturam noſtram corrumpere ſunt maxime apta, eoq; dolorem inferre potentia. Exemplo ſunt deleteria uocata medicamenta, quæ quum ſui natura uehementer, affatimq; nos immutent, eadẽ protinus & corrumpunt, & dolores maximos (potiſſimum quæ ex ijs calida ſunt, & eroſione enecant) infrunt: ut eſt Galeni 4. de Simplicium fa. ſententia.

Viſum læduntia & lædentia.

Quæ naturam noſtram corrũpere poſſunt.

PORRO uehementes eueniũt in tactu à naturali habitu trãſmutationes, ob uiolentum calidi, frigidiq; occurſum, atq; ob eas res, quæ cõtundere, ſecare, extẽdere, aut erodere poſſunt. Nam ſiccitas, humorq; niſi calori, frigoriq; cõiungantur, occurſu ſuo uim inferre non conſueuerunt. Id quod facile intelliges, ſi librũm quem de ſimplicibus medicamentis conſcripſimus, perlegeris: ubi iam demonſtratũ eſt, frigus aliter q; calorẽ, delectationẽ inducere: ipſum tamen, eo quòd ſubſtantiam diuellit, dolorẽ etiã excitare. Quippe res quæ ita cõtundunt, aut intẽdũt, ut corporibus rupturæ periculũ afferãt, planè inter dolorum cauſſas numerandæ ſunt: ſimiliter etiã quæ pungunt

An ſiccitas & humiditas per ſe, dolorum ſint cauſſæ.

pungunt aut secant. Nam & sectio, & ruptio dolorem infert, non posteaquam facta est, sed omnia huiusmodi, dum fiunt, inter dolorum causas reputantur. Nisi ad huiusmodi pathemata dolor aliquando ex accidẽte sequatur, ubi acres humores ulcerata mordent corpora, interdum innata quoq; phlegmone, ultro citroq; partem intẽdendo, dolorem efficit: idem subinde facit immodicus calor, aut humorum acrimonia.

Lib. 3. nel 4 tert.

IN TACTV uehementes oriri dolores, magnasq; in eo à naturali habitu fieri euersiones, in caussa esse uult Galenus, quòd quæ illi occurrũt uiolento quodam motu, ac impetu uim inferre cõsueuerunt, ac non specie modo corpore nuda, & (ut Philosophi uocant) immateriali, sed tota etiã corporea qualitate, sui sensum efficere solent: eoq; & uehementius sentiuntur, & suo sensu molestiam inferunt. Nam cum crassior quodammodo cæteris sensibus tactus ipse sit, oportet nõ nudas tantũ ab eo tangibilium species, sed & ipsas etiam corporeas qualitates plenè percipi, ut noxia uitare, iucunda apprehendere ualeamus. In quem usum hũc homini sensum datum esse, omnibus ex æquo cõuenit. Quæ igitur calore, frigiditate hic, affatim, ac uehementer alterant, dolorem certe plurimum excitare possunt: quòd qualitatum omnium, testibus Aristotele & Galeno, eæ sint longè efficacissimæ, & ad agendum maximè idoneæ. De siccitate uero, & humore maiorem ambiguitatem habet, an dolorem ipsa inferre possint. Quanquam de siccitate non tam uehemens quàm de humiditate cõtentio: cum in confesso sit, siccitatem immodicam (per accidens saltem) nimia adstrictione, & continui solutione, & quandoq; etiam diuisione, dolorem inferre posse. Quod in ijs præsertim medicamentis, quæ summè exiccãt, experiri licet: nam nullũ tale est inuenire, quod & idem non urat, uel teste Galeno, cuius generis æs ustum, & eius squãma esse perhibentur. Verum id uno ore fatentur omnes, atq; ipsemet Galenus ab huiusmodi qualitatibus, præsertim humiditate, dolorem non per se inferri: quod & Arabs sensit Auicenna, & Neotericorum Euangelista Mesueus. Cuius rei hãc esse caussam uolunt, quòd suæ actionis imbecillitate uim aut nullã, aut certè modicam faciant: sunt enim qualitatũ elementarium omnium, eæ imbecillimæ, & ad patiendum quàm ad agendum appositæ magis. Quamobrem nudæ si sint, dolorificæ certe uix esse possunt: uerum si affluxu substantiæ cuiusppiam comitatæ mẽbrum quodpiam obsederint, tum per accidens, dolorem inferre possunt, replẽdo, distendendo, inflammando. Verum id non humiditati, aut siccitati, per se, sed calori cum ijs qualitatibus iuncto, aut humori ijsdem qualitatibus prædito potius adscribendum. Vnde meritò damnandum in hoc, Drusianum censeo, qui arbitratus sit ab alteratione secundum quamlibet primarum qualitatum, sentiri dolorem posse. Nam etsi uerum est, humiditatem, & siccitatẽ non omnino ab actione priuari, cum in seinuicem agant, & pro sui ratione uariè corpora immutent: non ea tamen alteratione mutare possunt, qua dolorem inferant: præsertim, quæ humida sunt. Etenim quæ dolorem mouent, uehementia esse, & actionum offensiua,

Tactus cæteris sensibus crassior.

Tactus cur nobis datus.

Aris. meteor. 4. cap. 1. Gal. lib. de consti. artis.

An siccitas & humiditas dolorum caussæ.

Quinto de simpla. cap. ultimo.

Fen. 2. prin. doct. 2. sum. 1. capi. 19.

Drusiani lapsus.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 208 sur 428

siua, oportet: quæ uerò humectant, secundo tantùm excessu, ut plurimum à temperamento distant, ut quod tertio ordine humectet, & noxam inferat, uix ullum reperias. Talia uerò læsionem corpori uehementem cum inferre nequeant, uel teste Galeno, relinquitur ut nec dolorem inferre possint. Quòd si alicubi sensisse Galenus sit uisus, ab huiusmodi qualitatibus subitò simulq; corpora alterari, ut secundo de Ratione uictus acutorum commentario primo, ubi doloris ex professo naturam tractat, & in Arte medicinali cap. LXXX. dicendum non id Galenum uoluisse, ita ab hisce qualitatibus corpora alterari, ut dolorem ab illis sentiant: sed id tantùm indicare uoluisse, à quibusnam in uniuersum alterationem subire corpora contingat, essèq; id ab eo exemplariter dictum: constat autem exemplorum non omnimodam perpetuò ueritatem requiri. Verissimum igitur est humiditatem, siccitatemq;, nisi calori, frigoriue coniuncta sint, quod ait Galenus, dolorem non creare. Calor nanque, & frigiditas, si modum superent, ex æquo mordacia fiunt, & illatiua doloris, calidum quidem alterando, & substantiæ continuitatem erodendo, frigidum diuellendo, & contrahendo. unde recte ab Hippocrate, ulceribus frigidum mordax, & aquiloniæ constitutiones oculos mordere dicuntur. Porrò cum ait ex sectione, & ruptione dum fiunt, non posteaquam factæ sunt, dolorem fieri, apertè indicare Galenus uidetur, dolorem perpetuò inter symptomata eius generis, quæ in motu consistunt, reponi debere, non in affectus genere. Quare etsi quandoque cephalgian, cardialgian, othalgian, morbos esse dicimus, abusiue id certe, & impropriè dicimus, pathematis nomen pro eo affectu usurpantes, unde in uariis illis membris dolor prouenit: qui certè nunquam morbus esse potest: sed symptoma potius, cum sequens affectum, qui in membro constiterit. Quamobrem in actione læsa, nempè tactus corrupta actione, quàm in constitutione reponi debere æquius Galeno uisum est. Nec placet quod Apponensis, Conciliator dictus, hoc loco inepte garrit, inquiens dolorem materialiter sumptum (sic enim ipse loquitur) morbum esse posse. Nam fieri nequit, ut dolor pro eo, quod doloris subijcitur, & ueluti illius materia est, sumatur: perinde enim est ac si dicas, hominem pro suo ipsius corpore sumi, quo nihil ineptius, aut stupidius dici potest. Quod etiam si detur, nunquam tamen conuincet tristem illum sensum, qui uerè dolor est, morbum esse. Nam etsi id, ex quo dolor nascitur, morbus est, molestus tamen ille sensus, cum perpetuò in motu, & alteratione consistat, morbus esse non poterit, uel ex morbi natura, qui autore Galeno id primùm postulat, ut sit in genere affectus, & permanentem habeat essentiam: quod dolori cõuenire minime potest. Vnde ineptissima eiusdem Conciliatoris exemplaris deductio intelligi potest, qua per calorem hecticæ, aut ephemeræ consistentem, sublata effectrice caussa, probare nititur, dolorem, constans aliquid & permanens quandoque esse posse, adempta etiam ea unde natus est, caussa. Nam cum doloris essentia (ut hic uult Galenus) in ipso alterari, & moueri perpetuò consistat, fieri nullo pacto potest, ut semota sui productrice caussa, à qua omnimodam essentiam habet, ipse permaneat: nisi enim sit quod tristem inferat sensum, dolor constare non poterit. Quare consequitur, ut in affectus

Quinto de sim. fa. ca. ultimo.

Ex Gal. 4. de simp. fa. cap. 1.

5. Aphor. & 3.

Dolor semper in motu est.

An dolor morbus esse possit.

Conciliatoris lapsus.

Primo de locis & Metho. 2.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 209 sur 428

ctus genere reponi nullo pacto poßit. contra quàm habituales affectus, qui nulla etiam præſente cauſſa permanere ipſi nihilominus poſſunt, & noxam inferre. At de his abunde.

PORRO guſtandi quoque inſtrumentum, quatenus tactione participat, à iam dictis cauſsis diuellitur: quatenus uerò ad guſtum propriè pertinet, ab amaris, acidis, acerbis atque acribus: quandoquidem horum ſingula, ut demonſtratum eſt, continuum diuidere poſſunt. iam à prædictis humoribus reſoluti uapores, odorationem quoque infeſtant: nam & ipſi continuum diuellunt. Auditionem uerò turbat uox, & aſpera, & grauis, & maxima, & celerrima. Atque quum hæc omnia in terrifico tonitru coire uideantur, accidit, ut nõnulli audiendi facultate priuati, omnino ſurdi euaſerint: quippe uiolentus ſtrepitus, audiendi inſtrumentum diuellebat. Ac uiſum quoque illuſtriſsimi ſplendores & offendunt, & ſimul corrumpunt, eò quòd diſcriminandi, ac diſcutiendi uim plurimam obtineant. Atqui diſcriminantia, ad diuidentium quodammodo genus pertinẽt. In omnibus uerò ſenſibus unum commune deprehenditur, nempe pathos quod moleſtum eſt, in diſcretione, ſimul & diuiſione continui, uniuſq; corporis, conſiſtit, ſi modo affatim inciderit. Affatim uerò dico, ſi uehemens fuerit, ſimul & repentinus occurſus. Hoc Plato quoque uolebat, quum diceret moleſtam ſenſionem, in corporibus ſenſu prædítis, fieri, ſi compoſitum ipſis pathema ex uiolento, ſimul & conferto, acciderit: neque refert ſiue moleſtam, ſiue triſtem, ſiue laborioſam, ſiue doloris participem uoces, neq; etiam ſi ipſum quoque pathema moleſtiam, triſtitiam, dolorem, laborem, dolentiam ue appellaueris. Atqui perſpicuũ eſt, Platonem ipſum pro eadem re, dictis nominibus omnibus, promiſcuè uſum, & in Timeo, & in Philebo, præterea in alijs libris, ſicubi de ipſis ſermo inciderit. Cæterum quòd Hippocrates in eadẽ ſit ſententia tum de nominibus, tum de rebus, & ex paulò antè dictis, & ex ijs quæ in reliquis ſuis libris omnibus conſcripta reliquit, manifeſtum eſt. Atque hoc modo in omnibus ſenſibus, moleſtum pathos oriri ſolet. At delectatio illi aduerſa, à contrarijs naſcitur cauſsis. Nam ſi ob diuellentia, quis periculum ſubierit, delectationem reuocabit, ſi affatim ad naturalem habitum redierit.

Affatim qd.

Delectationis cauſſa.

Linguam

LINGVAM, gustus esse instrumentum, superius dictum est. In id uerò præcipuè nobis datam, ut exuberanti suo sensu non calida modo, frigidáq; humida, & sicca, sed etiam quæ familiaria nobis sunt, quæq; contra, natiua sua discernendi potestate cognosceret, & Galeno item 1111. de simpl. facul. capite XIIII. dictum. At quoniam & ipsa tactu prædita est, uti & cæteræ reliquæ omnes sensibiles partes, eo fit, ut dolorē ab ijsdem causis sentire possit, nempe soluta iuius unitate, uel eius substantia intemperiem aliquam passa. Quæ causa est quòd à contundentibus, secantibus, punctiuram inferentibus, dolor inferri illi uehemens possit. Sed hæc tam, ut tactu præditæ parti, eueniunt: ut gustus autem organo, ab amaris, acidis, acerbis, & acribus noxam sentire, peculiare. Nam ut saporum differentijs ipsa seruit, sic & ab ijs, si modo a temperamento recesserint, ualde afficitur. Quod ut apertius demonstremus, horum saporum nobis altius ex Galeno inuestigandæ natura, ut quo pacto ab horum unoquoq; dolor inferatur, perspicuum fiat. Amara igitur omnia calida esse, quòd ab immodico nascantur caloris excessu, Galeni testimonio est receptū. Acerba, & acida temperie frigida esse, eidem Galeno exploratißimū item uidetur, uti & acria summum fere caloris ordinem obtinere. Vnde fit, ut cum sapores ij omnes longißimo quodam à temperamento excessu discedant, oportere tanto uehementiorem ab ijs gustus organo noxam inferri, quanto amplior fuerit horum à temperamento lapsus. Vt enim quæ bene temperata sunt, naturæ familiaria, & maximè grata occurrunt, sic contrà, molesta, quæ symmetriæ normam sunt egressa. Quare minime mirum, si ab ijs, uti linguæ temperiem ualde euertentibus, & substantiæ eius continuitatem diuellentibus, ipsam affici dixerit Galenus. Nam amara, & acria, caliditate nimia secando, diuidendo, quasiq; erodendo continuum soluunt. Ii nanque calidi effectus esse Galeno prohibentur, uti frigidi, contrahere, & densare, quod facere acerba, & acida solent. quæ eò à sciuicem distant, quòd acida perpetuò tenuis sunt substantiæ, crassioris acerba, hæc terrea magis, illa humidiora: acerba item extimam tantum membri superficiem tentant contrahendo, densando, & inæqualiter desiccando (hoc nanque exasperare, si Galeno creditur, esse censendum est, cum partis superficies inæqualiter exiccatur, quod acerbi proprium esse Plato in Timeo uoluit) acida uerò, in altum agere magis, & in ima etiam se fundere, tenuitate suæ ipsorum substantiæ possunt. Acidus item sapor à calore nasci solet, concoquere quidem incipiente, sed minime tamen perficiente: Acerbus à nimia frigiditate, calore scilicet natiuo nondum quicquam, aut ferè nihil dum moliente. Quæ causa est, quòd omnes propè arborum fructus, ortus sui initio gustantibus acerbi deprehendantur. Atque eæ præcipuæ acerbi & acidi saporis differentiæ. Nam hîc de acetoso nullus nobis sermo, ut qui longo interuallo ab acido distet, uel Galeni testimonio, quòd hic simplex sit, & impermistus, acetosus uerò ex acri, acidoq; permistus: atque ob id acrimoniæ particeps. Vnde Galenus, Diuersis (inquit) uiribus omphacis, acetiq; succus constant, quòd aceto accedat ex putrido calore acrimonia quædam. Proinde Aristoteles (subdit) rectè dixit, acetum proprio quidem uini calore frigidum esse, adscititio calidum. At omphacis

4. de simpl. fa. cap. 6. & 8. ubi supra.

Ex Galen. 1. de simpl. fa. ca. 20.

Acerbi & acidi differentia.

4. de simpl. fac. cap. 6.

Ex Galen. 4. de simpl. fa. ca. 14.

Ex Galen. 4. de simp. fac. ca. 11. Acidi & acetosi differentia. 4. de simp. fac. cap. 11.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 211 sur 428

©BIUM

succus calorem non habet. Hæc Galenus. Et rursus primo de simp. ficul. capite XXIIII. Acetum, ait, ex contrarijs qualitatibus compositum est, perinde ut lac: quod item antea eiusdem libri capite XIX. expresserat. Vnde facile uidere est, quanto à se inuicem acidus, acetosusq; sapor differant. Amarus uerò, & acris eo dißident, quòd ille perpetuò in re calida, siccáq; consistat, acris non semper. Nam huius generis quædam, multa humiditate pollent, ut bulborum pleraq;: item acriora tenuiora sunt, & ad agendum ualentiora: amara, ut crassiora, sic & inualidiora. At de saporibus satis. Ad institutum uerò redeuntes, id cum Galeno dicimus, uehementes omnes, de repenteq; incidentes motus, sensus omnes corrumpere, & ualidè immutare solere, uti auditum tonitrua, & asperæ uoces: uisum, maximè illustres, & luce nimia splendentes colores, & quæcunq; affatim uisus aciem perstringere possunt, ut solis cõtuitus, & huius generis alia multa. Quorum sanè omnium hanc esse caussam, Philosophi, pariter & Medici omnes censent, quòd, quæ uehementi, simul & repentino motu occurrunt, quod est affatim incidere, ut hìc uult Galenus, multo recessu à sensoriorum temperie distare oportet. unde per ualidum motum, continuum soluere, per intemperantiam autem, naturam sensoriorum temperiem euertere possunt: excellens nanque sensibile omne, sensorium corrumpere solet, uel Aristotelis sententia. Quòd uerò cõmune id sensibus omnibus Galenus esse dixit, ut pathos molestiã inferens, in discretione, & continui diuisione consistat, non ita accipiendum, quasi doloris unicam tantùm censuerit esse caussam, continui diuisionem, quod illi ex hoc loco, sed falsò tribuere apertißimè Arabs Auicenna est uisus, dum illum erroris arguere Fen. 11. primi nititur: sed hoc tantũ uoluisse arbitrandum, uniuersa hæc quæ sensibus dolorẽ inferre dixit, eò inferre, quòd uiolento suo, ac repentino motu continuũ soluant. Nam cùm sensus ratio in symmetria quadam consistat, ut 11. de Anima uult Aristoteles, & quæcunq; fortiora sunt, & citato motu occurrũt, hanc temperamenti rationem corrumpere nata sint, ut idemmet tradit, eo fit, ut ab excellentibus quibusq; qualitatibus euerti sensuũ moderatio soleat. Quamobrem meritò & lucidi colores uisum, & auditũ graues uoces, & gustum intemperati sapores euertere possunt. Idipsum enim Aristoteles sensibus omnibus, quod concentui seu harmoniæ euenire censet: nam ut concentus dissoluitur ratio, si plusculum intentis chordis uehemẽtius pulsentur, sic ad hunc modũ, sensus non sine dolore labefactari solent, cum quippiã immoderantius in eos inciderit: contraria nanq; est temperiei, immoderatio omnis. Atq; ob id rectè, à quibusuis intẽperatè, & subitò occurrẽtibus sensibus dolor infertur. Sed non protinus ex eo concludendũ, continui solutionẽ unicam Galeno statui doloris caussam: cum in lib. de Inæquali intemp. idem ipse exactißimè docuerit, inæqualem intemperiẽ doloris esse caussam, ijs penè uerbis, Tanquam autẽ (ait) ex densione febris accenditur, alterato uidelicet corporis temperamento, itidem nonnulli sæpe ex frigore refrigerati toto corpore uehementer sunt, aliqui uerò etiam perierunt. Iam quod ij omnes etiam doleant, ne id quidem latet. Et paucis interpositis, Et quisquam, subdit, quum tam luculenter uideat, intemperiem inæqualẽ doloris esse caussam, etiam de internis doloribus dubitet? &c.

An non

Amari & acris differentia.

Ex Galen. 4. de simp. fac. ca. 18.

Sensus omnes à quibus euerti soleant.

Affatim quid.

2. de ani. ca. 12.

An solutio continui unica tantũ doloris caussa.

Fen. 2. primi cano. doct. & summa, 2. cap. 19.

Cap. 11.

3. de ani. ca. 11.

An non ex hoc loco euidẽtißimè intemperiem doloris eſſe cauſſam monſtrauit? Quod & rurſus in arte medicinali, cap. 80. & hoc ipſo capite ſub initium lucidius explicauit, illic quidem, dicens dolorem, quemcunq; obſederit locum, aut continuitatis ſolutionem, aut ſubitam alterationem monſtrare: indicansq; à quibus ſubita inferri alteratio poßit, idipſum fieri à caliditate, frigiditate, humiditate & ſiccitate oſtendit. Hoc ipſo capite autem, in tactu uehementes fieri à naturali habitu euerſiones tradit, ob uiolentum calidi, frigidiq; occurſum. Quibus uerbis quid apertius dici poteſt, ad id probandum quod modo aßumpſimus? Quòd & fuſius 11. de Locis affect. & 11. de Ratione uictus acu. Commen. primo, & X 11. Methodi med. & rurſus X 111. ab eodem Galeno monſtratur, & item de Locis affect. 4. cap. 8. ubi inæquales intemperantias dolores ſæpenumero excitare, apertißimè declarauit. Nec ualet ratiocinatio talis, Dolor in ſenſibus ſolum à continuitatem ſoluentibus excitatur, ut hic Galenus, igitur omnis dolor ab huiuſmodi tantum cauſsis naſcitur: quæ Auicennæ ratiocinatio eſſe manifeſtò apparet: eſt enim argumentum id ex particulari ad uniuerſale: quod ineptißimum ſemper Dialecticis uiſum eſt. Quale utiq; hoc eſſet, Induratio, & concretio luti à ſole eſt, omnis igitur concretio à ſole: quis hoc dicat? Adde quod nec in argumento aſſumptum perpetuò uerum eſt, ſenſus inquam, ſolum à continuitatem ſoluentibus dolere: nam & dolent etiam à ualido calidi, frigidiq; occurſu, ut uult Galenus, & experiuntur, quicunq; per algentia, & niuibus obſita loca obambulant, aut per ardentißimos ſoles itinera longa emetiuntur. Deſinat igitur Auicenna (iniquus certè in hoc Galeni interpres) omnium nobis bonorum autorem & ducem Galenum, erroris arguere, & ueluti calumniando, frigidis rationibus circumuenire: ſi modo rationes cenſendæ ſunt, ac non potius paralogiſmi, quæ falſo nituntur fundamento, & quæ nulla demonſtrationis fide, aut ueritatis robore conſtant. In Auicennam.

PROINDE ſicut cæruleus color iucundiſsimum eſt oculis ſpectaculum, ita ſplendor candicans (qualis in ſole cernitur) maximum ipſis dolorem inferre poteſt. Poſt hos ſecundo loco, moleſtus quidem eſt color albus, delectat uero fuſcus: ille ipſius eſſentiam diſcriminat, diſſoluitq;, hic eam cogit, idq; citra uiolentiam. Neq; ſatis erat, ſi cogeret duntaxat, ita enim color niger eſſet iucundus: id uerò haudquaquam uerum eſt: ipſe enim uiſionis eſſentiæ aduerſatur, eò quòd ipſam cogit uiolẽtius, quàm ut eam ad naturalem habitum reducat. At uerò id quod nigrius eſt, ſplendidiſsimo minus offendit: non quòd aduerſa intemperies minus ſit moleſta, quàm ea quæ cognati generis eſt. (Nam quod ad hanc rationem pertinet, nigrum ſplendido eſſet moleſtius) ſed quia uiſionis inſtrumentum ſplendidum eſt, & omnis ſplendor tenui ſubſtantia conſtat: nigrum uerò ſemper craſſum. At-

©BIUM

Lib. 1. febr. cap. 2. Lib. 1. simpl. 10. cap

qui natura comparatum est, ut tenuis quæq; res, crassiore, in agendo, semper sit efficacior. Quum itaq; in idem uicissim peruenerint,& tenue,& crassum, minus agit crassum in tenue: quippe quòd ad patiendũ ab hoc magis sit idoneum. Sic igitur sol quoq; uisioni officit: nam quum tenuior sit, protinus ipsam discriminat discutitq;. Atqui si essentiæ familiaritatem spectes, ipsum minus, quàm ea quæ contraria sunt, offendere conijcies: Si uerò robur, quo ad actiones efficacior, uiolentiorq; est, cõsideres, ipsum perquam celeriter uisioni incommodare posse deprehendes. Vt enim breuissimo tempore splendor solis uisionem afficere potest, ita si quis diu in uastis tenebris degat, ut nullũ omnino splendorem intueatur, is luci restitutus, nihil penitus uidere poterit: quippe extinguitur quodammodo uisio,& crassior, obscuriorq; redditur. Igitur non ab re cæruleus color, ut uisioni iucundissimus est, ita maximã præbet utilitatem, sed non illi quæ à sole discussa est: huic enim, utpote iam ægrotanti, contrarium adhibendũ est remedium. Ei uerò quæ sana est, sed fatigata, color cæruleus, fuscusq;, saluberrima sunt spectacula. Neq; enim discriminant, ut splendor, candorq;, neq; atri coloris exemplo, ipsam cogunt, ac extingunt. Porrò fuscus color ex albo, nigroq; mixtis nascitur: cæruleus uerò, ubi candor splendori iunctus, non ita parum in nigrum degenerat. Sic enim de utroq; Plato nos docuit, nempe quòd ex contrarijs, extremisq; inuicem mixtis, medij moderatiq; colores nascuntur: qui utrosq; excessus, qui uisioni incommodant, fugiẽtes, moderatas ipsius fatigationes corrigunt: haud aliter quàm color niger morbos à discretione euenientes. Verum delectatio quam excitant, non perinde atque in cæteris sensibus, manifesta est: quandoquidem neque dolor æqualis deprehẽditur. Nam uisio ob tenuitatem, neq; dum discriminatur, uim patitur, idq; ob essentiæ familiaritatem (quippe per se festinat, ut occupet id, ad quod ducitur) neq; dum cogitur, ob transmutationis imbecillitatem: iam enim demonstratum est, tenue à crasso debiliter cogi. Atque ea quæ ad uidendi uel delectationem, uel molestiam pertinent, sic se habere uidentur.

HOC *toto contextu, singulos sensus iuuantia, & lædẽtia plana oratione monstrantur.*

ſtrantur. Cumq; ſit uiſus, ſenſuum fermè in nobis omnũ præſtantiſsimus, & qui pluriam rerũ differentias nobis oſtendat, rerumq; optimarũ cognitionem, ut in Timeo Plato docet, nobis afferat, eò factum eſt, ut ab eo dicendi initium ſumpſerit Galenus, indicans à quibus ipſum lædi, & à quibus iuuari contingat. Iuuantur porrò ab ijs in uniuerſum ſenſus omnes, quæcunq; eorum ſymmetriam ſeruare, & ſuæ ipſorum naturæ cum ſenſibus ipſis familiaritate, proportione quadam reſpondere ſolent: læduntur à cõtrarijs, & intẽperatis. Ea ob id cauſſa eſt, quòd uiſum alij delectent colores, alij malè afficiant. Huius ordinis ſunt diſſipantes colores, & oculorum aciem nimio ſplendore perſtringẽtia, ut à ſole micantes radij, albus color, & huius generis multa. tum & ea quæ ui nimia cogunt, cogẽdoq; uiſorios ſpiritus perdunt, aut functioni ineptos faciunt: eoq; fit, ut niger color, & ingẽtes tenebræ noxam ualde multam uiſui inferant. Prioris uerò ordinis ea ſunt, quæ iucundo quodã occurſu, & bene tẽperata natura uiſum mulcent: inter quæ, medij colores, uel Platonis & Galeni ſententia, primas partes tenere creduntur. Quamobrem meritò cæruleum colorem oculis iucundiſsimũ eſſe affirmat Gal. quòd is autore Platone, ex cõtrarijs & extremis, probè inuicem tẽperatis naſcatur. ſplẽdidum enim albo adiunctũ, plurimaq; obfuſum nigredine cæruleũ efficit, Platone & Actuario teſtibus. Cæruleũ porrò colorem, quaſi cœluleum dicas, ab ipſo cœli, ſed ſereni, colore nomen traxiſſe ipſa uox indicat. Quo & ipſo ita gaudere rerum parentẽ naturã docti plærique uolunt, ut deorũ domiciliũ hac coloris ſpecie conſpicuũ honeſtandũ cenſuerint. Id quod animaduertẽs Ennius poëta, ita de eo cecinit. Et cœli, inquit, cærula tẽpla. Ab hoc itẽ & mare cæruleũ nuncupatur: refert enim eandẽ quẽ ab ipſo ſuperne accipit cœli nitorẽ. Nec uero cæruleo modo colore uiſum iuuari cõperimus, ſed & mediis alijs coloribus ab hoc haud longe diſtãtibus, quales præcipuè uiridis, & fuſcus eſſe traduntur. Quamobrem ut ſereni cœli aſpectus, & Saphiri lapidis, reliquorumq; omnium hoc coloris genere infectorũ, uiſum mirè iuuare creduntur, ſic & uiridiorũ omnium, quæ mira quadã ſuauitate oculos afficere ſolent, præſertim quum herbeſcens ipſa uiriditas pingui ac nitido ſurgẽs ſolo, ſuo robore cõſtat. Hinc Smaragdo ſuã in oculo roborãdo à pleriſq; tributa dos. Vnde hæc de eo à Plinio lib. 37. natu. Hiſto. cap. 5. elogia recenſentur, Nullius (inquit) coloris aſpectus iucundior: nam herbas quoq; uirentes, frondesq; auidè ſpectamus: Smaragdos uero tanto libentius, quoniam nihil omnino uiridius comparatum illis uiret. Præterea ſoli gemmarum contuitus oculos implent, nec ſatiant. Quin & ab intentione alia obſcurata, aſpectu Smaragdi recreatur acies: ſcalpentibusq; gemmas non alia gratior oculorum refectio eſt, ita uiridi leniate laſſitudinem mulcent. Hæc de Smaragdo Plinius: de quo & ipſo eadem Serapio, Iſidorus, & Marbodæus antiquiſsimus poëta, ſuis quiſq; monumentis prodidère. Naſci uero hunc colorem ex contrarijs, nempe altero extremorum colorum, & medio altero, quod ad ſuum extremum collatum uim contrarij obtinet, Plato in Timeo apertè monſtrauit his uerbis, Fului (inquit) nigriq; temperie color uiridis naſcitur. Quod & pictores, pulchrè in hoc naturæ induſtriam imitantes, optimè facere didicerunt, dum ex auri pigmento & atris coloribus

Plato in timeo.

Gal. 10. de Vſu part.
In Timeo.
In Timeo.
Lib. 1. de diffe. Vrinarũ. cap. 8.

Mare cur cæruleum.

Vide Ariſtotelem in Problematis ſectione, 31. proble. 20.

Smaragdi commendatio.

Serap. cap. 384. de ſimp.
Iſid. li. 14. ca. 3.
Marb. cap. 54. libri de Lapidibus preciolis.

coloribus certa quadam proportione commixtis uiridem colorem conficiunt.
Plato in Timeo. Pari quoq; ratione & fuſcus color, quo & uiridis, uiſum, ſed ſplendore nimio defatigatum, roborare creditur. Nam & ipſe ex mediis, ac bene temperatis coloribus unus eſt, nempe ex albi, & nigri (ut Plato uult) confuſione genitus. Ea igitur cauſſa eſt, cur nimia lectione, longisq; lucubrationibus delaſſatos oculos fuſco, aut uiridi colore reficere ſatagimus. Quamobrem qui intentius muſarum ſacris operantur, obſcuriora potius, quàm nimio ſplendore illuſtrata loca deligunt, ut uiſus acies melius ſic conſeruetur. Nempe cum uiſus naturam
Plato ubi ſuprà. Gal. 10. de Vſu partium. lucidam eſſe, ac lucis amicam liquidò conſtet, uel Platonis, & Galeni ſententia, uolatilemq;, ac facilè diſſipabilem experiamur, iccirco dum ſe luci accommodat, interdum nimio eius exceſſu rapitur prorſus, & uehementi dilatatione diſſoluitur. Quamobrem meritò remiſſiore lumine, quàm intenſiore magis conſeruabitur: hoc namq;, ſi quid aliud, uiſum roborat, ſi ita lumine perfruatur, ut per ipſum amplificetur quidem, nec tamen interim diſſipetur. Eoq; fit, ut in quocunque colore plus admodum ſit ſplendoris, quàm nigredinis, & tenebrarum, noxia quadam uoluptate diſtractus uiſus maximè debilitetur: uicißim uero, ubi plus nigredinis eſt, quàm lucis, non dilatatur, atque nec ideo delectatur radius uiſus. Omnium igitur colorum cæruleus, & uiridis, maximè ſcilicet nigrum cum candido temperantes, delectationem, moderata, quam obtinet, luce, & conſeruationem, modica ſua fuſcedine, præſtare poſſunt, uti contrà, album & nigrum uehementer offendere. Sed in hoc ipſo offenſionis genere neq; par
4. de Symp. fa. eſt ratio, nec idem lædendi modus. Nam quum horum alterum tenui ſubſtantia conſtet, atq; ob id ad agendum maximè idonea (quod enim tenue eſt, ſuarum partium raritate facilius ſeſe in ima agere poteſt uel Galeni ſententia) alterum uero craßiore, nempe nigrum, eò fit ut albo, quàm nigro amplius in uiſu lædamur: quòd à tenuiore uehementior ſemper, quàm à craßiore ſoleat oriri actio. Quæ cauſſa eſt, quòd breuißimo tempore à ſolis ſplendore afficiamur: quòd ab eo protinus diſſipari uiſus aciem contingat: non ſic autem à tenebris, in quibus diutius quemque uerſari oportet, antequam parem atq; ab ſplendore ſolis referat noxam. Vnde Dionyſium Siciliæ Tyrannum, nouum excæcandi modum inueniſſe legimus, in multis ac denſis tenebris aſſeruatos diutius homines, in lucidißimam protinus educentem domum, ut ſplendore affatim ſatiati, ſimul & uiſum amitterent: uti pulchrè Galenus decimo de Vſu partium ex antiquorum monumẽtis refert. Verum quanquàm & à luce nimia, & tenebris, noxa non ſanè minima uiſui inferatur, tamen huius ſenſus pathemata, non æquè atque reliquorum percipi poſſunt. Nam ſiue doleant, ſiue uoluptatem à coloribus ſentiant oculi, non tamen par illis, atque cæteris ſenſibus, motio excitatur: quòd uiſio ipſa multo ſit, quàm reliquorum ſenſuum functio, tenuior, & corporea minus. Ac proinde qui in hoc ſenſu oriuntur dolores, etſi magni quidem per ſe eſſe poſſunt, uti in oculorum phlegmone experimur, aliorum tamen ſenſuum collatione multò cenſentur remißiores, præſertim qui ab diſcriminantibus coloribus, ſeu etiam cogentibus fiunt. Nam ab illis uim non patitur ob eſſentiæ familiaritatem, ut

hìc ait

hic ait Galenus, quòd ſponte ſua in id feratur, quod illi noxam illaturum eſt, nempe ad lucidum, diſſipantemq; colorẽ, naturæ ſcilicet germanitate quadam. Ita autem ſemper natura comparatum eſt, ut ſimilia à ſeſe mutuò nullam ſuſcipiant mutationem, uel Galeni, & Ariſtotelis ſententia. Quamobrem uiſus à diſcriminantibus noxam effatu dignam non ſentit, ob naturæ ſuæ cum eo quod diſcriminat ſimilitudinem. A cogentibus uero, etſi paulò maiorem, quàm à diſſipantibus ſentit dolorem, tamen quum ſint cogentia omnia craſſæ omnino ſubſtantiæ, ob ſuæ eorum tranſmutationis imbecillitatem dolorem inferre non multum poſſunt. tenue enim à craſſo debiliter cogi poteſt. Atq; hæc de uiſu.

Simile, ſuum ſimile appetere ex Ariſtotelis ſententia 8. ethi. cap. 2. comprobatur. 2. de ſimp. fa. cap. 14. 2. de gene. ca. 7.

IN AVDITV uero, ut iucundiſsima uox cenſetur ea, quę & leniſsima eſt, & tardiſsima, ita aſperrima, citiſsimaq;, maximã ſolet inferre moleſtiam. uerũ hæ ipſæ, ſano adamuſsim ſenſui, uel moleſtæ uel iucundæ putantur. Quum uero fatigatus eſt, præter lenem, ac tardam, exigua quoq; amica eſt. At cum ægrotat, leniſsima ſimul, & tardiſsima, atq; perquàm exigua, atq; iis multò magis abſolutum ſilentium. Quippe hoc proportione quodammodo reſpõdet tenebris, dum uiſioni cõparantur. Vnde quæſtio orta eſt, Num tenebræ ſint lumini contrariæ, an ſint priuatio lucis, quemadmodum ſilentium uocis, & quies motus. Porro in hoc ſenſu manifeſtior apparet delectatio, eò quòd craſsiori conſtat eſſentia. Atq; manifeſtior etiam, quàm in hoc, uoluptas percipitur à ſenſu olfactus: quòd ipſius quoque eſſentia craſsior ſit. Etenim ut aër craſsitudine ſplendorem uincit, ita uapor aëre craſsior eſt. At uero ſplendor ad uidendi, aër ad audiendi, uapor ad odorandi ſenſum pertinet, quemadmodum ad guſtum humida natura, ad tactionem uero ſolidum corpus. Quum uero odorandi, guſtandiq; ſenſus, cognati ſint, uno duntaxat, nempe eſſentiæ tenuitate, differentes (quippe uapor eſt humor extenuatus) de ambobus ſimul dicemus, perſpicuitatis gratia à guſtu initium facientes. Igitur cum à naturali habitu non declinat, maximam ei uoluptatẽ afferunt omnes ſucci dulces, pingues q; : oſtendimus enim omnes huiuſmodi, eſſe corporis eſſentiæ perquam familiares. Si uero ab aliquo ipſum infeſtante, nuper uitium contraxerit, pingues (nam ij exaſperatas partes maxime lenire ſolent) ubi uero morbo afficitur, tum ſucci contrarij ijs, qui morbum excitarunt, delectare uidentur, ita ut craſsis opponantur tenues, tenuibus craſsi, lentis ij qui ſecandi uim habent,

Ariſtot. cap. 7. Lib. 2. de anim.

Lib. 6. ſimpl. cap. 8

Vapor quid.

Ariſtot. Lib. de ſenſu. cap. 4.

habent, exaſperantibus læuigantes, frigidis calidi, calidis frigidi, ſiccis humentes, humentibus aridi. De quorum natura, libro quarto de ſimplicium medicamentorũ potentia, iam diſputauimus. Atq; liber ille haudquaquam oſcitanter legendus eſt, quippe qui non mediocrem confert uſum, tum ad dinotionem, tum ad curandi rationem. Etenim uentriculus & uiſceribus ſeruit, et uenis, huiuſmodi ſuccos appetens, quales illis ſunt neceſſarij. Huncpræcedit linguæ iudicium, ipſa enim ijs potiſsimum delectatur ſuccis, quibus uentriculus indigere uidetur. Atqui conſenſus huiuſmodi potiſsima cauſſa eſt ueſtiens ipſam tunica, lingua uerò uarijs temporibus, aliàs alio delectatur extrinſecus ſibi occurrentium ſuccorum genere: interdum dulces ſucci in ipſa contenti ſenſu percipiuntur, uoluptatemq; inducunt: huiuſmodi uero dulces ſucci pituitæ ſpeciẽ referunt. Quoties enim lingua effuſi è uenis ſanguinis dulcedinem ſentit, perinde afficitur, ac ſi à re quapiam extrinſecus aduẽniente imbuatur. Odorationis autẽ uis, quòd ad ea pertinet, quæ extrinſecus uel uoluptatem, uel moleſtiam afferunt, guſtandi facultati proportione reſpondet. At uapores, qui intrinſecus continentur, ſi moleſti fuerint, poſſunt, ut antea dictum eſt, ſenſu percipi: ſuaues uero, & omnino delectabiles, ſenſum latent: quemadmodum in uiſu quoq;, & auditu. Ij enim ſenſus, quia tenui eſſentia conſtant, nullum in ſe tolerant uehementem affectum. tactus uero & guſtus, quãquam ne ipſi quidem in ſe uehementem affectũ ſuſtinent, ſubeunt tamen interdum huiuſmodi quendam affectum, ſed exiguum, lingua quidem (ut dictum eſt) à dulci pituita: quã & Praxagoras & Philotimus magis proprio uocabulo, dulcem ſuccum nominant.

Librorũ de ſimplicibus utilitas.

In Auditu, olfactu, & guſtu maiorem quàm in oculis uoluptatem doloremq; percipi.

HAVD *ſecus quæ ad auditum, olfactum, & guſtum pertinent, dolorem, uoluptatem ue ſuo modo inferre ſuis ſenſorijs poſſunt. Sed hîc maior ſentitur cum uoluptas, tam dolor, quòd craßior ſit horum inſtrumentorum, quàm oculorum eſſentia, craßiusq; obiectum: nempe ut ſplendor uiſui, auditioni aër, olfactui uapor ſeruit, ſic eſt aër ſplendore, uapor aëre multo craßior. Quamobrem meritò maiorem hæc inferre noxam ſuis ſenſorijs poterunt, ſi moleſta accidant, uel delectationem, ſi iucunda, quàm quæ oculis negotium faciunt. Auditum porro motionem quandam eſſe ex uoce natam, atq; ab ipſo cerebro incipientẽ, diuinus in Timeo Plato prodidit, ſicuti uocẽ, pulſationẽ quandã ab aëre, per aures, cerebrumq;, & ſanguinẽ uſq; ad animã perreptãtẽ. Ariſtoteles uero percußionem ſeu ictum reſpirati ab anima aëris, ad uocatam aſperam arteriam, uocem eſſe tradit,*

Auditus quid.

Vox quid. 2. de Anima cap. 8.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 218 sur 428

tradit, quod & Galenus ipſe lib. de Voce, 7. de Vſu partium, & 2. de Placitis Hippocratis & Platonis plenè cõfirmare uidetur. Cumq; ſit uox omnium animæ actionum, ſi Galeno creditur, principaliſſimum, enuncians mentis intellectiones, & cogitatus, nil mirum ſi pro ſui ratione uarie auditum afficiat. Cui certe ut iucundiſſima ea uox eſſe ſolet, quæ cum lenitate tarditatem habet, ſic ſanè moleſtiſſima, quæ cum aſperitate præcipitem nacta eſt uelocitatem: nam ut illa ſenſus ſymmetriam ſeruat, ſic hæc potenter euertit. Sed quando de uoce nobis nunc ſermo eſt, eius naturam, & præcipuas differentias ex Academicorum, & Peripateticorum ſententia referre non pigebit. Primas igitur, ac principes uocum & ſonorum differentias, acumine, & grauitate Plato, Ariſtoteles, & Galenus conſtare uolunt: quæ ſanè appellationes, ab ijs quæ tanguntur tralata uocibus, & ſonis, ut uult Ariſtoteles, accõmodari ſolent. Vt enim acutũ omne, & quod in mucronem faſtigiatum eſt, momento penetrat, quod uero retuſius, non ita, ſed cum mora, & ſegniter: ad hunc quoq; modum uibrata uox, & acuta, auditum peruellit, grauis obtundit, ueluti trudendo. Euenire autem utrumq; celeris, aut tardi rationem motus, Platoni & Ariſtoteli eſt perſuaſum. Itaq; leuis uox, cum motionem habeat æqualem, ut Plato tradit, auditum minime offendet, ſed æqualitate potius ſua iuuabit: tarda uero, cum imbecillimam nacta ſit motionem, tentare non poterit ſenſum. Quamobrem ſi eadem uox & lenis fuerit, & tarda, uehementer auditum delectabit: contrà afficiet aſperrima, & confertiſſima, quòd, autore Platone, aſpera uox inæqualem habeat motionem, atq; ob id ſenſum maxime lædat: ut cuius nimirum ratio tota in æqualitate ſit poſita, uel Ariſtotelis teſtimonio. Igitur ut æqualis & blanda aëris ad guttur tranſmiſſi latio, uocem formet lenem, ſic inæqualis, & multo cum impetu facta, aſperam creabit auditui inimiciſſimam, quæ non ſenſui modo rectè uidenti, ſed & fatigato multò amplius noxia erit: ſicuti eidem ualde iucunda eſt, præter lenem, aut tardam, exigua: quòd modicè ſcilicet ſenſum feriat, pauca nimirum, & imbecilli genita motione, ut Plato tradit. Fatigari autem præcipuè auditus ſolet, à uehementibus ſonis, & citatiſſimis uocibus dtè ſenſum ferientibus, ut à tonitru, machinarum bellicarum ſono, & tumultuoſo clamore, quemadmodum uiſus à fulgure, & ſolis ſplendore. Aegrotat uerò cum quippiam præter naturã incidens moleſtiam illi per ſe intulerit, atq; tum, ne minimã quidem uocem perferre poteſt: quamobrem abſolutum ſilentium illi tum amiciſſimũ eſſe omnes perhibent. unde meritò Cælius Aurelianus lib. Tardarum paſſionum 2. cap. 3. auribus dolentibus quietẽ corporis, & inediam, ſed præcipuè exactum ſilentium, præſcribit. Etenim, inquit, officio ſuo accepta uoce, aures neceſſario commouentur, & propterea maiores efficiuntur dolores. Hæc ille. Quin & in uehementibus cerebri affectionibus, ſummũ item ſilentium imperare ſæpe ſolemus, ut in Cephalalgia, & Emicrania Gariopontus, & Cælius iubent. Nec uero mirum ægras aures ſilentio iuuari, quòd contrarij rationem ſubeat ad id quod eas lædit: eſt enim ſilentium uoci quodammodo cõtrarium æquè ac tenebræ luci, ſed eo tantùm oppoſitionis genere, quod inter priuationem, & habitũ conſtituitur. Eſt nempe ſilentium, omnimoda uocis priuatio, ut tenebræ lucis: de quo oppoſi-

16. de uſu par. cap. 3.

Auditui, quæ uox iucundiſſima & quæ moleſtiſſima. Plato. in Tim. Ariſ. 2. de Anima cap. 8. Gal. lib. de uoce & 7. de uſu par.

Vbi ſuprà.

Plato in Tim.

3. de Anima, cap. 2.

Vbi ſuprà.

Cælius Aurelianus.

Gario. libro 2. cap. 2. Cæli. li. & ca. 2.

Silentiũ quid.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 219 sur 428

©BIUM

tionis genere latißime Ariſtoteles Prædicamentorũ lib. cap. 12. & 5. Meta. cap. 10. unde ea manet explicata quæſtio, An tenebræ luci ſint contrariæ, an potius lucis priuatio. Conſtat enim ex Ariſtotele, contraria propriè non eſſe, ut idem latißime citato loco explicat, indicans quo diſtent quæ ſecundum priuationem & habitum opponuntur, à uere contrarijs. Quare relinquitur ut tanquam priuatio, & habitus ſibi mutuò reſpondeant. Sed hæc de auditu. De odoratu, & guſtu cognatis ſenſibus, eadem quoq; refert Galenus, indicans, à quibus iuuari, & à quibus lædi ipſi ſoleant. Alterum uero ab altero tenuitate eſſentiæ differre, apertius eſt, quam ut probari oporteat: quum odoratus uapore conſtet, hoc eſt, ut uult Galenus, attenuato humore, guſtus craßiore ſucco rei inſito. Dulces itaq; ſucci uoluptatem guſtui omnes pariunt: quòd familiares ſint probeq; temperati: ut 4. de ſimpl. Galenus: qui uero longius à iuſto temperamenti modo receſſere, uti acres, amari, ſalſi, acidi, acerbi, ij omnes lædunt: ac proinde ijs minime ali poſſe in confeßo eſt. ubi uero ægrotare cœperit, iam pro uitij natura contrarios appetet ſuccos, illisq; delectabitur. Quæ cauſſa eſt, cur acidis nonnulli, alij acerbis, quidam acribus cupidè ueſcantur, ut in eo morbo, quem cittam uocant, mulieribus quidem uterum gerentibus familiari. In quo & ipſo ob uentriculi tunicas prauo aliquo excremento refertas, fit huiuſmodi guſtus deprauatio. Porro de omni ea ſuccorum natura, qui quoquomodo guſtum afficere ſolent, exacte in de Simplicium facultatibus libris, ucrè aureis, Galeno dictum eſt, præſertim eius tractationis quarto. Qui ſanè libri ita ſunt ediſcendi, prorſusq; tenendi, ei qui methodo curare uelit, ut ſine ijs nequicquam proficere poßit, ignorata ſcilicet methodi curatiuæ materia. Cætera quæ in contextu ſequuntur, ex ſe ſunt notißima: quamobrem non ea preßius explicare conabimur.

An tenebræ lucí contrariæ.

Quid uapor apud Ariſt. uideto, 1. Meteo. cap. 5.

Cap. 1. & 9.

Citta morbus.

Librorum de ſimplicibus utilitas.

TACTIO uero in ſeipſa motum ſentit, quum ad naturalem redit habitum, ijs quæ ipſum intrinſecus exaſperabant, uel concoctione, uel tranſpiratione, uel ſecretione, quam ſenſus notare poſsit, expulſis. Nam & laſsitudine affecti, ſi poſteaquam corpus, & frictionibus, & balneis fuerit emollitum, quieuerint, haud obſcuram ſentiunt uoluptatem. Atque etiam magis in ipſis iam dictis motionibus delectantur, fatigatis partibus ad naturalem habitum reductis. Non ſolum autem balneum, & mollis ex plurimo oleo frictio, fatigatas partes uoluptate afficiunt, uerum etiam mollis, ſuauis, & leuis attrectatio, ingentes dolores, non mediocriter mitigare ſolet: ſed hæc inter externa præſidia numerantur. Atque de omnibus ijs deinceps dicendum eſt. Neque enim de olfactu neceſſariũ eſt nos aliquid dicere, quandoquidem guſtum proportione imitatur. Atque ut ſimpliciter dicam, delectamur in huiuſmodi ſenſus genere, ad naturalem habitum redeuntes: id uero ſemper ex contrarijs

accidere

accidere ſolet, ſi quis utiq; idoneum contrarium acceperit. Idoneum autem eſt id, quod in primis, & per ſe, non per medium alterius rei interuentum, effectus cauſſa fuerit. Atq; in huiuſmodi omnibus, euidens, ſiue procatarctica uocata cauſſa, ſpectanda eſt. Verum quod Hippocrates in alijs ſubinde locis inculcat, illius hîc quoq; admonere uidetur, quũ inquit, Eſt autem ubi in rigore neruorum ſine ulceratione, iuuene bene corpulẽto, æſtate media, aquæ multæ perfuſio, calorem reuocat, calor uero hæc ſoluit. Quod ſi quis parum accuratè huiuſmodi uerba perpendat, induci poterit, ut credat, à ſimilibus, affectus præter naturam curari poſſe, ueluti neruorum rigorem à frigida lauatione. Sed non ita ſe habet ueritas. Etenim omnis affectus præter naturam, ad naturalem habitum reducitur per contraria: quemadmodum rigor neruorũ, per caloris reuocationem. Quòd ſi confertim hoc fiat, non ſine uoluptate perficietur curatio: Si uero paulatim, ſenſu non percipietur ad naturalem habitum reditus. Haud aliter tranſitus ex naturali ſtatu, in eum qui præter naturam eſt, ſi affatim fiat, uiolentus eſt, & omnino dolorem excitabit. ſi uero paulatim, ſenſum latebit. Proinde quibus ſenſim in corpore increſcit non ſecũdum naturam affectus, licet ille ſenſum effugiat, quum tamen ad naturalẽ redit habitum, idq; affatim, ſenſum, uoluptatemq; inducit. Atq; hoc potiſsimum per ea, quæ maxime nobis ſunt familiaria: qualia in guſtu ſunt dulcia, in olfactu uero quæ illis proportione reſpondeant, uocãtur uero odorata. Porro genitales partes proprio quodam, & eximio ſenſu afficiuntur. Vnde & ualidiſsima prædítæ ſunt facultate: expultrice quidem genitalis ſeminis in maſculis, in fœminis uero, tum hac (in teſticulis, & ſeminarijs uaſis) tum attractrice, per totum uterum. Atq; natura comparatum eſt, ut genitalis ſeminis, tum ſecretionem, tum comprehenſionem, ingens comitetur uoluptas. Verum moleſtia quæ ex redundante, ac intus retento ſemine oritur, paulatim & longo temporis tractu increſcit. Proinde licet mirum in modum cruciet, ut alias diximus, quod tamen ad uehementiam pertinet, à uoluptate, qua per uenerem afficimur, longe uincitur. At quia affatim excernitur, pro reditus ad naturalem habitum celeritate, uoluptatis quoq; magnitudinem, ad portionem habebit.

Idoneum cõtrarium.

V. affor. text 11.

Lib. Aph. medic. rap. 69. & rap. 2. lib. 5. method.

Lib. 1. Dei usum cap. 14. Del usu

Del usu lib. cap. 4. Lib. 2. Del usu animal.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 221 sur 428

TACTVS item & ipſe pro ſuo more, uti & cæteri ſenſus, eadem percipit, nempe uoluptatem, quum moderata occurrunt, dolorem, quum immoderata. Vnde fit, ut calida uehementer, acuta, erodentia, ſecantia, contundentia, dolores ſæpe maximos in hoc ſenſu creare ſoleant. Itaq; ſi ad naturalem habitum reuerſio fiat, uoluptatem tum effatu dignam percipit. Reuerti autem ad naturalem habitum ſolet, quum, quæ moleſtiam inferunt, uel concoctione, uel tranſpiratu, uel ſecretione tandem notabili à natura fuerint ſuperata. Concoqui porrò ea maxime, & uerè ſolent, quæ cruda ſunt, quæ & ipſa in alimenti concoctione citra ſanguinem ſubſtiterunt: quæ nos cruda, Hippocrates ὠμὰ, uocare ſolet. Eius namq; hæc ſunt uerba Affo. 22. lib. 1. πίτυρα φαρμακοῦμεν, καὶ κρίθας, καὶ ὠμὰ i. concocta medicari, atq; mouere non cruda. Hoc enim ipſa uocabuli ratio apertè indicare uidetur, id inquam quod concoctionem poſtulat, eſſe crudum, & exactã elaborationem minime adeptum. Quod & ipſum proprium eſt concoctionis ſignificatum, uti communius illud, & generale magis, quo excrementa concocta tum dicere ſolemus, quum à natura fuerint uicta. De quo ſignificato abunde Galenus Com. 44. ſecundi de ratione uictus acutorum, cum inquit, Eſt autem uniuerſalius coctionis ſignificatum, cum natura cauſsis fortior fuerit, permutauerit; eas ſuo robore. Nam excrementa ipſa, & alieni iam facti humores, quando ita concoqui non poſſunt, ut in naturæ uſus tranſeant, ſatis pro modo ſuo concocti erunt (ut rectè Manardus doctiſsimus ſentit) quando ſolidis membris quadantenus ſimiles effecti, & à natura ſuperati, apti redditi fuerint, ut uel ab eadẽ natura per ſe, uel cum artis adminiculo expellantur. Et hoc eſt communius concoctionis ſignificatum: iuxta quod & pus, & lotium, concocta Medici nuncupare ſolent. De qua re ſic Galenus memorato loco. Recenſet autem deinceps (de Hippocrate loquens) hæc omnia, ſumpto initio à biliоſis crudis. Nempe biliоſa cruda ita appellauit, quoniam & excrementorum coctionem appellat, quãquam mutata nutrire corpus nõ poſsint, ut bilis utraq;, & qui Græce ἰχῶρες dicuntur. Veruntamen quoniam & talia euincit natura, cocta quidem uocare conſueuit Hippocrates excrementa huiuſmodi, quæ à natura ipſa euicta ſunt, cruda uero, quæ non ſunt euicta. Hæc Galenus. Quæ eò à me huc omnia deducta ſunt, ut intelligamus de utroq; concoctionis ſignificato ſermonẽ hic Galeno fuiſſe. Nam ſi cruda ſunt, quæ dolorem inferunt, coctione ſanatio perficietur, hoc eſt, eius quod crudum eſt, perfectione, & eius alteratione à calore natiuo in qualitatem animanti familiarem: uel ſi excrementoſum ſit, & nõdum à natura ſuperatum, tum concoctum eſſe iure dicetur, cum elaborationem talem à natura ſenſerit, ut pelli per ſe uel Medici beneficio poſsit. Atq; hic prior eſt dolorem ſanandi modus. Alter, quum in halitum digeritur, quod moleſtiam inferebat: hoc namq; eſt tranſpiratu quicquam diſcuti. Tertius, quum excretione ſenſibili ſoluitur, quod dolorificum erat, nempe uomitu, ſeceſſu, ſuppuratione, ſudore, ſputo, & huius generis talibus. Coctionem primum moliri oportet, caloriſicis, modice adſtringentibus & calidum innatum roborantibus. Vt quiete, ſomno, boni ſucci cibis, molli frictione, temperato balneo: hæc enim uel Galeni teſtimonio, quatenus calidum innatum roborant, concoctionem iuuare creduntur: concoquitur uero facile

Concoqui quæ uere ſoleant.

Concoctionis proprium ſignificatum & commune.

lib. 13. epiſto. me. epiſt. 1.

Cocta & cruda excremẽta quãdo Hippocrati dicantur.

Vide Gal. lib. de inæquali intem. indicãtem quid digeſtio & concoctio in phlegmone. 7. metho. & in de ſanit. tu. & pluries alibi & præcipue in li. de conſti. artis.

cile ſuccus, qui non admodum à natura factus fuerit alienus. Quod ſi hac uia moleſtam ſenſationẽ auferre nequeamus, tranſpiratu, aut uacuatione id perficimus: hac quidem, quum humor multus eſt, ac craſſus, lentoriſq; particeps, illo, ubi tenuis, ac in halitum uerti facilis. Sed hìc dolorum curationes non tractamus: ad Therapeuticos hæc libros pertinent. Porro quæ in laßitudine ſentitur moleſtia, ea quidem ad hoc tactionis item genus pertinet. Voluptatem uero tum in ea ſentimus, quum defatigatum corpus quieti, ſomnoq; dederimus. Hoc namque ab Hippocrate dictum eſt, in omni corporis motu quum dolere quis cœperit, quietem præſidio eſſe: quòd collapſas motione nimia uires reſtituat: uti & ſomnus, cuius interuentu facultas animalis quieſcere, naturalis uero intendi creditur, ita aſſerente Galeno. Ad hæc temperatum balneum, mollis pinguiſq; frictio, lenis delaſſatarum partium attrectatio inter dolorum remedia, quum hìc, tum in de ſanitate tuenda libris, à Galeno ſtatuuntur: quòd horum omnium præſidio ad naturalem habitum reditus fieri ſoleat. Cuius generis quæ ſunt, uoluptatem ſua ſponte parare conſueuerunt, quòd contraria ſint ijs, quæ moleſtiam intulerunt, ut motioni quies, ſomno uigilia, plenitudini inanitio, atq; ea ob id ratione curant. Nam contrariorum contraria ſemper eſſe auxilia oportet, uel Hippocratis ſententia. Sed contrarium idoneum eſſe cõuenit: eſt autem idoneum id, quod ex diametro ei quod moleſtiam intulit, opponitur: quòd & ipſum primò, non alterius interuentu, effectus cuiuſpiam cauſſa eſt. Quamobrem etſi frigidæ perfuſio in rigore neruorum, affectum curare creditur, caloris ſcilicet natiui reuocatione, uti Hippocrates affirmauit, non perinde tamen accipiendum, quaſi frigidæ perfuſio neruorum rigori ſit cõtraria, quaſiq; illi ſit curatio tribuenda: quòd non per ſe idipſum faciat, ſed natiui caloris interuentu: atq; ob id contrarium idoneum minime erit cenſenda. Quæ autem de genitalis membri uoluptate tractat, ex ſe ſunt manifeſta: quare hìc finem facere uiſum eſt.

Quando in laſſitudine uoluptatem ſentiamus. 2. affor. textu 48. 4. de ſymp. cauſ.

Li. de flatibus. Idoneum contrarium.

CAPVT VII.

RELIQVVM eſt, ut ea quæ uentris oſculum (quod cor nominant) ſymptomata infeſtant, perſequamur. Nam & ipſa ad tactionis genus pertinere uidentur: nullaq; pars eſt, quæ uel adeò exactè ſentiat, uel principum partium utranq; pro ſuarum affectionum modo perinde afficiat, atq; uentriculi oſculum. Ac cõſueto nomine ſtomachus nominatur, non uetuſtis duntaxat Philoſophis, uerumetiam Medicis. Porro ſyncopes ea ſpecies, quam ſtomachicam uocant, inter huius partis ſymptomata numeratur, quemadmodum & cordis dolores (ut uocant) id uero ſecundum alteram ipſius appellationem. Itidem dyſpnœa, id eſt, difficilis ſpiratio, & apnœa, id eſt ſpirationis abolitio, & ſtrãgulatio, & morbus comitialis, paracope, id eſt mentis abalienatio, delirium, inſania (quam melancholiam uocãt) huiuſce partis

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 223 sur 428

©BIUM

partis occaſione euenire ſolent. Atq; hæc omnia per conſenſum accidunt.

Ex Gal lib. 4. & 9. de uſu par.

QVAE uentris oſculum infeſtent ſymptomata, ipſo orationis progreſſu narrare Galenus ingreditur: quòd ob nobilitatem ſenſus, magnos & difficiles ea pars ſoleat in corpore concitare motus, nempe animi deliquia ſyncopas, mentis alienationes, comitiales, ſpirationes difficiles, & inſignes dolores. Nec iniuria quidem: nam cum uehementi ſenſu ea pars ſit prædita, ob par illud inſigne neruorum ad eam deſcendentium, quos reuerſiuos uocant, eiuſq; cum cerebro ac corde multus ſit conſenſus, nihil mirum uideri debet, ſi paria, atq; cor ipſum affectum, ſymptomata creare poßit. Vnde priſcis cor eſſe nominatum crediderim. Ita uero eam partem dici, quam nos ſtomachum uocitamus, 5. de Lo. aff. 3. de criſibus, 6. de ſani. tu. ac multis alijs in locis Galeno proditum eſt. Tum uero potiſſimum memorata hæc ſymptomata, eius partis uitio euenire uidemus, quum multus, & acris humor in eam confluxerit. In ijs enim (quod ipſe plus milies uidi, quodq; Galenus ipſe ſe uidiſſe teſtatur) & cõuulſiones, & acres circa ſummum uentrẽ dolores, & deliria, & animi defectiones accidere conſueuerunt: quæ cuncta, deiecta bili, uel uomitu educta, ex templo ſoluũtur, nec amplius torquent. Ad hanc quoq; partem ea Syncopes ſpecies pertinet, quam ſtomachicã, ab ea ipſa, unde oritur, parte, nominant: nam multas eſſe eius ſymptomatis differentias omnibus ex æquo conuenit. Inter quas duas Galenus præcipuas facit, alteram à cordis uitio ortam, quam cardiacam ſyncopam à corde ipſo nominat: alteram ab ſtomachi, quam itidem à ſuæ originis nomẽclatura ſtomachicam uocat. Nam etſi à cerebro uteroq;, ſyncope nonnunquam oriri ſolent, & ab alijs etiam membris, magno quopiam affectu læſis, à corde tamen, & uentriculi oſtio potißimum, ac uehemẽtius hæc naſci conſueuerunt: quòd ob ſenſus eorum acrimoniam, functionemq; principem, toti animanti uel in primis neceſſariam, affecta ipſa, totum uehementißime tentare corpus poßint, uiresq; conuellere. Syncopen autem Galenus præcipitem uirium lapſum eſſe, 12. Metho. prodidit: huius cauſſas eſſe dixit, uel multam ab inanientibus exolutionem, nempe immodica ſanguinis excretione, alui fluore, longa inedia, & ſimilibus, à quibus exolui calidi innati robur ſolet, uel calidi natiui ab humorum copia compreßionem, uel denique; inflammationis in uiſceribus conſiſtentis magnitudinem. Et ut compendio dicatur, quæcũq; uel uires corporis adimere, uel caloris innati diffiationem prohibere poſſunt, hæc, ſyncopes cauſſæ erunt. De quibus fuſißime Galenus, Aetius, Paulus ſuis quiſq; monumentis tractauêre. Laborante itaq; uentris oſtiolo, & uitioſo quopiam ſucco refecto, ob cõſenſum cum principe parte, memorata mala omnia euenire poſſunt.

Vide Gal. 4. & 9. de uſu par. & 3. de loc. affe.

12. metho.

3. de lo. affe. c. 3.

Sincopes præcipuæ differẽtiæ.

Syncope quid.

ABOLITAM uero, & difficilem, & deprauatã appetentiam, ipſa per ſe ſuſtinet. Voco autem abolitam appetẽtiam, quum quis nihil omnino appetit: difficilem, eam quæ imbecilla eſt. Deprauata autem appetentia, partim ad immoderatam cibi potionisq;

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 224 sur 428

potionisq; exhibitionem uertitur, partim ad alienæ qualitatis desiderium. Itaq; de omnibus his deinceps disseramus, à familiaribus ipsi symptomatis auspicantes.

QVAE *ad hanc partem propriè symptomata pertinent, explicare Galenus aggreditur, ostensa in primis illius præcipua actione, quæ est cibi appetētia: quam & ipsam hæc pars edere per naturam est apta: eoq; iure optimo, quæ in hac uitia contingunt, huic parti sunt referenda. Quamobrem & ablatam in totum appetentiam, & difficilem, & deprauatam, huic ipsi merito adscribit Galenus, quòd uitiatæ functiones ad eam semper partem uitio affectam referri soleant, ad quam ipsæ secundum naturam se habentes. Nam, ut Galenus ait, fieri minime potest, ut partis cuiuspiā functiones lædantur, illæsa, quæ ipsas efficit, parte. Itaq; abolita tum eius partis functio esse dicitur, quum in totum cibi appetentia deiecta est, ut ne tantillum quis appetat: imbecilla, quum difficulter quis cibum desiderat: Deprauata, quum quis immodica cupiditate urgetur, ut uix satiari cibo, potuq; possit: uel, quum quis insueta, & naturæ maxime aduersa appetit, carbones, lutum, acerba, acria, & id genus, ut qui pica morbo laborant: qui & ipsi ad hunc ordinem sunt referendi, sicuti ad priorem illum deprauatæ functionis, qui canina uocata fame tenentur. De quibus omnibus (ceu familiaribus huic parti symptomatis) mox est dilucide tractaturus Galenus.*

Oris ventriculi præcipua actio.

Gal. 1. de locis affect.

Pica morbus.

Fames canina.

ATQVI hæc naturales ipsius particulæ functiones sequuntur, ob quas à cerebro maximos neruos sortita est, quorum aduentu abundantiori præ cæteris partibus omnibus, sensu prædita est. Quum enim quodlibet animal in ambientem aërem per cutem dissipetur, principio partes cuti subditæ inanes redduntur. At natiua harum facultas est (quemadmodum in commentarijs de Potentijs naturalibus demonstrauimus) ut cibum ex uicinis partibus ad sese alliciant, ut impleatur id quod erat inane, mox illæ rursus ex sibi uicinis, ac tertio loco eæ ex sibi proximis. Ita ex proxima quaque parte facto semper celeri tractu, perinde quasi in choro quopiam tandem uenæ ad uentriculum productæ, inanes euadunt, quæ & consueuerunt, & possunt cibum ex uentriculo ad se conuellere, ueluti stirpium radices in terram demissæ. Quippe tota hæc actio, quum non sit animalis, sed naturalis, haud aliter in animalibus, quàm in plantis perficitur. Igitur terra uentriculi uice plantis tantisper promptum, abundantemq; cibum ministrat, quoad anni tempora naturalem temperiem seruauerint: ueluti si aliquando ob squalloris excessum humor ipsius exaruerit, stirpes quoq;

Lib. 8. nat. fac.

Lib. 1. anim. tuend.

Lib. 3. nutrim. fauce

Lib. de nutrim. puls

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 225 sur 428

ob alimenti penuriam exarescent. Animalibus uerò, utpote quæ terræ (præter pauca quædam) non adhærent, fabrefecit natura uentriculum, ueluti promptuarium quoddam cibi, quemadmodum stirpibus terram: addidit insuper facultatem, qua penuriam sentiret, ut animalia ad cibum, potionemq; excitata, eodem tempore implerentur: uocatur que huiusmodi plenitudinis desiderium, appetentia. Hæc ortum habet à penuriæ sensu, quum uenæ ex ipso uentriculo trahunt, ueluti mulgentes, sugentesq;: uentriculus uero huiusmodi suctionem non ferens, sed tanquam diuulsus, huius molestiæ remedium, cibum exquirit. Sic enim uenæ ad exhibitum cibum conuersæ, iam ex ipso, non ex uentriculo trahunt alimentum. Accidit autem post exhibitionem, ut simul atq; uenæ ad cibos se conuerterint, uentriculus quoque trahat ex ipsis ad sese, quantum antea uenæ ab ipso detraxerant. Igitur suctionis sensus est fames. Reliquorum uerò duorum symptomatum, alterum uenarum suctionem præuenit, obtinetq; homonymam cum altero appellationem, nempe appetentiam, & ad naturalem pertinet actionem, non ad animalem: alterum uerò, puta inanitio, hanc ipsam appetentiam præcedit. Omnia itaq; huiusmodi symptomata, ordine se inuicem comitantia, ad quinarium numerum reducuntur. Primum omnium est inanitio, alterum est inanitarum partium naturalis appetentia (hanc sequitur uentriculi suctio) Deinde suctionis sensus, Postrema ipsa animalis appetentia, omnium ultima.

Fames quid.

VENTRIS *uitia, quæ circa appetentiam contingunt, enarraturo Galeno, omnino illi ab imis radicibus, ac ueluti totius de ea re tractationis solidis fundamentis, exordiendum necessario fuit, altius repetita appetendi functionis origine, & natura. Cùm enim abolitæ, deprauatæ, atque difficilis appetentiæ, esset hoc capite caussas explicaturus, id ritè facere se non posse sciebat, ni prius, quæ appetentiæ ipsius primæ caussæ essent, planum fecisset. Appetitionis igitur, hanc esse necessitatem uolunt cum Philosophi, tum Medici penè omnes, quòd quum perpetuò à nobis melior, ac tenuior nostri pars effluat, inq; non uisibilem aërem dissipetur, cogente ad id innati in nobis calidi perpetua in humidum actione, immunui quidem nostri corporis substantiam, partium uerò inanitionem fieri, necessarium certe est. Ob quam sanè effluxionem, uitæ nostræ inimicissimam, nutriri indigent animalium corpora, ita plerisque in locis asserente Galeno. Nam si nihil efflueret, neque euacuaretur, ut idem tradit, sed semper maneret habitus animalium idem, nulla sanè esset nutrimenti utilitas,*

Appetitionis necessitas.

Vide Gal. lib. de dissolutione cõtinua ad principium. & lib. de rabe. Gal. 1. Aphor. cõment. 14. & 1. de sani. tuen. Gal. 16. de usu part. cap. ult.

ac neces

ac neceſsitas, nullus quoque ſenij uel mortis timor. Nunc uerò contrà, quum & ea ipſa caloris natiui humidum depaſcentis actione, laboribus multis, uigilijs, animi pathematis, cura ſcilicet, ſolicitudine, metu, aliisq; multis, nos miſere premi, diſſoluiq; ſentiamus, dejectioni huic ſagax, prouidaq; natura alimoniam, ceu præſens auxilium, dedit, ut quod diſſolutum a nobis eſt, ne properè deficiat animans, reparari alimentorum præſidio poſsit. Hinc illud Galeni, ſine ciborum ope uiuere quenquam, nec in ſecunda, nec in aduerſa ualetudine poſſe. Eoq;, ut idemmet tradit Galenus, omnibus animalis partibus ineſt deſiderium quoddam, ac ueluti appetentia conuenientis qualitatis. Quæ cauſſa eſt, cur alimento deſtitutæ partes, ob inſitam ipſis a natura facultatem, qua conueniens attrahere poſsint, a ſeſe inuicem conueniens exigant nutrimentum, ut externæ a ſibi uicinis, eæ rurſus a propinquioribus, alimentum quæque ad ſe trahant, ut quod inanitione defecerat, eo attracto reponatur. tandiuq; is perſeuerat motus, quoad conſecutione quadam uenæ ad uentriculum protenſæ, inanitionem & ipſæ ſentiant, ſuctione nimirum ſublato a uicinioribus partibus, familiari, quod in eis ſuberat, alimento. Tandemq; his ipſis a uentriculo ſugentibus, animans (ab ea ipſa facultate qua penuriam ſentit ſtomachus) ad impletionem excitatur: cuius ſanè impletionis cupiditas, appetentia dici conſueuit. Quæ ſanè functio fere tota, ei eſt quàmſimilima, qua terra, communis omnium altrix, plantis alimentum ſuppeditat, hoc tantum diſtans, quòd ſenſus eorum quæ deſunt, quum familiari alimento plantæ priuantur, ab eis non ſentitur, in animantibus uerò, ſumma cum moleſtia ſentitur: quem & ipſum, penuriæ ſenſum uocare omnes ſolent. Quamobrem meritò ſoli uentri, & maximè his uentris partibus, quæ ad os eius pertinēt, ſenſum indigentiæ, & inanitionis natura inſtituit, excitantem, & pungentem animal afferre cibaria. In quod munus nerui duo maximi, & fortiſsimi ei parti dati ſunt, ſenſum uehementiſsimum ei largientes, ut hanc noxam periculi plenam, animal horum neruorum adminiculo percipere poſſet: ſic nanque quarto, ſexto, & nono de uſu partium Galenus. Eſſe autem hanc actionem maximè ſimilem ei, qua terra inſitus in ea plantis nutrimentum miniſtrat, illud præcipuè indicare uidetur, quòd ut plantæ alimentum quo foueantur, a terra poſcunt, idq; naturali quadam potētia, ſic inanitæ in nobis partes idipſum a uentriculo, quod terræ naſcentia a terra, exigunt: quæ ut illis nutritionis promptuarium quoddam eſt, ſic certè animalibus uentriculus. Vnde Hippocrates, Quemadmodum (inquit) terra eſt arboribus, ſic animalibus uenter. Et Ariſtoteles, Omnia partem ſuperam, inferamq; poſsident. Quare & ipſæ plantæ uegetandi principium intra eas habebunt: nam partem qua cibus ingreditur, ſuperam nuncupamus, ipſam ſpectantes, & non totum illud quod nos ambit: qua uacans materia primum egeritur, inferam. Cæterum illa in plantis, econtrario quàm in animalibus ſita eſt. Nam ex animantibus, homini maximè pars ſuperior, ad uniuerſi ſupremum erecta eſt: cæteris media inter ſupremum, ac imum haberi ſolet. At plantis cum ſtabiles ſint, cibumq; ex imo capiant, ea pars neceſsariò infra poſita ſemper eſt: quam enim habet rationem in animalibus uocatum Os, eam ſubeunt in plantis radices:

Nutritionis indigentia.

Gal. 1. de alim. facul. cap. 1.

3. de facul. nat.

Appetentia quid.

Vide Gal. 4. de uſu part. cap. 7.

Penuriæ ſenſus.

Nerui ſtomachi.

Collatio uentriculi ad terram.

Hipp. lib. de humoribus. Ariſt. lib. de iuuentu, & ſenec. cap. 1.

Eadem rurſus Ariſt. 2. de anim.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 227 sur 428

cap. 4. & 4. de part. ani. cap. 9.

nam illa, ore cibum capiunt, hæ radicibus. Hæc ille. *unde merito nonnulli hominem, arborem euersam esse dixêre: nam ut arbori radix infernè posita, alimentum quo subsistat, suggerit, sic homini uentriculus.* Quinque igitur in

Serm. 9. ca. 10.

uniuersum motibus appetentiam constare, præter Galenum, Aëtius etiam sentit, inanitione primum ex substantiæ nostræ dissolutione oborta, Euacuatarum *partium naturali appetentia, hoc est repositionis desiderio, quod in ipsis non animali sensu, sed naturali perficitur: eo'que à uicinis partibus insita quadam trahendi potentia, ad sese cibum alliciunt. Hanc sequitur uenarum à uentriculo suctio, tristis deinde in uentriculo suctionis sensus, postremò ipsa animalis appetentia: qua excitatum animal, ad cibum mouetur. Hi appetentiæ sibi inuicem coordinati motus, animal ad impletionem mouent.*

Appetitionis coordinati motus.

ATQVE, hanc functionem aboleri contingit, si uel suctionis sensus pereat, uel suctio non fiat, uel corpus non inaniatur. Itidem exigua erit appetentia, si iam dictæ affectiones non pereant quidem, propius tamen ad abolitionem accedere uideantur. Deprauata uerò fit appetentia, si uehementiæ modum excedit: ac uocatur à nonnullis Canina, quum uel ob acidi humoris uitium, uentriculus mordicus infestatur, uel ubi totum corpus immodicè dissipatum, assidua indiget nutricatione. Quippe frigidi humoris uitium, rosionem, quæ suctioni proportione respondeat, inducit: ac appetentiam, haud aliter quàm naturale pathema, excitat: atque cibi magis quàm potionis desiderium affert, idq; propter refrigerationem. Si uerò salsi, aut bilioſi humoris uitio, mordicationem senserit uentriculus, potionem magis, quàm cibos, desiderabit. Etenim huiusmodi humores, præter hoc quòd uentriculum calfaciunt, & exiccant, unde sitis causſa prodire solet, etiam succos, tum in ipso, tum in uenis, fundere possunt. At symptoma, quo succi funduntur, partes continentes replet, haud aliter (opinor) quàm eas frigus inanit. Itaq; ad famem excitandam frigus in uentriculo, non parum cõfert: nam & uacua reddit corpora, ac ipsorum tunicas cogens, constringensq; famem suscitat. At inter potissimas, continentesq; causſas quibus fames impeditur, calor numeratur: quippe qui solida corpora laxãdo dissoluit, atq; ad attractionis functionem, reddit imbecilliora: humida uerò fundendo supra modum extendit. Igitur Caninæ appetentiæ causſa, una est acidorum humorum uitium: altera uerò (ut dictum est) plurima per totum corpus inanitio: siue

Canina appetentia.

Sitis causſa.

Continens causſa famis impeditæ.

Lib. aut. medic. cap. 62.

ipsa

ipſa caloris uim, ſiue retentricis facultatis imbecillitatem ſequatur. Accidit autem per primum quidem affectum, ut eorum quæ fuerunt ingeſta, multa fiat deiectio, per ſecundum uero, ut ob exactam habitus inanitionem, cibus per corpus digeratur. Atq; immodicæ tum appetentiæ, tum famis, huiuſmodi ſunt cauſſæ.

Appetētia quibus modis uitietur.

Appetentiæ abolitæ cauſſæ.

QVAE antea de appetentiæ natura, deq; motibus ipſam præcedentibus, dicta ſunt, eò nobis hìc ediſcenda Galenus propoſuit, ut ſciamus, quibus de cauſsis appetendi functionem uitiari contingat. uitiatur autem, uno aliquo ex præfatis motibus, aut pereunte in totum, aut certe uitiato: deficit autem prorſus appetentia, uel ſuctionis ſenſu pereunte, uel ſuctione non facta, uel corpore non inanito. Perit uero ſuctionis ſenſus, quum uentriculus nimio humore madens, craſſo præſertim & lento, ſe inaniri minime percipit, uel tum etiam, quum per uehementes affectus ſopita eſt, fereq; proſtrata illius ſenſifica uis: ut in uehementiſsimis intemperaturis, & magnis fluxionibus accidere plerunque conſueuit. Suctio uero ipſa fieri deſinit, uel ob nimiam plenitudinem uaſa occupantem, uel, quum minima fit partium diſſolutio, partibus utiq; impleri minime egentibus. Corpus uerò minime inanitur, quum multum eſt quod ingeritur, modicum quod effluit. Quod iis plurimum uſuuenire ſolet, qui in ganeis, & delicijs uitam agentes, totos dies compotant, otiantur, gulæq; noua irritamenta quærunt, quibus uiſcera rumpant: iis namq; hominum portentis nunquam fames, inanitio nunquam naſcitur: quòd inanitionem diſtenſione, famem cibo, uarioq; potu præueniant: quos & ipſos uentri & abdomini natos iure optimo dicere poſsis. Atq; hæc de abolitæ appetentiæ cauſsis. Ipſius uero imbecillioris cauſſæ ſunt, illi ijdem motus non pereuntes quidem, ſed ſegniter facti. Deprauatur uero appetentia, ſi ij motus uehementes ſint, ualideq; inſultantes, ita, ut ad eſum perpetuò animal irritent, uti in canina uocata fame fieri conſueuit: plures enim cibos ij (quod Aëtius ait) appetunt. Quam ingentem appetentiam quum cohibere nequeant, in ingerendis cibis modum excedunt: quorum multitudine grauati (quum tantum onus citra noxam ferre non poſsint) ad uomitum diuertunt: rurſusq; ſe cibo explentes, quemadmodum canes, ad uomendi conſuetudinem delabuntur: unde Caninam eſſe dictam, idem autor non improbè credit. Huius cauſſam Galenus, quum hìc, tum commento XXI. ſectionis ſecundæ Aphoriſmorum, atq; Aëtius quo diximus loco, uentriculi intemperiem frigidam, aut acidos in eo cõgeſtos humores os ipſius irritantes eſſe uoluerunt. Nam acidi ij ſucci, ſiue pituita acida ſit, ſeu melancholicus ſuccus ex liene in uentriculum delapſus, moleſtum quendam uentriculo ſenſum excitant, quì ſuctioni reſpondeat: unde ingens illa fames naſcitur: quam meri potio (ut uult Hippocrates) ſanare ſolet. Vbi uerò irritantes uentriculum ſucci, calidi fuerint, ſalſi, acuti, mordentes, potionis magis quàm cibi deſiderium creabunt. Nam ij immodice calſacientes, exiccantesq;, ſitim meritò excitant: quæ autore Galeno, uel humoris inopiam, uel caloris abundantiam ſequi conſueuit.

Suctionis ſenſus, & ſuctio ipſa, quãdo pereant.

In uoluptuarios & uētri natos homines.

Aëtius ſermone 9. cap. 21.

Canina appetentia curſic dicta, & de illius cauſsis.

Aphor. 2. textu 21.

1. de Simpl. fa. cap. 30.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 229 sur 428

Siticulosi qui.

Quamobrem, & qui ſiccioſe ſunt corporis habitu, ut bilioſi, & atrabilarij, & qui ex longis morbis in tabem deciderunt, ob humoris inopiam ſiticuloſi fiunt: ſicuti qui uehementiſsimis, & ardentiſsimis febribus prehenduntur ob caloris copiam. Non ſolum uero Caninam appetentiam frigus parit, ſed & naturalem (quam famem uocamus) potenter excitat: frigidioris namq; uentriculi efficax (ſi Galeno creditur) indicium eſt appetentiæ uigor. Ob id uero frigus famem excitat, quòd coactione quadam partium uētriculi, expreſsioneq; contenti in partibus alimenti, inanitionem moliatur, uacuum ſic reddens uentriculum: unde fames congrue ſuſcitatur. Quæ & ipſa, ut a frigore non parum iuuatur, ſic à calore non minimum proſternitur: ut qui laxando, fundendoq;, partes impleat, tractum ac ſuctionem ea impletione fieri prohibens: quibus certè ceſſantibus, haud parum deiici appetentiam conſequens omnino eſt. Quæ cauſſa eſt, cur per æſtatem ualidam ad cibos ſimus deiectiſsimi, parumq; appetentia ualeamus: quòd liquati nimio calore ſucci, partes impleant, modicaq; tum ſuctio fiat, iuuante ad id nimio potu: quo per æſtuoſam temporis conditionem aſſatim implemur. Contrà uero per gelidam hyemem, ad cibos ſimus ualentiſsimi, ingensq; in nobis oriatur appetentia: frigido namq; inanitæ partes ualentius trahunt, & ſuctionis ſenſus moleſtior uentriculo accidit, unde maior oritur fames. Altera modo ſupereſt caninæ appetentiæ explicanda cauſſa, plurima ſcilicet per totum corpus inanitio, ut in ijs qui tabe laborant frequentiſsime eſt uidere: qui plerunq; ingenti fame corripi ſolent, ob immodicam partium inanitionem, qua natiuo quodam impletionis deſiderio ad cibum mouentur. Nec refert ſiue inanitio caloris abundantiam (uti in ardentiſsimis febribus) ſeu potius retentricis imbecillitatem ſequatur, ut in leuitate inteſtinorum, & dyſenterijs fieri conſueuit: nam ad utrunq; canina appetentia ſubſequi ſolet. ſed ubi inanitio uim caloris ſequitur, ob exactam inanitionem cibus per corpus digeritur, ubi retentricis imbecillitatem, ualidè deijcitur, retentrice utique facultate parum ſuo munere functa. Atque hæc de immodicæ appetentiæ cauſsis.

Gal. in arte medicinali.

Cur per æſtatē appetentia ſit deiectæ: per hyemem ualida.

PRAVAS autem qualitates appetunt ij, quibus uentriculi tunicæ prauo aliquo excremento ſunt imbutæ. Atque conſueuit huiuſmodi affectus, mulieres uitioſis humoribus refertas, infeſtare, idq; quum uterum geſtant. Vocatur pathos ipſum Citta, id eſt, Pica, ſiue Malacia. Appetunt autem maximè per hunc affectum & acida, & acerba, nonnunquam acria quoq;, interdum uel cimoliã terram, uel teſtas, uel extinctos carbones, aut alios huiuſmodi cibos abſurdos. Atq; complures earum huiuſmodi uitio laborant, uſq; ad ſecundum, ac tertium menſem. In quarto uero quieſcunt, partim quòd uomitione uitiati humores expurgantur, partim, quòd concoquuntur, utpote exiguũ cibi tum ſumente muliere, ob faſtidium: partim etiam quòd multitudo, uacuatione ſit

Citta ſeu Pica morbus.

ne ſit imminuta. Quippe primis duobus menſibus fœtus paucum ad ſe ſanguinẽ attrahit, eò quòd parum adhuc auctus ſit, adeò, ut ne fœtus quidem nominari tum debeat, ſed cyema potius, id eſt conceptus. Vbi uerò iam increuit, tum plurimo indiget alimento, atq; tum, non id quod optimum eſt, è uenis, ut antea dicebam, allicit, uerum etiam quia maiorem alimenti copiam requirit, aliquid uitioſi ſimul attrahit. Ita fit, ut uniuerſum corpus & plethoricon, id eſt plenum, eſſe deſinat, & minori humorum uitio crucietur. At fœtus ipſe, excrementa quæ ab attracto redundant alimento, ad duas reponit membranas. Quo fit ut ipſe quoque & maiori humorum uitio, & maiori intemperie infeſtetur, quandoquidem à uitioſo ſanguine alimentum ſumit, niſi grauida mulier reſiduo, quo uterum gerit, tempore, optimis utatur cibis. Sed hæc, ad id quod propoſuimus, haudquaquam pertinere uidentur. At quia de prauarum qualitatum appetentia ſermo incidit, factum eſt, ut Malacię quoque meminerimus: quæ uiris etiam nonnunquam accidit, quando ipſis quoque uitiati humores ad uentriculi oſtium defluunt. Huiuſmodi ſymptomata circa alimenti appetentiam euenire ſolent.

Conceptus.

NON *ſolum quum urgenti fame animal premitur, appetentiam corruptam eſſe deprehendimus, ſed tum etiam, quum inſueta cupiditate, ad prauæ qualitatis cibaria mouetur. Quod ſolo qualitatum nomine expreſsit Galenus, indicare uolens, in hoc corruptæ appetentiæ genere, qualitatibus extraneis, potius quàm rebus ipſis capi, qui ita laborant: unde meritò prauas qualitates appetere eos dixit. Nam etſi teſtas, carbones, lutum, terram, huiuſmodiq; talia cupidè appetunt, non tam certe hæc, quòd talia ſint, appetunt, quàm quòd uitioſam quandam obtineant qualitatem, qua, pro humorum in uentriculo conſiſtentium uitio, impensè delectentur. Eorum namq; quidam acidis, acerbis alij, pleriq; acribus, omnes extraneis qualitatibus unice capiuntur, ut in eo morbi genere, quem Picam Latini, Græci πίτταν, uel κίτταν nominant, euenire ſolet. Nam quæ eo tenentur mulieres (eſt enim peculiare mulierum uterum geſtantium malum, dum per primos geſtationis menſes uitioſis ſuccis abundant) peſſimis quibuſq; & uitioſiſſimis per id tempus ſolent cibarijs ueſci, quoad grandior factus fœtus, multum ad ſe alimenti portionem attraxerit, eoq; attractu, à uitioſis ſuccis exonerato uentriculo, ceſſationis mali fit cauſſa. Hunc uerò affectum, ſeu pathema potius, à Pica auc nomen traxiſſe Paulus ingenuè ſentit, ob picturatam ſcilicet eius auis in plumis uarietatem, uel (ut idem Paulus etiam tradit) quòd iſtiuſmodi malo ſæpe ea tentari ſoleat. Aëtius uerò, non tam à Pica, garruliſſima aue, quàm ab hederæ ſimilitudine (quam Græci κιττὸν, uel κίττιον uocant) nominandam*

Vide Ariſtotelem 7. de natu. animaliũ, cap. 4. eadem referentem.

Paulus lib. & cap. primis.

Aëtius lib. 16. cap. 10.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 231 sur 428

Pica morbus unde dictus, & quando incipiat, aggrauet, & finiatur.

nominandam ratione certe optima censet. Nam sicut hedera diuersis plantis, quæcunque occurrerint, uariè implicari solet, ita mulieres Citta laborantes, diuersissima edulia appetunt, & illis se temere implent: quamobrem meritò, Cittam eum morbum esse dictum, idem autor arbitratur. Tum uerò maxime infestare utero gerentes is morbus solet, quum ob mensium suppressionem per primos menses uentriculus uitiosis succis grauatur. Incipit autem (ut Aëtius tradit) circa quadragesimum à conceptu diem, finitur (ut hic Galenus) quarto gestationis mense: quòd tum & crebro uomitu uacuata iam sit maior uitiosi succi portio (solent namq; à primo ad quartum usq; mensem utero gerentes dictim, sponteq; uomere, ad id mouente natura, quod superfluum & uitiosum est, expellere satagente) & quod reliquum est, ui naturæ concoqui soleat, & ad fœtus alimoniam seruari, ad eumq; mitti. Rectissime autem Galenus, quod prioribus mensibus aluo cõtinetur, fœtum minime, sed conceptum potius appellandum censet: quod pro Hippocratis uetustissimi sententia, in eo qui de Fœtus natura inscribitur libro uarias quod in utero ex semine genitum continetur, appellationes sortiatur, genituram tum uocante Hippocrate, quum futuri fœtus ex semine informis in utero coactio fieri incipit. Cum uero sanguine genitura impletur, nondum autem principes partes articulatæ fuerint, concretionem tamen quandam obtineant, tum sanè quod prius genitura erat conceptum esse, & uocari testatur Hippocrates, fœtum uerò, quum tria iam principia conformata discretaq; uidere licet: infantis nuncupationem tum primum meretur, quum iam artus uniuersi, ipsumq; animal totum, compagine sua constiterit, idq; quod utero geritur, calcitrare, & moueri iam latè potest, absoluti animantis indicium. Atq; hæc obiter ad Galeni de hac re explanationem tantum sint dicta. Id autem precipuè (ut tandem hunc locum monitione hac finiam) prægnantibus, cum Galeno duco cauendum, ne corruptis, ne intemperatis, & noxam immedicabilem afferentibus cibis, ne extranea qualitate præditis, sese expleant, eaq; saucia uoluptate (dum palato placere student) se fœtumq; male perdant. Quod enim per imprudentiam commisit mater, ad innocentem, nec opem implorare potentem transfertur puerum: ipseq; errati sæpe atroces, nec sine matris periculo, dat pœnas. Moderatis potius cibis & stomacho gratis, non acribus, nec flatuosis, (ut Aëtius rectè monet) utantur: quò tenellum infantem ad bonum habitum omni cura & studio, sed bono præsertim nutricatu, pertrahant, ipsæq; ad enixum sese ualidiores, præstent.

Vbi supra.

Vide Gal li. de Semine 1. hæc ex Hippocrate referentem.

Genitura.

Conceptus.

Fœtus.

Infans.

Monitio prægnãtibus utilis.

Aëtius lib. 16. cap. 12.

CIRCA potionis uerò appetẽtiam, tum similia, tum numero equalia eueniunt symptomata. Accidit enim quasi priuatio quædã appetẽtiæ, quum uel corpus omnino nõ eget potione, ob frigoris, humoriscq; excessum, uel uentriculus suũ pathos non sentit: Deficiens uerò appetẽtia, ubi hęc eadẽ fuerint imbecilliora. Porrò deprauata potionis appetentia, deprauatæ ciborũ appetentiæ proportione respõdet. Quippe immoderata appetitur potio, quando contenti in uentriculi

Potionis symptomata.

tunicis

tunicis uitiati humores, aut salsi sunt, aut bilioſi: interdum uero, quum ueluti feruet in eo natiua ipsius humiditas. Prauas uero potiones, quemadmodum & prauos cibos, appetunt aliqui, pro uiciati humoris, qui uincit in ipsis, ratione. Huiusmodi symptomata ijs, qui diutius malo uictu utuntur, euenire consueuerunt. Sunt qui inexhausta siti cruciantur: de quorum numero mori uidimus, & eum qui uiperam deuorauerat (erat autẽ fortasse Dipsas) & messores, qui forte fortuna uinum biberant, in quo quædam fera fuerat extincta: & eũ qui ex ueteri uino fuerat inebriatus: item eum qui sitim tolerare decreuerat: denicq; eos, qui in naui deficiente aqua, marinam aquam bibere ausi sunt, quòd siti immoderatiore quàm reliqui, cruciarentur. Etenim soluta aluo, ac torminibus uehementer cruciati, celerius quàm reliqui interierunt. Noui etiam quendam ardente febre laborantem, qui increscente etiamdum morbo, aquam frigidam liberaliter bibens, satiari non potuit, donec moreretur. itaque circa uentriculi appetentiam huiusce modi euenire possunt errata.

Siti enectorũ historiæ.

Dipsas.

APERTISSIMA *sunt quæ de potionis appetentia hîc à Galeno dicuntur: quæ, quum proportione quadam ijs quæ de ciborum appetentia dicta sunt, respondeant, superuacaneum fuerit ea commentarijs explicare uelle. Tantum hîc adnotabimus, non omnino certam de Dipsade serpente, hoc loco à Galeno sententiam dici: quũ dubitandi illa particula (fortasse) sermoni eius adiecta, fidem faciat, eum hac in re dubium ualde fuisse, quòd non satis sciret, an dipsas è uiperarum genere esset, an distinctum ab ijs genus. Dubitasse autem ipsum ea de re uehementer, longa illa à se, uiperarũ uenatoribus Romæ interrogatio facta, abunde monstrat. Nam (ut x 1. de simplicium facultatibus idem scribit) quum à uiperarũ uenatoribus accepisset, nullum esse uiperarum dipsadum genus, tantum eas quæ in Libya essent, ob regionis naturam carnem salsam habere, uix assentiri illis est ausus, nec omnino etiam repugnare: sed id cõfiteri ingenue fuit coactus, se probare non posse nullum esse uiperarum Dipsadum genus: quum tamen hoc loco fateatur eum qui morsu uiperæ obierit, ingenti esse necatũ siti: unde Dipsadem fuisse quæ momorderit, ipso mortis genere asseuerare, uel potius credere cogitur. Cuius ambiguitatis censuram (etsi grauioribus totam ipse relinquo) tamen ne quid ex ueterum monumentis de ea re non attigisse uideri possimus, dicam quid Dioscorides, Nicander, Paulus & Aëtius, de Dipsade senserint. Dioscoridis hæc sunt uerba:* Τοῖς δ' ὑπὸ διψάδος, ἄσιγνος ὄγκος ἥκει, καὶ διψῶν ἐπιτείνεται μᾶλλον ἀφ' ὑγροῦ, ὅτι ἀπλήρωτος καὶ ἀδιάλειπτος ἔνεστι, καὶ ὅσα πυοῦται χαροπὸν ἐλκῶδες τῷ αὐτῷ καθίσταται. ὧν δὲ μὴ τὸ ὀρχεῖν ἐλαφρόν ἐστι πυοῦται,

Galenus in dipsade dubius.

Dios. lib. 6. ca. 19. Dipsadis signa.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 233 sur 428

πδρκπλήσιον ἃ ὅλως ἓ συγκρίματος ἀκριβῶς. διὰ τοῦτο σωτηρίου πόματος ἀσφαλὲς πρῶτος τε καὶ κοῦφος προσφορώτατος ὁ διψάς. Quem sanè locum quum difficilimum

Difficilis apud Dioscoridē locus.

esse, uel ex ipsa uerborum serie constet, ob id uariè ab Hermolao, Marcello, & Ruellio interpretatū legimus, ita ut uix sibi mutuò constent, aut dictioni Græcæ respondeant: ut merito Marcellus hunc locum enarrans dixisse sit uisus, Nihil in Græcis exemplaribus toto hoc capite incertius esse, pluráq; in eo uitia, quàm integras partes inueniri. Vtcunq; sit, sequendum Hermolaum censeo: qui ita uertit, Dipsadis morsus comites sunt tumor quidam solutus, sitis contenta uehementer, nunquam explebilis, nunquam interquiescens. Proinde qui ita sunt affecti, potum hianti ore trahunt, semperq; in principio desiderij eius sunt, tanquam si nihil adhuc bibissent. Proinde similes toto illo habitu aguntur haustus, ob id ipsa dipsas ab aliquibus Præster, ab alijs Causos uocata est. Atque hæc Dioscorides. Nicander in Theriacis carmine ita:

Præster. Causos.

Nicander.

Exiguæ similis spectatur dipsas echidnæ,
Sed festina magis mors ictos occupat ægros,
Parua, & lurida, cui circa ultima, cauda nigrescit.
Quem ferit, accenso miseras is corde querelas
Fundit, & arenti sitibundus fauce dehiscit.
Quæ sitisq;, uelut taurus, superincubat undis.
Immensoq; replet, sed frustra, uiscera potu,
Dum crepet intensus rupto mox fumine uenter.

Lucanus lib. 9.

Quæ uniuersa, quum docto admodum & lepido carmine à Lucano recenseantur, haud pigebit ea hìc intertexere, quòd Nicandri uersibus maximè conueniant. Carmina hæc sunt,

Signiferum iuuenem Tyrrheni sanguinis Aulum,
Torta caput retro Dipsas calcata momordit.
Vix dolor, aut sensus dentis fuit: ipsáq; leti
Frons caret inuidia, nec quicquam plaga minatur.
Ecce subit uirus tacitum, carpitq; medullas
Ignis edax, calidáq; incendit uiscera tabe.
Ebibit humorem circum uitalia fusum
Pestis, & in sicco linguam torrere palato
Cœpit, defessos iret qui sudor in artus
Non fuit, atq; oculos lacrymarum uena refugit. Et paulo pòst
_Totisq; furens exquireret agris
Quas poscebat aquas, sitiens in corde uenenum.
Ille uel in Tanain missus, Rhodanumq;, Padumq;
Arderet, Nilumq; bibens per rura uagantem.

Paulus libro 5. cap. 16.

Paulus eadem, quæ Dioscorides, & Nicander, recenset, cum intolerabili siti æstum ingentem irrumpere. unde ab ardendo καύσωρ, ab inexplebili siti quam infert, διψάδα appellari merito censet. Vnde mirari haud iniuria subit, cur Hermolaus, uir alioqui nunquam satis laudatus, neq; unquam sine honoris præfatione nominandus, tumorem solutum comitari Dipsadis morsum, ex Dioscoride uerterit,

Hermolai lapsus.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 234 sur 428

uerterit, quum tamen, & Ruellius, & Marcellus non tumorem ſolutum, ſed ardorem intolerabilem naſci dixerint: quod omnium præcitatorum autorum ſententiæ, atq; adeo ueritati ipſi cõſentaneum magis uidetur. Quamquam quid Hermolaum damno, qui ad ueritatem Græcam intentus, fideliter uerbum uerbo reddiderit? Nam hæc duo uerba (ἄσηθον ὑγρόν) in Græca phraſi poſita, tumorem laxum, ſeu ſolutum ſignificant. Corruptum potius ego Dioſcoridis textum (ut recte Marcellus ſentit) quàm uitioſam Hermolai uerſionem cenſeo. Sed alij iudicent. Hæc tantum de hac cõtentione dixiſſe libuit, ne, non eam animaduertiſſe uideri poſſem. Et ut etiam dipſadis naturam ex probatis autoribus indicarem. Quam & ipſam uiuis penè coloribus Aëtius ad hunc modum expreßit, Dipſas (inquit) à quibuſdam Cauſus appellatur, eſtq; uiperæ ſpecies, quæ in maritimis magis locis reperitur, magnitudine cubitali, ex craſſa in tenuem deſinens. Notas autem habet per omne corpus ſuluas, & nigras, caput uero anguſtius. Quã deſcriptionẽ, Nicolaus Leonicenus, primus melioris Medicinæ inſtaurator, imitatus fuiſſe uidetur, in ſuo de ſerpentibus libro, illam ſic delinians, Dipſas (ait) eſt ſerpens uipera noſtra minor: Quidam tamen cubitalem eſſe tradunt, anguſtiore quàm uiperæ capite, cauda extenuata, in partibus poſtremis lurida, reliquum corpus maculis ruffeſcentibus uariata. Hæc Leoniceni congrua Dipſadis deſcriptio. Atq; in hac ego re tota, fuſior eſſe de induſtria uolui, ut hunc locum non ſatis expoſitum apertiorem redderem.

Ruellius. Marcellus. Defenſio ad Hermolaum.

Corrupt⁹ Dioſcoridis de dipſade locus.

Aëtius Sermone 13. cap. 22. Dipſas, uiperæ ſpecies.

Nicolai Leoniceni laus, & eiuſdẽ de dipſade ſententia.

EST præterea aliud ſymptoma, uentriculi oſtium nonnunquam infeſtans, nempe Cardialgia, id eſt cordis dolor, quod & moleſtum eſt, & ad ſentiendi facultatem pertinet, à mordacibus ortum ſuccis. Accedit ad hæc Bulimos, id eſt uehemens fames, ita enim uocant: eſtq; huius particulæ ſymptoma, quum ſimul & penuria, imbecillitate, & refrigeratione afficitur. Porro nihil mirum uideri debet, ad huiuſce dolores, & animi ſequi defectionem, & uires proſterni, quum uideantur nonnulli, uel ob digiti offenſam, animi deliquio laborare. Proinde non mirandum eſt, ſi idem affecto ſtomacho accidat, tum ob exactam ſentiendi uim, tum ob ſitus uicinitatem, qua duas principes partes, ut ſibi conſentiant, adducere poteſt. Etenim maxima ſymptomata, à facili ſtomachi ſenſu prodire deprehenduntur: utpote qui cæteris cauſis, quæ moleſtiam inferre poſſunt, omnibus multò grauius infeſtet, adeò ut ad principes partes utraſq;, noxam tranſmittere uideatur. Atqui ubi neruoſum genus in quopiam, maiori fuerit uel ſentiendi, uel patiendi facilitate præditum, tum maximè principes partes, perquàm celeriter ad ſympathian, id eſt, conſenſum, adduci contingit, præſertim ſi ob pa-

Bulimos.

Cur uehemẽtißimi oris uentriculi affectus.

Lib. 5. Loc. aff. cap. 1. 4. 8. καὶ ἀπ. Lib. 6. method. cap. 4.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 235 sur 428

thos aliquod,aut etiã ſuapte natura fuerint imbecillæ.Quod ſi omnia quatuor conueniant,maximum inde pathema oriri neceſſe eſt.Quatuor autẽ dico,ſi infeſtans ſtomachũ affectus fuerit ualidus, ſi adamuſsim abſoluto fuerit ſenſu,ſi neruorũ aut arteriarũ genus,aut cerebrũ,aut cor,fuerit imbecillũ. Ita enim propter ſtomachũ, & morbus comitialis euenire poteſt,& grauis ſopor,& ueternus,& catalepſis,& delirium,& melancholia,conſentiente principio,tum in cerebro, tum in neruis. Porro cardiacæ ſyncopæ (ut uocãt) cõſentiente & in corde,& arteriis principio,euenire ſolent:ita & pulſus abolitio, & exiguus pulſus, & pulſus deprauatus. Anhelitus uero perit, quum principes partes ambæ uehemẽti laborant ſympathia. Dyſpnœa uero,id eſt difficilis ſpiratio,duplicem habet ortũ: alia enim ob præcordiorũ fit conſtrictionem, alia quum utrũq; principium conſentit.ſed occaſiones quæ animal ipſum ad huiuſmodi pathemata perducunt,multæ ſunt, ueluti frigus ualidũ,interim ipſum per ſe,interim cũ pituita ſupra modũ frigida: Cuiuſmodi potiſsimũ uidetur ea,quæ eliquato uitro haud abſimilis eſt, & in colore,& ſubſtantia. Quamobrẽ & Praxagoras,& Philotimus eam,ſuccũ uitreũ nominauêre.Item ſpiritus frigidus,qui inflare poſsit,aut potio,aut cibus,aut medicamentũ uehemẽtis frigoris, oſculum ipſum uentriculi refrigerat. Atq; una cum ipſo, per neruos quidem cerebrũ,per magnã uero arteriam,cor,frigoris iniuria afficietur:Cerebrũ quidẽ,quia per neruoſum genus cum illo cõmunicat, Cor autem, quia uicinũ illi poſitũ obtinuit. Quippe omnium arteriarũ maxima, poſteaquã à corde exorta eſt,per ſpinam incedens, in primis iungitur ſtomacho, deinde oſculo,ac deorſum procedens, ipſi quoq; uentriculo ſecundũ longitudinẽ ſubtenditur.Per hanc itaq; arteriam,ut maximam,ita ex intimo corde productam,principum partium altera,uentriculi oſtio cõſentit, per neruos uero altera, nempe cerebrum. Proinde haudquaquam mirandũ eſt,ſi ob morbos ipſius,animalia maximis,ijſdemq; uehementiſsimis ſymptomatis crucientur. At quomodo ſingula fieri poſsint poſtea dicetur. Quippe occaſiones ipſas dicere in præſentia, abunde ſatis fuerit. Sunt uero huiuſmodi, fungorum quædam genera, bupreſtis,ceruſa,gypſus, lac coagulatum,ab utero ſtrangulationes,tum in uiduis,tum ijs,quarũ purgationes

Quæ mala propter ſtomachum euenire poßint.

Cap. 5. Lib. 5. Aph.

Pituita uitrea

Lib. 2. Tract. 6. Cap. 6. Tract. Lib. 3. Aph.

Conſenſus uentriculi ad cor & cerebrum.

Cap. 5. Lib. 6. Aph.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 236 sur 428

purgationes ſunt ſuppreſſæ, præterea uirorum affectus, qui illis proportione reſpondeant. Verum de abolita ſpiratione, aliàs ſeorſum diſputabimus. Ac de ſenſuum inſtrumentis omnibus, itidem de ipſorũ facultatibus, ad finem uſq; ſermonem perduxiſſe mihi uideor.

Cap. 5. Lib. 5. Loc affect.

Libris tribus

CARDIALGIAM, *oris uentriculi dolorem acutißimum eſſe, ab humorum acrium ſecundum plurimum morſu ortũ, Galenus quinto de Locis aff. & 5. item de uſu partium, atq; 4. Aphoriſ. multisq; alijs locis prodidit, nec iniuria. Nã nõ ſolum ei uiſceri, quod ſua natura palpitat, Cor, nomen fuit apud antiquos, ſed etiam huic ipſi parti, quam Os uentris dicimus. Quamobrem merito à partis nomenclatura, dolorem in ea excitatũ, Cardialgiam appellare licebit: ſic enim ſæpenumero affectus ipſos, à læſa particula denominare audemus, ut Cephalalgiã, Pleuritin, Othalgian, Podagram à partibus quas occuparũt. quæ Galeni eſt ſententia. Atq; hic oris uentriculi dolor, non tam ob id quod proximè dictum eſt, quàm quòd etiam, ſimilia cordi affecto creare ſymptomata poßit, Cardialgiæ nomen meruit. Nam ut ad cordis affectus palpitatio, & ſaltus ſequũtur, itemq; delirium, & uirium ſubita defectio, ac ſæpenumero frigidi ſudores, ſic & ad hanc partem affectam, præſertim, quum acuto quopiã, ſeu malæ qualitatis ſucco fuerit referta. Quæ certe mala tandiu perſtant, quo ad uel uomitu, uel deiectione, uitioſus ſublatus ſit humor. Vomunt autem utplurimum qui ſic laborant, porraceum, acutum, ac uehemẽter amarum: ut Galenus in puero illo æruginem uomẽte, ſe uidiſſe teſtatur, & in muliere, ab hoc ipſo affectu ſucco mali punici reſtituta. Ad hanc porrò etiã partem id ſymptoma pertinet, quod Græcis Βούλιμος, nobis, ingens fames dicitur. Nam particula Βυ, ſignificationem auget: tumq; in nobis oritur, quum os uentris, & penuria, ob cibi defectum, & imbecillitate, ob intemperiem uehementẽ, & frigiditate laborat. Quod & ipſum Aëtius pulchrè confirmat inquiens, Bulimum ex ſtomachi frigiditate oriri, indigẽtia, ac uirium imbecillitate: huiusq; ſæpenumero cauſſam eſſe, longas per niues factas peregrinationes, totum corpus uentriculumq; inſigniter refrigerantes. Auicenna uero rectè, poſt Galenum aſſerit, intemperiem ualidam, uim appetitricem uentriculi, & attractricem mortificantem (ut eius ipſius uerbis utar) huius ſymptomatis cauſſam ſore. Quod Galenus preßius ſic monſtrauit, Paßio (inquit) Bulimos nominata, eſt caſus potentiæ ex frigiditate exteriore, qui à fame quidem inchoauit, ſed non habet eam amplius adiunctam. Vnde maxime miror, quid Alexandrum noſtrum (quem Trallianum fuiſſe plærig; exiſtimant) mouerit, ut diceret, à nimio calore ſtomachi pathema hoc naſci, quum reliqui omnes, ſeu Græcos, ſeu Arabes quæras, à frigiditate oriri affirmarint, uti et res ipſa apertißime docet, quum plerunq; ijs eueniat, qui à frigiditate exteriore uentriculũ inſigniter refrigerarunt, ut citatis locis, & Galenus, & Auicenna cenſent. Differt autem hæc, à Canina uocata fame, quòd in illa perpetuò fames urget, in hac minime: quanquam à fame inchoauit. ſed proſtrata tandem uentriculi facultate, perit: à*

Cardialgia. Cõ. aphor. 17. & 65. & 2. de alimentis. cap. 24. uide Gal. ubi ſupra.

Gal. 2. metho. me.

Vide Gale. 12. metho. & com. 1. quinti Aphoriſ. & 2. de alimentis. ca. 24. Bulimos quando fiat. Aëtius ſermone 9. cap. 16.

Auicẽna fen. 13. 3. tract. 1. ca. 15.

Gal. 2. Aphori. com. 21.

Contra Alexandrum. lib. 2. capi. 13.

Bulimus, quib⁹ eueniat. Differentia bulimi, & caninæ appetentiæ.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 237 sur 428

frigiditate ſcilicet exteriore, deleta ſentiẽdi potentia. Tũ etiã, quòd illa ab acidis ſuccis ortũ ducit, hæc, ſine his conſiſtere poteſt: quæ cuncta à Galeno 2. aphoriſ. quo diximus loco legenda. Cur uero ad huius partis dolores, & uehemẽtes affectus, animi deliquiũ, cõuulſiones, deliria, ſyncopæq; ſequãtur, in promptu cauſa eſt, quòd ob ſenſus in ea uehementiam (eſt enim magnus ualidisq; nerus ſtipata) tum ob conſenſum cũ corde & cerebro (principibus partibus) magnam in toto poſſit ciere noxam, præſertim ſi ualidus ſit affectus, ſi nõ ſupino ſenſu ſtomachus præditus, ſi principes partes imbecillæ fuerint. Quæ ſi cuncta ſimul adſint, nihil uetat, ab ſtomacho comitiales oriri ſopores. id eſt ſomnos graues, Lethargos, catalepſes. 1. occupationes (quem affectum Neoterici Congelationem nominant, ut in quo ceu occupati, & congelati, palpebris apertis, & inconniuẽtibus ægri manent) deliria, & melancholicam affectionem, conſentiente nimirum per neruos cerebro: ſicut cardiacæ ſyncopæ euenient, ſi cor ipſum uentriculi noxam, arteriarum admuniculo ſentiat. Nam cerebro per neruos, cordi per arteriam magnam uentriculus cõiungitur, ut hic, & in de uſu partium libris exacte à Galeno monſtratur. Quin & ſpiratio, ad huius partis uitia, deprauari & ipſa maxime poteſt. ut ab fungorum eſu (eorum præſertim qui uenenoſarum plantarum commercio letales fiunt) item à ceruſſæ, gypſiq; potu, & coacti in uentriculo lactis. Omnia namq; hæc ſpirationem præfocando tollere, aut certè, cuerterre nõ parum poſſunt: uti bupreſtis eſus, & ab utero præfocationes à quauis, cauſſa fiunt. Sed hic finis eſto.

Oris uentriculi affectus, cur, & quando ſint uehementes.

De catalepſi in de Gale. 4. de locis, aff. cap. 2.

CAPVT VIII.

CONSEQVENS eſt ut ad ipſorum principium, quod ueluti fons quidam ſuas illis facultates mittit, conuertatur oratio. Id uero eſt primum ſentiendi promptuarium: ſinguli enim ſenſus in ſingulis particulatim inſtrumentis, à ſenſibilibus alterati, perficiuntur. Hanc uero alterationem pars alterata ſentit, eò quòd à cerebro ſuſcipit facultatem, quæ ad ipſam per neruum deriuatur. Quippe cerebrum, non ut ſit ſentiendi inſtrumentum, ſed ut ſenſuum inſtrumentis uim ſentiendi præſtet, à natura inſtitutum eſt. Quòd uero ſingulis animalis partibus ſentiẽdi facultatem per neruos tranſmittat, dilucide patet, ubi neruus quiſpiam reſectus eſt: quippe ea pars, in quam neruus ille diſtributus eſt, protinus ſenſum amittit. Preterea neminẽ latet, ſenſus per ſomnos, aut otioſos omnino eſſe, aut debiliter agere. Conſentaneum itaq; eſt, exiguam quandã à principe parte facultatem, in reliquas particulatim partes tum defluere. Quòd enim quis uel profunde, uel minus profunde dormit, ex eo eſt (ut quotidie dicere ſolemus) quòd aut plus,

Cap. 5. Lib. 3. Loc. affect.

Cerebrum ut quid ſactum.

Vide Lib. de plac.

Vide Lib. de Gal. rapit.

Lib. 3. Loc. aff. Cap. 10.

Egmiſt. text. 1. paraphraſ. ſy Lib Ariſtot. de ſenſu, &c. præterea, an, ſumpſibile ſyt.

plus, aut minus affluit. Quippe tanto minus affluere par eſt, quanto grauior fuerit ſomnus.

SYMPTOMATVM omnium, quæ in inſtrumentis externorum ſenſuum accidere poſſunt, exactè enarratis cauſis, ad ea tandem progreditur quæ principi parti, hoc eſt cerebro (unde illis facultas ceu è promptuario emanat) eueniunt. Etenim, quum ſenſiones eæ omnes quæ in externis ſenſorijs fiunt, ſingulæ quidem in ſingulis perficiantur, (nempe in oculis uiſio, in auribus auditio, olfactus in ſummis narium partibus, in lingua guſtus) facultas tamen, qua propria ſenſata diſcernunt, non illis per ſe, ſed à cerebro per neruos influit. Cuius ſanè rei id uel maximum indiciũ eſt, quòd ad ualidas cerebri oblæſiones, ictum, uulnus, obſtructionem, intemperiem, & id genus ſenſoria in ſuis functionibus læsa uidemus, nullo etiamnum in ijs pathemate exiſtẽte, nulla ue morbifica cauſſa, ut per comitialem, lethargum, apoplexian, capitis ictus, experiri cuiq; licet. In ijs namq; pathematis, ſenſuum inſtrumenta, etſi alioqui recte ad functionem ualentia, ob unius tamen facultatis penuriam, quæ illis læſo cerebro tranſmutti non poteſt, ſuo ſentiendi munere deſtituuntur. Per neruos uero, ceu riuos quoſdam à fonte ipſo cerebro prodeuntes, hanc mitti facultatem: cum ſuprà capite 5. huius libri, tum 1. 8. & 9. de partium uſu, & 6. de Placitis Hippocratis & Plat. à Galeno oſtenſum eſt. Quod & ea cæcitatis ſpecies monſtrat, quæ nihil paſsis oculis, ſola neruorum ad oculos uenientium obſtructione naſcitur, item & neruorum reſectiones ſenſum, & motum ijs partibus adimẽtes, ad quas horum gratia perficiendorũ à cerebro mittebantur. Reſectis enim neruis in crus, manum ue diſtributis, ſenſus illis, aut motus perit, ut ſuprà iam expoſuimus. Quin & hoc ipſo ſigno idem monſtratur, quòd per ſomnos, ſenſuum inſtrumenta, aut omnino nihil, aut certe debiliter agunt, cerebro nimirum facultatem illis non tribuente. Quòd ſi profundus ſit ſomnus, nihil omnino mittitur, ſi remiſſus, nonnihil. Quum enim uehementer per ſomnum occupati ſenſus ſunt, tum altum dormire animans recte dicimus: quũ quippiã uero facultatis influit, & ſenſus aliquãtum ſoluti ſunt, tum tenuem ſomnum appellamus. Altũ dormiunt, qui humore nimio abundant, & calore plurimo pollent, tum, & qui multis, grauibusq; laboribus exercentur, quò reſoluta nimio labore uirtus, ſomno refici poſsit, ut paulò pòſt Galenus. Tenui ſomno, leniterq; dormire dicuntur, quibus ſiccior fuerit cerebri temperies, aut quibus peruigiles curæ negotium faciunt. Sed quid ſit cauſſæ, cur nonnulli altum dormientes, uigilantium opera exerceant, non ſic facilis explicatio eſt. Nempe ſi profunde dormientibus (quod Galenus ait) facultatis ſenſificæ nihil omnino, aut exiguum mittitur, quî fieri poteſt, ut ualido occupati ſomno, & loquantur, & loco cedant, & arma capiant, & progrediantur? Quod etſi minime fieri poſſe Galenus quandoq; eſt opinatus, tamen quum illi ſemel per totam noctem longum eſſet emetiendum iter, ſomnoq; oppreſſus ſtadium firmè integrum ſe dormiendo confeciſſe agnouiſſet, experientia uerum eſſe, quod fieri non poſſe exiſtimauerat, credere eſt coactus. ſic ipſe de ſe lib. 2. de motu muſculorum. Quanquam uero dubitationis huius cauſſam reddere nõ leuis negotij ſit, nos

Facultas ſenſibus unde.

Senſuum inſtrumenta quando lædantur, nullo in ijs per proprietatẽ pathemate exiſtente.

Reſectiones neruorum quid faciant.

Altum dormire quando dicamur.

Tenuis ſomnus

Cur nonnulli altũ dormientes opera uigilantium exerceant.

Gal lib. de motu muſculorũ 2.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 239 sur 428

nos tamen ex Galeno promptam afferemus dilutionem, id primum cum eo præfati, temerariam esse eorum sententiam, qui animã dormientium omnino ab operatione cessare asseuerant: non enim omnifariam cessare dicitur, sed intermissionem tantum intenti uigoris habere. Nam qui dormiunt, & sese in uarios positus iactant, & crura, brachiaq; mouent, & tangentes quandoq; sentiũt, præsertim si non profundus sit somnus. Ex quibus monstratur, etiam per somnos, facultatem animalem nonnihil operari, quãquam remisse: facultatis nempe animalis hæc sunt, membrorum motus, loquela, tangentes sentire, respirare, uti pulchrè citato loco Galenus. Nec obstat quo minus istæc animalis facultatis opera sint, quòd sine mente, & prouidentia à dormientibus fieri dicantur. Nam sæpenumero per uigilias idipsum nobis euenit, ut ijs, quæ facimus mentem nõ adhibeamus. Nempe cogitabundi sæpius imprudenter iter peregimus, quod nos peregisse minime existimamus, & sæpe etiam locum præteriuimus, ad quem à principio intendebamus, quum sint tamen hæc Animæ opera, et ex præuia etiam deliberatione suscepta. Quare quam caussam in uigilantibus adferemus, cur sæpe uolũtarios motus, & actiones non sentiant, quum præsentes sint, quòd scilicet illis dum fiunt, intenti non sint (Nam fortibus attenti imaginationibus, ut uult Aristoteles, delata sub oculos non uident) eandem in dormientibus adferre licebit, quòd per sensuum à somno oppressionem, actiones eas minime ab se edi sentiant, eoq; mirari non oportere, cur illa eadem citra delectum, uoluntariè, tamẽ fiant in ipsis. Nam eorum operum quæ motu uoluntario fiunt, quum sint alia prorsus libera, hoc est quæ absq; impedimento perpetuò à nobis fiunt, alia uero affectibus corporis seruientia, hæc non semper, neq; cum uolumus, sed in tempore quodam, & certa mensura edere possumus. Alloqui enim quempiam, progredi, membra iactare, uario positu decumbere, absolute libera sunt, & à nobis fieri ex his quædam seu uigilantibus, seu dormientibus possunt. Egerere uero, & mingere non semper pro uoluntatis arbitrio possumus, etiam si quadantenus ad uoluntarium pertineant motum, quòd musculorum ani, & ueficæ adminiculo fiant: sed non sic ut priora omnino libera sunt: quæ Galeni citato loco est sentẽtia. Eò igitur fit, ut priora opera (nempe ut uult Galenus prorsus libera) etiam per somnum edere ualeamus, reliqua non sic sæpe, dempta tamen ab hoc albo respiratione, qua perpetuò uti necessarium quidem est. His igitur ita ut præmittitur, ex Galeno ad quæsiti dilutionem necessario adductis, sic problema hoc enodemus, caussamq; hanc ex doctißimorum quorunq; sententia assignemus, potentiæ scilicet in nobis supremæ (quam Cogitatiuam appellant Medici) in somnis actionem. Quum enim per somnum facultates cæteræ omnes quiescant, nec sua munia obeant (de animalibus loquor) sola cogitatiua uocata semper operari, & in actu esse optimis quibusq; dicitur, quòd quàmminimum corporis instrumẽtis utatur: quæ ferè omnia per somnum occupata sunt. Vnde fit, ut quum facultas ea quæ externis sensibus à cerebro demandatur, tota per somnum occupata sit, peneq; uincta (ut quæ nimirum à primo cerebri uentre, uel omnium Medicorum testimonio, perfluat) fit inquam, ut sensus externi omnes tum quiescant, quòd facultas illis à principe parte non suggeratur, somno utiq; impediente, qui eius partis, unde hæc facultas oritur,

Animã dormiẽtium non oĩno ab operatione cessare.

Animalis facultas nõnihil per somnum operatur.

Cur sæpe uoluntarias actiones nõ percipiam⁹. Aristo. de Animã.

Vide Gal. 2. de motu musc.

Voluntariorũ motuũ duo genera.

Attende lector ine de cogitatiua facultate secũdum Galenũ loqui, qui supremã eã in nobis facit, & ratiocinatricem appellat 3. de sym. dif fe. Nã scio secũdũ Aristotelem nõ hanc, sed intellectum supremã esse in nobis potentiam.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 240 sur 428

oritur, peculiare eſt pathema, uti Ariſtoteli & Galeno uiſum eſt. Quum quis igitur per ſomnum, uigilantium,& uoluntarij motus munia exercet, ſupremæ illi potentiæ, illiusq; in nobis imperio iure adſcribendum eſt: quæ tantum ualet, ut uniuerſam corpus, motricemq; in eo potentiam, ceu mancipia quædam, in actum uehementi quodam impulſu ciere poſſit. Quod quum fit, ſpiritus ipſi animales motui ſeruientes, ad ſua ipſorum organa eius facultatis imperio ire coguntur, ſic, ut inceſſum præſtare, ſi ad crura, & loquelam, ſi ad linguam moueantur, uel nullo negotio poſſint. Excitantur autem per ſomnos præfatæ in nobis motiones, ex rerum ad id cogentium intrò ſeruatis ſpeciebus, quas quum ipſa facultas in actum reuocat, uehementi nos oportet impulſu moueri, atq; ſic uigilantium opera exercere: quum interea tamen nullo ſenſuum externorum munere fungamur, quòd ſenſifica tum in nobis facultas, animalisq; ſpiritus, ad inſtrumenta ſenſuum non ferantur, impediente, quæ in anteriore cerebro eſt, obſtructione, à qua parte ſenſibus facultas influit. Quæ inquam pars, quum ſomni tempore multo, humidoq; uapore diſtenta ſit, ſenſuum inſtrumentis facultatem ſenſificam mittere nequicquam poteſt, tametſi tum etiam moueantur, qui ſic ſunt affecti. Atque ea ob id cauſſa eſt, cur nec uocati reſpondeant, nec prope clamantem audiant, nec pulſati, contactiq; ſentiant: quum interea tamen, & loquantur, & arma ſumant, & progrediantur. Nam etſi maior ad motum, quàm ad ſenſum requiratur facultas, mouentur tamen ij, nec ſentiunt, quòd tota Cogitatiuæ uis ad Motricem, non etiamnum ad Senſitiuam ſit uerſa. Et item, quòd præſens obſtructionis impedimentum, ſecundum anterius cerebrum conſiſtens (unde ſenſus omnes emanant) facultatẽ ſenſificam in ſuum munus exire prohibeat. Quòd ſi ad eam uirtus illa ſuperior ſe cõuertat, ualideq; agitet, eximitur obſtructio, ſoluuntur ſenſus, facultasq; illis tum mittitur: atq; ſic ſuis munijs fungi ſenſus incipiunt, & excitantur, qui alto prius premebantur ſomno.

Ariſtot. lib. de ſomno.

Vnde uigilantium in ſomnis motiones excitentur.

Cur quum per ſomnum moueamur, tamẽ minime ſentiamus.

Quãdo à ſomno excitemur.

ITAQVE toto hoc tempore quo quis dormit, animalis facultas quieſcere, naturalis uerò ualidius agere uidetur. Cuius rei coniecturam ex eo facies, tum quòd ipſa (ſi quando laborauerit) poſt ſomnum robuſtior euadit (id uerò maxime, quum à modico cibo ſomnum admittimus) tum etiam quòd per ſomnum, cibus optime concoquitur, non ſolum in uentriculo, uerum etiam per uniuerſi corporis habitum. Eſt etiam rationi conſentaneum, illud animalis membrum, in quo anima rationalis, ueluti in arce, habitat, aliquando quieſcere. Cor enim exiguam admodum uidetur habere quietem: ut pote quòd non magnopere indiget, ut diutius quieſcat. Sed non ita ſe habet cerebrum: per uigilias enim nunquam non fungitur officio, per ſomnum uerò quieſcit. Quamobrem profundius dormire uidentur ij, qui multa fuerunt exercitatione fatigati, ut pote quibus inter exercitandum plurimum facultatis à principe parte defluebat.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 241 sur 428

Igitur cerebrum,& requie, & uirium inſtauratione indiget, tum ob facultatis, quam tranſmiſit inanitionem, tum ob labores, quibus per multas functiones iam defatigatum eſt. Quemadmodum enim exercitati, & proniores ſunt ad ſomnum, & grauius dormiunt, ita illi quoque qui cibum ingeſſerunt, ac eò grauiori detinentur ſomno,quò cibus ſuapte natura fuerit humidior, itidem & ij, qui plurimo ſe uino ingurgitauerunt, aut balneis multis calidiſq; liberaliter circa caput uſi ſunt. Quippe huiuſcemodi omnia cerebrum uidentur implere humiditate: quæ alioqui non erat, inutilis ei, quem multa exercitatio, & laſſum, & aridum reddidit.

Vide finem Lib. 2. Cor. Aphor. 4. Aegrot. 36. 24. Part. 3.

cap. 4. Lib. 3. Coa. aff. et Lib. 2. ſub finem

VERISSIMVM certe illud eſt, per ſomnum facultatem animalem quieſcere,naturalem uegetiorem reddi. Nam quum ſomnus regreſſus ſit ſpirituum animalium ab inſtrumentis ſenſus,& motus ad ſuum principium,eo quidē regreſſu facultatem animalem à ſuis munijs quieſcere neceſſario oportet, unde meritò definitionum autor, ſiue is Galenus, ſiue quiuis alius fuerit, ſomnum eſſe dixit natiuam quandam animæ ab extrarijs uerſus principatum ſuum inclinationem. Naturalis uerò uocata,quæ tota circa alimentū uerſatur,robuſtior per ſomnum redditur: quòd intrò collectus calor,nec in externa ſenſoria diſſipatus, ſuā ipſe functionem perfectius edat. Vnde & cibi concoctio melior,& eiuſdem in ſanguinem conuerſio facilior tum fit, ualente nimirum id temporis innato calore, cuius uirtute hæc promptè efficitur actio,uti Galenus in de facultatibus naturalibus III. aſſerit: omnium nanq; naturæ operum potiſſima cauſſa,natiuus hic in nobis eſt calor, eodem tradente Galeno. Meliorem autem per ſomnum cibi concoctionem eſſe factam, auctum à ſomno uirium robur indicat, quòd experrecti, ſi probè confecimus,ualentiores,& ad quiduis agendum aptiores nos eſſe ſentiamus, familiari utiq; nobis appoſito alimento,præſertim ſi à modico ingeſto cibo, ſomnum admiſerimus. Exiguus nanq; cibus à facultate uinci perfectè,& facile poteſt: deterius nempe quod copioſum eſt,autore Galeno, in uentre & uenis conficitur. Vnde qui noctu multum ingerunt,uentriculumq; nimio cibo onerant,nec probe dormire,nec rectè concoquere poſſunt, quòd nimia copia facultas degrauetur,ceu nimio pondere preſſa,ſubindeq; ſuperare ingeſtum cibum minime poſſit. Eſt enim tanquā ignis ſcintillula magno lignorum aceruo ſubdita,quæ,ut à lignorum ſtrue nimia prorſus extinguitur, ſic & à multo cibo, quæ in ipſum operatur facultas. Ab hac igitur malè peracta functione,cruditates,mali habitus,inteſtinorum leuitates,cæteraq; mala cuncta oriri conſueuerunt. Morborum nanq; fermè omnium,cruditas cauſſa eſſe ſolet,teſtibus Galeno,& Auicenna. Quamobrem ijs qui ualetudinis rationem in primis habendam cenſent,maximè conſulo ut cœna temperēt,ne bis in die ſaturi fiant(quod ſe pro miraculo in Sicilia uidiſſe Plato ſuis olim retulit)ne ſe nimio cibo ingurgitent: alioqui ſciant ſe neglecti conſilij,cōtemptæq; artis magno ſuo malo pœnas

Somnus quid.

Concoctio per ſomnū melior.

Gal. 1. aphor. comment. 15.

Indiciū melioris concoctionis.

Gal. 4. de fa. nu.

Vide Galen. 1. aphor. cōm. 14.

Gal. in de conſtit. artis. Auicen. 13. fen. 3. trac. 2. cap. 4.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 242 sur 428

nas daturos. Tametsi satis scio Galenum VII. *Methodi. ualentiora uespere cibaria sumi iussisse, item & Celsum, bis in die eumq; plurimum assumendum cibum præcepisse, ijs quos sanos agere uelit. Verum hæc ijs sunt præscripta tantum, qui & ualida uirtute essent, & corpus laboribus multis interdiu, ualidisue exercitijs defatigassent: quod athletæ facere solebant, qui & ipsi interdiu à multo cibo de industria abstinebant, ne hisce laboribus crudus in uiscera raperetur cibus, uel corruptelam in uentriculo subiret: uespere autem, quòd & multum tempus cibi administrationem exciperet, & somnus accederet (qui bonæ concoctionis caussa est) ualentiora tum recte cibaria ab illis assumebantur. Sed longe diuersa nostra & eorum est ratio: quum nos gulæ, & genio uiuamus, excrementisq; plurimis redundemus, nullo non ciborum genere uiscera distendamus, unde nobis & podagræ, & coli, calculiq; dolores (præclara certe crapulæ, & gulæ præmia) oriuntur. Operæpretiũ igitur fecerint, qui uitam feliciter trãsigere, & sine noxa curant, si cibi nocturni quamminimũ sumpserint: quod hic pro loci huius Galeni explicatione tantisper liberè admonuisse commodum uisum est. Cætera contextus facilima esse arbitror, nec commutationis egentia.*

Celsus lib. & cap. primis.

Quibus plus cibi uespere q̃ mane exhibendum.

CAETERVM quòd capitis repletio somnum cõciliet, iam Aristoteles satis demonstrauit, adeò ut nihil sit opus hanc nos rationem persequi. Si enim illius librum, quem de Somno & uigilia cõscripsit, perlegeris, & hoc ipsum haud obscure discres, nẽpe quòd oppleto capite, animalia somno corripiuntur, & præterea quantum in hoc argumento claudica uerit, deprehendes. Quamuis enim apprimè doctus, atque idoneus fuerit, & ad rem tractandam, & ad persuadendum, in quancunq; partem uellet rationem adducere, nullam tamen potuit probabilem inuenire rationem, qua ostenderet, quamobrem oppleto cerebro, prima sentiendi uis quiescat, quum ipsa (ut ille putat) in corde resideat. Quanquam multo probabilius erat, à pulmonis humore, somnos euenire: hunc enim natura cordi adhibuit, nullius alterius rei gratia, quàm ut illi seruiret. Quis autem Medicorum diuersa sentientium, uel nuda inductus experientia, in graui sopore, lethargo, ueterno, & reliquis somniferis præter naturã pathematis, non capiti succurrit, fomenta, & cataplasmata adhibens, atq; radens, cucurbitulasq; admouens, præterea omnia alia perinde instituẽs, quasi in hac parte sit morbi radix? Sic etiam delirium, phrenitin ac omnem uigiliam præter naturam, sanare aggressus, capiti præsidia adhibet. Sed de his aliàs amplius disputauimus: in præsentia utiliter considerabimus, cerebrum, quum à multa functione quiescere uoluerit,

Lib. de som. cap. 3.

Galenus in Aristotelem.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 243 sur 428

©BIUM

rit, ſomnum animali naturalem inducere, præſertim ubi altrix in ipſo facultas, humiditate fuerit inſtaurata. Si uerò à frigida, multaq; humiditate grauetur, ueternoſum, lethargicumq; ſomnum, atq; alios huiuſmodi morbos inducit: quorum omnium ſumma, in frigiditate & humiditate conſiſtit, ſiue quælibet ſeparatim, ſiue ambæ ſimul coëuntes ipſum infeſtent. Atq; ad hoc genus pertinent omnia medicamenta, quæ uere ſomnifera ſunt, ac alia quoq;, quæ licet ſomnifera appellentur, non tamen ſomnum, ſed ueternum, ac in uniuerſo corpore ſtuporem, inducunt. Igitur ea quæ duntaxat humectant, non ab re ſomnifera nominantur, quæ uerò refrigerant, ea neq; ſomnum conciliare, neq; indolentiam inducere, recte dicentur, ſed pro ſomno, ueternũ, grauemq; ſoporem, pro indolentia autem, uel abolitionem, uel difficultatem ſenſionis efficient, idq; ob refrigerationis exceſſum.

Veterni & lethargi cauſæ.

Humectãtia tantũ, ſomnifera dici.

ARISTOTELES in eo qui de Somno ſcribitur lib. atq; item eo qui de partibus animalium ſcribitur, cerebri oppletionem, illatiuam ſomni cauſſam eſſe, docẽtè quidem, ut cætera omnia, prodidit. Eius enim lib. de Somno hæc ſunt uerba, Maxime, inquit, fiunt ſomni à nutrimento: nam repente tunc multa humiditas, & corpulentia, ſurſum fertur. Conſtans igitur grauat, & facit dormitare: cum uerò deorſum fluxerit, & reuertendo repulerit calorem, tum ſit ſomnus, & animal dormit. Expreſſius uerò, de Part. anim. 11. ad hunc modum. Somnus etiam à cerebro proficiſcitur ijs, quæ eam obtinent partem animalibus, quæ autem carent eo, proportionale ſuppetit. Quum enim ſanguinis alentis effluẽtia refrigeretur à cerebro, aut etiam ob alias cauſſas ſimiles, caput aggrauatur, & quidem ſomno ſopiti ea corporis parte ſolent tentari, atq; efficitur ut calor ad ima cum ſanguine ſubterfugiat. Collectaq; copia caloris in loco inferiori ſomnum facit, & facultatẽ erigendi corporis aufert ab ijs animalibus, quæ erecta incedere natura uoluit. Hæc ille. Vnde liquido cõſtat cerebrum, non Galeno tantum, ſed & ipſi etiam Ariſtoteli, illatiuam eſſe ſomni cauſſam: quòd refrigerationis ſurſum lati alimenti cauſſa ſit, refrigeratio uerò, contractionis caloris, contractus uerò calor, ſomni. Sic nanq; ſomnum idem Ariſtoteles definit, Eſſe inquam, quendam caloris ad intima refugientis conuentum, & naturalem antiperiſtaſin, ſeu reciprocationem, ob eam, quæ modo dicta eſt, cauſſam. Nec obſtat quòd ſomnũ Ariſtoteles præcipuo in de Partibus animalium loco, à cerebro proficiſci dicat, quum tamen lib. de Somno eius principiũ à corde eſſe affirmet, ut cuius nimirum partis ſomnus peculiaris ſit affectio, ut idẽ tradit: nulla nanq; ob id in eius dictis pugnantia inuenitur. Nam utrunq; uerum eſt, ſi modò Ariſtotelis de principatu cordis ſententiam ſequimur: proficiſcitur nanq; à cerebro ſomnus, non tanquam præcipua, & effectrice ſomni cauſſa, ſed tanquam inſtrumentaria, & ea ſine qua ſomnum fieri minime contingit, à corde uero, ceu ſenſus, & motus princi

Ariſtot. lib. de ſom. cap. 3.

Ariſt. 3. de part. ani. cap. 7.

Ariſtotelis de ſomno opinio.

Cerebrum illatiua ſomni cauſſa.

Ariſtot. lib. de ſom. cap. 3.

Somni definitio.

Ariſtot. lib. de ſom. cap. 2. ad finem.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 244 sur 428

principe parte. Nam id ſomni principium Ariſtoteli dicitur, quod eſt in animalibus principium motus: id autem, eodem autore, cor eſt in ſanguinem habentibus. Galeno uero, oppoſitum omnino ueritati conſentaneum magis uiſum eſt, nempe, à cerebro in totum proficiſci ſomnum, nec cor ipſum ad id quicquam conferre. Quod hac ipſe ratione in primis aſſerere nititur, ex ſomni ratione deſumpta, hoc pacto, Somnus facultatis animalis quies eſt, ut ſupra habitum, & Ariſtoteles ipſe confirmat, at cerebrum, huius quietis facultatis animalis, & eiuſdem ceſſationis proxima cauſſa eſt, igitur & ſomni quoq;. Eſſe autem cerebrum huius quietis cauſſam, non cor ipſum, eò conſtat, quòd occupato per uaporum delationem cerebro, facultas ſenſifica membris tum mitti deſinit, & dormire ſtatim animal cogitur, uel ipſiuſmet Ariſtotelis teſtimonio. Quare ſequi omnino uidetur, ut cerebrum ſomni præcipua cauſſa ſit, non cor ipſum, ut cui ſi ſomnus adſcribendus eſſet, ſequeretur, ad uaporoſam illius plenitudinem ſomnum conciliari: quod apertiſſime falſum eſſe res ipſa indicat. Nam ſpirituoſa omnia, & quæ uaporē ex ſe multum fundere poßunt, ut uinum, lac, & quæcunq; humectantia, aut inſigniter refrigerātia, non eò quòd cor impleant, conciliare ſomnum dicuntur, ſed, quòd cerebrū uapore nimio tentent. Quamobrem merito idē Ariſtot. puero-, & anguſtas uenas habentes ſomniculoſos eſſe dixit: quòd plurima cerebri oppletione occupētur. Vnde nō profundi tantùm ſomni, ſed & comitiales, & ſopores, oriri in ipſis facile ſolent: eóq; illis uino iure interdixit, ne mollis eorū natura, uini potētia labefactetur. Vt uero cōpendio dicam, hoc Syllogiſmo Gal. ſententiā ſuam cōcludit, Oppleto cerebro, non corde, facultas animalis quieſcit, huius autē quies ſomnus, igitur à cerebro nō à corde ſomnus proficiſcitur. Quod & ipſum quis ex Ariſtot. etiā dogmate cōfirmare ſic poßit, Somni cauſſa refrigeratio eſt, eaq; & proxima, & præcipua, (quod Soporifera uocata medicamēta maximè mōſtrant, quæ ob id ſomnū conciliant, quòd frigida ſint, teſte etiā Ariſtot. ipſo) refrigerationis uerò cauſſa, cerebrum ipſum eſt. ab hoc igitur ſomnus. Hæc de ſomno aduerſus Ariſt. pro Gal. Quanquam ſcio Peripateticis ſua nō deeſſe tela, quibus & hoſtem feriant, & hoſtis etiā præſidia infirmēt. Nam negant cerebrū, quietis facultatis animalis cauſſam eſſe (quod in priore ratione aſſumptū eſt) ſed cor potius, ad ſe uim caloris omnē retrahens: quo cōtractu ceſſare facultas euidēter apparet. Non enim prius dormire animal dicitur, quàm ſe ad imū unà cū ſanguine calor pepulerit, ut Ariſt. citatis locis apertiſſimè probat. Oppletionē uerò cerebri, diſpoſitiuā tantum ſomni cauſſam, nō præcipuā eſſe uolunt, quum oppleto cerebro nō ſtatim ſomnus ſequatur, ſed tum, quū ſe ad ima calor detruſerit, eam quæ à cerebro fit refrigerationem fugiēs. Hæc nēpe caloris cōtractio, efficiens, ac præcipua ſomni cauſſa Ariſtot. eſt: ſi modo refrigerationē, quæ à cerebro fit circa alimētum, ſequatur. nam quæ ad metū, & alia animi pathemata cōtractiones caloris ſequuntur, ſomnos nō faciunt. Quamobrē nec illud etiā admittunt refrigerationē potißimā eſſe ſomni cauſſam, ſed eam quā modo diximus caloris cōtractionē, quæ à corde non à cerebro proficiſcitur. Atq; ijs ſe telis aduerſus Galenum aduerſarij muniunt. Ad eam uerò Galeni rationē hìc adductam, de medicamētorum ad caput

Ariſtot. lib. de ſom. cap. 3.

Galeni de ſomno opinio, atque illius aduerſus Ariſtotelem rationes.

Ariſt. ubi ſuprà.

Vaporoſa quæ ſint.

Ariſt. lib. de ſomno, cap. 3.

Pueri uino abſtineant.

Somni cauſſa.

Ariſt. ubi ſuprà.

Ariſtotelis ad Galenū reſponſa.

Oppletio cerebri diſpoſitiua ſomni cauſſa.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 245 sur 428

admotione in cerebri pathematis, fatẽtur ultro, ei esse parti admouẽda medicamenta, ut quæ morbo teneatur, atq; inde morbi esse radicem: negat tamen ex eo sequi, cerebrum facultatis animalis principiũ esse. Nam etsi sentiendi munus ad eam partem pertineat, ei quidẽ non tanquã principi parti, sed tanquam uicariæ conuenit, ut cui à corde hoc fuerit delegatũ munus, à quo obeundo si defecerit, oportere omnino illi præsidia admouere, non cordi, quod nullo uitio laborat. Cuius etiam culpa si quandoq; hanc functionẽ perire, aut uitiari cõtingat, huic utiq; parti, non cerebro remedia adhibebimus, ut per syncopas, & animi deliquia facere sæpe solemus. Sed hîc iam uereor ne me reum Medici faciãt, & desertoris pœna mulctandũ seuerè iudicẽt, qui relicto duce in aliena cõmigrauerim castra, aduersusq; principẽ pro hoste steterim. Sed animaduerterint uelim nõ eum desertorem dici debere, qui tanquã explorator sese in hostis castra receperit, sed eum potius, qui uelut trãsfuga. Neq; eo tantũ nubi assumo, ut medius inter tales, tantosq; uiros stare præsumã, aut etiã possim. Nam ubi de re quapiã inter Galenum, & Aristot. contẽtio ceciderit, non facile uerũ inueniri posse, rectissimè à nostris dictũ est. Quis enim tãtarũ sit uirũ, aut ita se iudicij, ingenij, doctrinæq; gloria excellere putet, ut potẽtissimos duos rei literariæ principes, aut duo potius naturæ lumina inuicem cõmissa, uel tanquam seuerus iudex, pro uno aduersus alterum stans, dirimere, uel tanquã arbiter æquus certa aliqua cõditione ad pacem cõponere possit? Neminem ego certè qui id uel ausit, uel si audeat, præstare possit, esse prorsus arbitror. Atq; ea in re, id sumẽdum cõsilium nõ temere iudico (quod & ab Arabe Auicẽna haud inepte obseruatũ legimus) ut utrunq; ita probe laudatũ dimittas, ut quisq; uictoriã ea laudatione sibi partam existimet, & nesciat in utram tu magis inclinaueris partem, quum in suam quisq; te diuertisse arbitretur. Sic de principatu mẽbrorum loquens Auicenna inquit. Et quum Philosophi quidẽ sermo (de Aristotele loquens, quem magnũ merito cognominat) subtiliter certificatur, est uerior, sed Medicorum sermo in primis, cum attenditur, est magis manifestus. Hæc ille, magnum quidem Galenum magno Aristoteli componens, sed ita, ut utrumq; uictorem faciat, utrique deferat, utrunq; ueracem prædicet. Quod & mihi, & omnibus quoq; in huiusmodi argumenti genere operam nauantibus faciendum arbitror. modo ne quis tamen à suæ sectæ placitis temere decedat. Ego tamen in hac parte medicus, medicorum ducem ac principem Galenum uolens, sciensq; sponte sequar, Aristotelis tamen maiestate non neglecta. Hæc igitur abunde de somno, eiusq; causis sint dicta. Quæ uero de Soporis, lethargiq; causis sequuntur, ex se apertissima esse puto, nempe à multa humiditate frigori iuncta prouenire, uti & illud, somnifera medicamenta non eò dici, quòd somnum secundum naturam concilient, sed quòd frigoris excessu soporem, stuporemq;, & indolentiam inferant.

Digressio qua docetur Galeni & Aristot. conciliãdi modus.

Damascenus Aphorismo 9. Rasis 6. Aphorism. textu 5.

Auicenna fen. 1. primi can. doc. 5. cap. 1.

Soporifera medicamenta cur dicta.

Stupor, & de illius causis.

ATQVI iam antea dictum est, stuporem esse pathema, quo neruosæ partes difficulter & sentiant, & moueantur. Oritur uerò cum alias ob causas, tum ob intemperiem, & ob frigida medicamenta. Atq; hoc pacto fiunt & ueterni, & sopo-

©BIUM

Cap. 1. Lib. 2. Loc. aff.

res, ac ſtupores. Rurſus ſiccitas immoderatior, ac calor, uelut in phrenitide, ob ſuccum quempiam & mordacem, & calidum irritatum, uigilias infert, quas neq; mœſtitia, neq; ſollicitudo peperit. Vt uerò huiuſmodi ſymptomata toti corpori communia ſunt, propter affectum principum, ita alia quoq; circa omnes quæ ab impetu prodeunt functiones, affecta principe parte euenire conſueuerunt: nam & apoplexia, & morbus comitialis affecto cerebro fiunt. Verum ut profundus ſomnus ſentiendi functiones, ita apoplexia eas actiones quæ pẽdent à uoluntatis imperio offendit. Rurſus qualis eſt inſomnia ſentiendi functionibus, talis eſt conuulſio per morbum comitialem functionibus uoluntarijs. Quippe deprauatus in utriſq; cerebri motus deprehenditur, atq; ob id particulatim reliquorũ quoq; membrorum omnium: ueluti ediuerſo in duobus prioribus actionum ipſius & occupatio, & quies. Porrò conuulſio quæ per totum corpus fit, citra delirĩ, aut ſoporem, à ſpinalis medullæ, quæ in ceruice continetur, morbo dependet. Si uerò uel manus, uel crus, uel muſculus ui quapiam diſtenditur, aut conuellitur, ad illum ſemper neruum, qui partem mouet, referenda eſt noxa. At quæ ſit abſoluta cauſſa morbi, à quo partes conuelluntur, dictu difficile eſt, ueluti etiã tremoris, palpitationis, rigoris, & cõuulſionis. Voco autem rigorem non illum quidẽ uehemẽtis frigoris ſenſum, ſed inæqualem uniuerſi corporis concuſsionem, quaſſationemq;. Omnia enim huiuſmodi, muſculoſum genus, aut ſolũ, aut reliquis partibus magis infeſtare uidentur. Verum ut accuratius ea intelligamus, in primis ipſorum notiones explicandæ ſunt: nam in præſentia quatuor propoſuimus nomẽclaturas, conuulſionem, tremorem, palpitationem, & rigorem. Verum cuiuſmodi ſint ſingula, quæ per ipſas ſignificantur ſymptomata, neminem maiorum noſtrorum inueni ſatis diligenter definiuiſſe. Nam alij protinus ad morborum ſubſtantiam, quos ſymptomata comitantur, properant, alij ipſa diſtinguere aggreſsi, in falſam interpretationẽ lapſi ſunt: id quod facile intelliges, ſi poſteaquam noſtris præceptis fueris inſtructus, illorum libros perlegeris: quòd facile ſit, intellecta ueritate, errorem deprehendere. Sed de his omnibus libro ſequenti diſſeremus.

Vigiliarum cauſſa.

Cap. 10. Lib. 3. Loc. aff.

Apoplexia Comitialis. Cap. 7. Lib. 3. Loc. aff.

Conuulſio.

Rigor.

Facile eſt intellecta ueritate errorem deprehendere.

Cum pau

CVM paulò antea dixiſſet uehementer refrigerantia ſtuporem creare, ueterno-
ſoſq; ſomnos, qualia ſint huiuſmodi, exactius explicare tota hac narratione co
natur, indicans, quarum hæc partium ſint ſymptomata. Stuporem igitur ner-
uoſi generis pathema eſſe, quo neruoſæ partes difficulter & ſentiant, & mo-
ueantur, tum ſuprà cap. 5. huius, tum 11. de Locis affectis, dictum abunde eſt.
Oriri uerò à frigiditate neruis inducta, ſiue ea intemperies ſit ſuccorum uitio
orta, ſiue ab extrinſeco eueniens, nempe refrigerantium medicamentorum uſu,
torpedinis contactu, per niues, & algentia loca inceſſu, & id quoque alias di-
Veternus. ctum. In ſumma uero, & ſopores, & ueternos, hoc eſt, ex lethargo euenientes
ſomnos (ſic enim ueternum interpretari lubet) & ſtupores, ab immodica refri-
geratione euenire compertum eſt. Contrà autem uigilias, uel ſiccitatis exceſ-
ſum, uel ſuccum calidum, mordacemq; ſequi (ſi modo ab interna prodeant
Vigiliæ à mœ- ſtitia et ſollicitu dine ortæ, peſ- ſimæ. cauſſa) neceſſarium certe eſt. Nam quæ ab mœſtitia, ſolicitudineq; uigiliæ
naſcuntur, deteriores cauſſas, nec ita facile placabiles ſunt ſortitæ, ut quæ nullis
ſoleant medicamentis parere, non operoſa medentium manu leuari, ſed ſola rei
mœſtitiam ſolicitudinemq; inferentis alleuatione. Quippe quanto graniores
ſunt animi quàm corporis morbi, tanto moleſtiora eſſe oportet quæ ab illo pro-
ficiſcuntur. Vnde meritò corporis noſtri eſſentiam alterare, atque à naturali
Gal. ca. 75. artis medicinalis. ſtatu euertere, dixit Galenus. Verum quæ dicta ſunt omnia, ad ſenſus potiſſi-
mum ſunt referenda, uti quæ mox dicentur, ad uoluntarios motus: quanquam
eo ambo conueniunt, quòd ad læſum principium (nempe cerebrum ipſum) ſe-
qui conſueuerunt. Nam ut affecto cerebro ueterni accidunt, & ſtupores, ſic
eodem laborante apoplexia, & comitialis: ſed illa ſenſuum functiones, hæc uo-
Apoplexiæ definitio. luntarij motus actionem impedit. Nam apoplexiam eſſe definiunt, omnimodam
& ſenſus, & motus uoluntarij priuationem, ab uentriculorum cerebri obſtru-
ctione natam: uti comitialē, proximum huic affectum, cum idem locus in utroq;
Ex Galen. 1. Aphor. cō. 45. patiatur, & idem humor in cauſſa ſit. Verum apoplexia ob omnimodam caren
tiam animalis potentiæ, comitialis autem, propter uitioſum neruorum motum
generatur: eſt namq; conuulſio uniuerſi corporis, ad læſionem cerebri ſequens.
Conuulſionis duo genera. Ea nempe alterius generis, quæ læſa ſpinali medulla prouenit, citra delirium na
ſcitur, nec ita uehemēs eſt, neq; totum occupat corpus, ſed eam tantum partem,
quæ ad nerui affectum in ipſam implantati compatitur. At horum cauſſas red-
dere non ſic cuiq; planum, ſicuti neq; tremoris, palpitationis, rigoris, & con-
Rigor. uulſionis. Rigorem autem hic Galenus uocat inæqualem corporis, laborātibus
muſculis cōcuſſionem, non eum uehemētis frigoris ſenſum, quo, qui per niuoſa,
& frigidiora loca incedunt, moleſtari ſolent. Nam & ij rigere dicuntur, ſed
uoce per aſpirationem prolata, & à Græcis mutuata: ſic enim ſcribunt, ῥίγος.
Rigere qui dicantur. Rigent uerò qui tetanum patiuntur, ut & qui ab acribus, & mordentibus ſuc-
cis quaſi conuelli ſolent, & toto corpore quaſſari, quod in exquiſitis tertianis
fieri maxime conſueuit. At de his omnibus quid ſint, unde fiant, ſequenti libro
commodior dabitur differendi occaſio. Atq; hic huius libri finis eſto.

FINIS QVARTI LIBRI.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 248 sur 428

CL. GALENI DE SYMPTOMATVM CAVSIS, LIBER QVINTVS,

CVM FRANCISCI VALLERIOLAE MEDICI COMMENTARIIS.

CAPVT PRIMVM.

TIGITVR conuulsio, tremor, palpitatio, rigor, horror, singultus, tussis, ructus, sternutamentum, pandiculatio, oscitatio, stridor, communi omnia genere continentur, nempe deprauato motu. Differunt autem inter sese, hoc uno potissimũ, quòd alia quidem naturæ, sed ui coactæ, sunt opera (mouetur autem à caussa quapiam' morbifera) alia morbidos sequuntur affectus, nihil ad ipsorum generationem conferente natura: alia fiunt, ubi ad opus efficiendum simul coëunt & morbus, & natura.

CVM de Symptomatis quæ ad cerebrum pertinent, sensuum utiq; principem partem, superiore libro extrema illius parte exacte disseruisset, in eorum symptomatum mentionem obiter incidit, quæ ad corruptam motus uoluntarij functionem pertinebant, qualia conuulsio, tremor, palpitatio, rigor & huiusmodi esse deprehenduntur. De quibus omnibus, quum se abunde tractaturũ, hoc ipso libro pollicitus esset, omnia ueluti in cumulũ aceruata, spectanda mox in ipsius libri initio, quasi obstrictæ fidei memor, non temere proposuit. Quæ nos, ceu futuræ tractationis omnis argumentũ, compendio explicabimus, proprijs cuiusq; recensitis definitionibus, ut sciatur quid sit de quo futura nobis incumbit tractatio: quo ignorato, perire omnem de ea re disputationem consequens quidem est. Conuulsio itaq;, autore Galeno, musculorum præter uoluntatem motus est, uersus suam originẽ, contractis utiq; ad propria capita musculis. Tremor, compositus quispiam motus, quo membrũ contrarijs uicissim motibus sibiinuicem succedẽtibus mouetur, nunc in sublime facultate attollente, nunc deorsum grauitate membri ferente. Quod Galenus lib. de rigore, tremore, & palpitatione testatũ facit, & cõmento illius Hippocratis Aphorismi, sectionis ultimæ, in ueterno tremor malũ. Qui etsi in noua uersione minime habetur, Græcè tamen sic legitur: ἐπὶ λιθάργῳ τρόμος κακόν. Palpitatio, quã iectigationẽ Neoterici nuncupant, est præter naturã dilatatio quædã, atq; constrictio membri à flatuoso

Conuulsio. Gal. 3. de Io. aff. & 6. aphoris. com. 39.

Tremor.

Aphorismus 21. sectionis 7

Palpitatio.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 249 sur 428

©BIUM

tuoſo ut plurimũ ſpiritu agitati. Galenus lib. de Tremore, & infrà ſequenti capite.

Rigor. Rigor definitur, inæqualis uniuerſi corporis concuſſio, ut poſtremo capite præcedentis libri uiſum. Eſt & quandoq; uehemens ille frigoris ſenſus, qui in refrigeratis maxime percipitur. In quem ſenſum rigoris nomine uſum fuiſſe Galenũ conſtat, in de Inæquali intemperie libro, cum ait, Dolent, qui ex rigore ingenti uehementer refrigerati, celeriter ſeſe excalfacere properarunt. Sed & ſecundum prius illud ſignificatũ eandem quoq; uocem Galeno uſurpatã eſſe, locus ille indicat, quo, febrem ex flaua bile natam, quæ per ſenſiles corporis partes defertur, cum rigore inuadere affirmat: ſic enim 2. de Febrium differẽtijs, cap. 3.

Gal. 2. de criſi. cap. 3. Huius porro cõcuſſiui motus cauſſam, Galenus, bilioſorũ excrementorũ per ſententia corpora delationẽ, eſſe arbitratur: ut quo nimirum agitatu, ſtriantur ac

Horror. quaſi cõuellantur membra: unde rigoris ſenſus naſcitur. Horror autẽ, ciuſdem fermè generis eſt motus, ſed lenior, nec ita moleſtus, tantó ue cum impetu factus: ut qui uel à benigniore ſucco, uel à modico, nec confertim agitato, pendeat: uti

Singultus. 2. de Diff. feb. & 3. de Sanitate tuenda colligere licet. Singultus, uentriculi eſt conuulſio, cibos cum ſaltu, cõcuſſiuoq; motu continentis. 3. de ſymp. diff. cap. 4. & 5. aphor. com. 4. quod enim muſculis eſt conuulſio, idipſum uentriculo ſingultus. 7. aphor. com. 3. tentat enim eo motu uentriculus, ea quæ ſunt in ipſius ore penitiora, expellere, ſubindeq; ualide agitatur, ut eo ſucuſſu quod nocuum

Tuſsis. eſt, uacuetur: 6. aphor. com. 39. Tuſsis, uehementiſſima eſt efflatio, qua plurimus ſpiritus foras erumpens, impetu ſuo extrahit, explodituq; excrementa meatũ

Ructus. ipſius obſtruẽtia: infrà hoc ipſo lib. cap. ſequẽti. Ructus, flatus eſt ſpirituoſus ore reiectus: lib. 6. de ſymptomatum cauſsis. Hunc duplicem eſſe uolunt, fumoſum, qui à calida cauſſa, acidũ, qui à frigida oriatur. 1. de Locis aff. & 6. aphor.

Sternutamentum. com. 1. Sternutamentum, naturæ eſt uehemens uiolentusq; motus, quo flatuoſum ex capite ſpiritum propellere nititur, præſertim ubi mordax, & calidum

Pandiculatio & Oſcitatio. eòdem conſtiterit excrementũ. 7. aphor. com. 52. Pandiculatio, & Oſcitatio, deprauati ſunt muſculorum motus, & extenſiones, quibus natura flatuoſam in muſculis contentam humiditatem, ſpiritumq; uaporoſum excernere nititur. 7. aphor. com. 57. Verum hoc differũt, quòd pandiculatio, ad totius corporis muſculos, ſed præſertim extremarũ partium, pertinet (Nam pandiculari id dicimus, quum brachia, cruraq; uiolento motu diſtendimus) oſcitatio uero propriè

Pandiculari. ad oris partes, quum ſurſum latum uaporem natura diductis maxillis excernere

Stridor. curat. Stridor autem, dentium peculiare pathema eſt, quum ita inuicem conuulſiuo quodam motu colliduntur, ut quaſſari, atteriq; uideantur. Fit porro is in dentibus motus, quum temporum muſculi, & maxillarum, cõuulſionis modo cõmouentur: primo Prædictionõ com. cap. 7. nouæ uerſionis. Ob ſoliditatẽ uero colliſorum membrorũ, id eſt dentium, frementem illum ſonum (quem ſtridorem uocant) fieri uolunt. Hæc autem (ut Galenus tradit) omnia uitioſi quidã ſunt motus, ſed quorum alij, naturæ quidem ui coactæ opera fiant, uti ſternutamentum, oſcitatio, tuſsis, pandiculatio, ſingultus: alij non quidem naturæ opera, ſed morbi prorſus uitio fiunt, ut palpitatio, & conuulſio. Reliqui uero deprauati motus, naturæ & morbi coitu enaſcuntur, ut rigor, horror, tremor,

& huiuſmo

& huiuſmodi. Nam in rigore, horroreq;, uis ipſa expultrix, excrementi bilioſi in muſculis contenti noxam ſentiens, hos efficit motus, ſuo quidem annixu quod lædit expellere contendens. Quo illi iure motus ij tribuuntur, ſicuti parte ex altera, morbo ipſi, quòd uitioſi in muſculis contineantur ſucci, facultatem ad expulſionem proritantes. Vnde & rigor & horror oriri ſolent, ſicuti tremor, quum facultas ſurſum membrũ erigit, & attollit, grauitas morbifica, quæ membro ineſt, deorſum trudit: ijs namq; motibus tremorẽ conſtare, paulò nobis antea dictum eſt.

ATQVI per naturæ uocabulum in hoc ſermone intelligas uelim, omnem qua regitur animal facultatem, ſiue illa à uoluntatis noſtræ imperio pendeat, ſiue ſecus. Diſtinguimus enim in præſentia totum hoc potentiarum genus, quo ſeruatur animal, ab omni cauſſa præter naturam, quæ ipſum uel lædere, uel corrumpere poſsit. Huius itaq; facultatis opera ſunt, ſternutamentum, tuſsis, oſcitatio, pandiculatio, ſingultus. Solius morbi, palpitatio, conuulſio, amborum ſimul coeuntium, omnes motus torpidi, ac alij quoq;, quibus ij qui reſoluuntur, ſed nondum reſoluti ſunt, mouentur: præterea tremor. Hæ ſunt propoſiti nobis in præſentia ſymptomatũ generis primæ differentiæ. Atqui deinceps ſingulorũ propriæ quædam ſunt, de quibus nunc diſſeremus, à motibus auſpicantes. qui ab innata quadam facultate prodire uidentur, ſi prius quo pacto ipſi cum ijs qui adamuſsim ſecũdum naturam ſunt, communicent, oſtenderimus: ita enim dilucide patebit ipſorum generatio. Iam quatuor ſunt facultates, omnia quæ aluntur corpora gubernantes: una id quod utile eſt ad ſe trahit, altera illud retinet, tertia alterat, quarta excrementa ſecernit. itaq; quum naturæ legibus animal gubernatur, nullus ipſarum motus ſymptoma eſſe cenſetur. Quòd ſi quidpiam in corpore præter naturam conſiſtit, inſurgatq; ad ipſum deijciendum expultricum facultatum aliqua, fit interim ut ipſarum motus ſenſu haud quaquam percipiantur, interim ut non lateant ſenſum. Atque de motibus, qui ſenſum fallunt, poſtea dicemus: de his uero qui ſenſu percipiuntur, quoniam cum illis, qui uoluntarij nominãtur, communicant, communis quoque ſit tractatio.

Natura qd.

Facultates corporis.

NATVRAE *uocabulum, per ſe quidem & auguſtiſſimum eſt, & latiſſimè patet, & admirationis omnis, laudisq; pleniſſimum, per Philoſophorum omnium ora uagatur. nec iniuria: quum omnẽ & Deorum, & Hominũ uim, omnẽ cœ-*

Naturæ nocabulum auguſtiſſimum.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 251 sur 428

©BIUM

lorum,ſyderum,primorumq; corporũ (quæ elementa uocamus) omnem denicq; eius quod eſt,eſſentiam,potentiam, uiresq; complectatur.unde tam multa Ariſtoteli Philoſophorum ſummo data eſt dicendi materia, tam latus dicendi campus,ut illuſtraſſe ipſe naturæ opera potius quàm tractaſſe uideri poſſit. Naturã porrò aliter Medici, Philoſophi aliter definiunt:ij quidem multò uberius,& ut ſe in omnem uim,facultatemq; alicuius effectricem ipſa deducit:illi arctius,& ut ad unum tantùm animans,& ea quæ illius gratia contemplantur,accõmodari Naturæ uocabulum poteſt. Sed neq; rurſus rerum naturæ periti unicè eam definiunt. Diuinus namq; Plato,& qui Academicorum partes ſequuntur, Naturam,uim quandam eſſe cenſent participem rationis,atq; ordinis,tanquam uia progredientem,declarantemq;,quid cuiusq; rei cauſſa efficiat, quid ſequatur, cuius ſolertiam (ut Cicero tradit) nulla ars,nulla manus,nemo opifex conſequi poſſit imitando. Ariſtoteles,& Peripatetici omnes,uim quandam cientem motus in corporibus neceſſarios.unde 2.de Phyſico auditu, Naturam principium quoddam eſſe, præcipuamq; cauſſam eius in quo ſit motuum, ſiue ij naturales, ſeu omnino animales ſint, Ariſtoteles ipſe prodidit:cuius eo loco hæc ſunt uerba naturam definientis, ὡς ὄυσης τῆς φύσεως ἀρχῆς τινὸς, καὶ αἰτίας τοῦ κινεῖσθαι καὶ ἠρεμεῖσθαι ἐν ᾧ ὑπάρχει πρώτως, καθ' αὑτὸ, καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός. id eſt, tanquam natura ſit principium quoddam,& cauſſa mouendi & quieſcendi,ei in quo eſt primũ, per ſe,& non ſecundum accidens. Medici uero Naturæ uocabulo id intelligi uoluntcuius ductu regimur,& ualemus. Quam & ipſam diuinus Hippocrates commoderationem eſſe quandam elementorũ in nobis, plena fide aſtruxit. Galenus uero potentiarum illud in nobis coaceruatum genus, quibus uiuimus,& recte ualemus,naturam eſſe credidit. Nec immerito:nam cum diuinum opus hominem ſolerti quapiam cura,ac prouidentia, quoad eius fieri maxime poteſt, incolumem ſeruari oporteat, neceſſarium quidem fuit,uitæ,& ualetudinis,& omnis denicq;,quæ in nobis fit,motionis, ſiue ea uoluntatis impetum ſequatur, ſeu contrà,internam quandam,& nobis cognatam ineſſe potentiam, latentem quidem illam,hoc eſt ſubſtantia ſua non ſatis cognitam,ſed quæ tamen actionum harum omnium ſit princeps cauſſa.Eam autem,quæcunq; tandem ea ſit, Naturæ uocabulo inſigniri, congruentiſſimum Medicis omnibus uiſum eſt.in quem ſenſum, hunc natura fortem, imbecillum alterum, hunc bene temperatum, illum malè, dicimus, prout natiua cuiusq; facultas, quæ regendo corpori præficitur, aliud atque aliud fuerit nacta domicilium. Sed hæc de naturæ uocabulo ad præſens tantiſper dicta ſint. Illud uero adijciendum, huic uni facultati corpus noſtrum moderanti (quam naturæ uocabulo inſigniri ad Medicorum ſenſa uoluimus) cuiuſuis generis functiones deberi, ut à qua & functionum earundem integritas, & corporis robur, & à nocentibus tuitio proueniat. Omnium namq; ſalubrium operum natura opifex eſt,& uitiatorum ipſa refectrix, ſi modo Galeno fides habenda. Ea igitur probe animal gubernante, nullus ſymptomatis, nullus morboſis cauſsis locus erit. Regit autem ipſa perpetuò optime quod tuendum ſuſceperit corpus,ut potè quæ iuſtas illi,& faciles imperauerit leges. Sunt autem iuſtiſsimæ hæ, & prouidentiſsimæ naturæ leges

Platoſi Timeo.

Cicero 2.de natura deorum. Ariſt. 2. de phyſico auditu.c. 1.

Hippo. lib. de natu.hu. 2.aph. textu 14. & 3. aphor. textu 2. ex Galeni interpretatione. Gal. hoc ipſo loco.

Ex Galen. lib. de fa.natu.ſubſtantia.

Natura medicis quid.

Naturæ omnes functiones deberi.

Gal.in arte medicinali.

Naturæ leges iuſtiſsimę quænam ſint.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 252 sur 428

leges(quas ueluti incõcussa fide seruandas, mox ipso in limine uitæ proposuit) ut primum omnium,nosipsos noscamus,quando hoc esse præcipuum ad uitæ & ualetudinis tutelam, stabilimentum,à summo Apolline Deo didicerat. noscemus autem nos ipsos præcipue(liceat enim modo mihi rudiora tractanti, adnuranda illa summi Platonis,diuinaq; sensa,ad hæc minora traducere, & crassiore etiam nostra minerua licentius interpretari) Noscemus inquam nos,si id in nobis contemplabimur,ex cuius intuitu nosipsos,ceu in speculo,uidere poterimus: id uero est,naturæ nostræ principia,infirmam nostri corporis structuram,penitius mẽtis oculis cernere & spectare. Quam si quis diligentius fuerit perscrutatus, & secũ ipse animo reputarit,quàm fragilis & caduca sit hæc nostra corporea moles,quamq; ex infirmis initijs propagata,semine genitali, & menstruo sanguine,id certe omnium maxime curabit,ut procuratione quadam, principia hæc uitæ in nobis,augere,uel fouere saltem(quoad eius fieri maxime poterit) contendat,& ex his constatam temperiem conseruare. Atq; hæc naturæ prima lex esto, γνῶθι σεαυτὸν,unde continentiæ,& moderationis, uitæq; incolumiter transigendæ scopus petẽdus. Altera huic proxima,ut ne quid nimis,Græci sic,μηδὲν ἄγαν: quod ad Biantem autorem Aristoteles refert, Laertius Pythagoræ tribuit,nostri uero,hoc est Medici, diuino adscribunt Hippocrati. Quod ille quasi periphrasi explicans,ita cõtexuit,Labor(inquit)cibus,somnus,potus,Venus,omnia mediocria sunto. Nam (ut Galenus inquit) immoderatum omne præter naturã est:moderatum,secũdum naturam. Si hanc igitur naturæ legem impleueris, hoc est,si hisce omnibus ad moderationem usus fueris, teipsum à morbi iniuria incolumem planè seruaueris. Hæc certe est,labore temperato ad excrementorum discussionem,sopiti caloris suscitationem uti:hoc,cibo,ad uirium robur,& inanitionis remedium:hoc,potu ad sitim,siccitatemq; pellendam:hoc, somno ad quietem,& uirium animalium,tum & naturalium refectionem,hoc denique,Venere, ad prolis susceptionem, & sui generis interitum uindicandum. Hisce finibus si istæc omnia metiaris,te naturæ legibus gubernari putato,te nullis premi morbo sis symptomatis posse arbitrator. Quod hoc loco bellißime nos Galenus docet, id certe indicans, preciosißima illa nos sanitate frui (quam Plutarchus diuinum bonum,& blandißimum huius uitæ condimentum uocat)si naturæ obtẽperauerimus,& illius salutaribus legibus animum adhibuerimus obsequentem. Nam ea una satis est(uel Galeni testimonio)ad conuenientes cuiq;,& proprias excitandas appetitiones,quibus sanitatem,salutemq; tueatur. Verum quum latè egressis moderationis omnis finibus, spretisq; legibus, nos in pernicië de industria, uolentesq; dedamus,ac somno,desidiaq; torpentes, uentri,& genio indulgeamus,ut cui explendo ne operosæ quidem istæ cupediæ, & ingenioſa gulæ condimenta satis sufficiant, uixq; elementa ipsa, nihil profecto mirum, si ex ingurgitatione,luxuq;, morborum centuriæ oriantur,quæ miserè corpus discrucient, & in interitum dedãt. At huius sortis hominibus,siquod omnino est illis pectus, præstiterit centies malle mori, quàm sic contortos infelicem agere uitam. Sic de his Galenus. Vt autem unde digressi sumus,in tempore redeamus, quatuor nos præcipuis facultatibus regi, quarum imperio corporis munia omnia incolumia

Nosse seipsum, magnũ ad uitã & ualetudinem seruandam fundamentum esse.

Naturæ nostræ insidiæ.

Γνῶθι σεαυτὸν.

Ne quid nimis.

Aristoteles 3. rhetoricorum lib.

Hippocrates 6. epidimiorum. Galenus in arte medicinali. & 1. de morb. diff.

Plutarchus.

Gale. 1. de sani. tuenda.

Morborũ oĩm origo unde.

Gale. 5. de sani tu.

 constent,

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 253 sur 428

Gale. 1,& 3.de ſa.natu, & 1.aphoriſ. cõ. 21. & 3.de tẽperamẽtis pluriesq; alibi.

conſtent, multis locis Galeno dictum eſt. Hæ porrò ſunt, Attractrix, Retentrix, Alteratrix, Expultrix: harũ ductu recte animans gubernatur: etſi forte (ut facile fit) in morboſum quodpiam ſymptoma inciderit, expultricis tum facultatis opera, quod læſurum erat, diſijcitur. Tentat enim ſemper natura ſuis utens uiribus, quod alienum eſt, excernere, quod utile, ſeruare. Sed hoc non uno tantũ modo præſtat: cum pro ipſius uel robore, uel imbecillitate, pro excrementorum natura, pro ipſo deniq; lædentis humoris motu, uario functionis modo utatur, ut nonnunquam illius functio ſenſum lateat, interdum minime. Latet quidẽ, quum & fortis ipſa eſt, & tenue eſt excrementum. Tum enim excretio ſenſum effugit, quòd ualida uirtus ſuperfluum ualde attenuet, ſicq; in diſſlationem ſenſu imperceptibilem conuertat. Cõtrà autem imbecilla, idipſum dum operatur, ſenſum eius functio latere minime poteſt. Atq; tum, uel in partem aliquam infirmiorem excrementum reijcit, uel, per excretionem quampiam manifeſtam, nempe ſudorem, uomitum, urinam, deiectionem, ſuperfluum excernit. De ijs autem qui ſenſum fallunt motibus poſtea, de ijs uero qui ſenſu percipiuntur, futura nunc Galeno eſt plena bonæ frugis tractatio.

Ex Galeno 1. aphoriſ. cõ. 15.

Gale. 1. de diff. fe. cap. 5.

CAPVT II.

EGITVR functionis à uoluntatis imperio prodeuntis noxa eſt, neruorum reſolutio, conuulſio, tremor, ſtupor. Sed horum ſingula particulatim, pro inſtrumentorum uarietate, diuerſa deprehenduntur, non ſolum ſymptomatum ſpecie, uerumetiã nomenclaturis. Quippe ſi inſtrumentorũ, quibus reſpiratio perficitur, nerui fuerint reſoluti, Apnœa, id eſt, abolita ſpiratio: ſi uero uocales nerui, Aphonia, id eſt uocis priuatio, nominatur. At linguæ paralyſis (quanuis ipſa quoq; ſermonem, non cõtemnendum uoluntatis opus penitus auferat) nullum nomen obtinuit. Rurſus iſchuria, id eſt urinæ ſuppreſsio, haud abſimile quidã, & apnœę, & aphoniæ, ſignificare uidetur: licet per ipſam functio à natura, non à uoluntatis imperio pendens, pereat. Sed ſi inuitus quis mejere cogatur, uoluntariæ functionis offenſa eſt. Haud aliter alui excrementa, ſi ſupprimãtur, ad naturalem, ſi deijciantur, idq; ab inuito, ad uoluntariam functionem noxa referri debet. Porrò de huiuſmodi omnibus copioſe diximus in libro de Muſculorũ motu. Atq; hoc pacto, reſolutionis neruorum ſpecies inter ſe differre uidentur.

Lib. 1. Loc. affect. ſubſtant. et var. us. lib. 3.

Depraui motus.

DEPRAVATORVM *motuum cauſſas explicaturus Galenus, rectiſſime ab ijs dicendi initium feciſſe eſt uiſus, qui ad uoluntarium motum pertinent: cuius ſanè generis reſolutio, conuulſio, tremor, ſtuporq; eſſe creduntur. De conuulſione, & tremore abunde iam nobis quid ſint, præcedente capite dictum: de reſolutione*

resolutione & ſtupore dicendum. Reſolutionem Galenus tum maxime dici uult, quum deperditus eſt motus: ſic enim ipſe 3. de Locis aff. cap. 10. Nam ſi aliquando per totum corpus, neruorum actio uitioſa redditur, omnesq; pariter nerui, tum ſentiendi, tum mouendi, uim amiſerint, Apoplexian huiuſmodi affectionem uocare ſolent Galenus & Medici omnes. Si uero alteri laterum, aut dextro, aut ſiniſtro id acciderit, reſolutionem nominant eius ſcilicet partis, in qua conſtiterit affectus. Priorem illum affectum Græci ἀποπληξίαν, posteriorem, παράλυσιν nuncupant. Recte nos reſolutionẽ, quòd id propriè reſolutum dicere ſoleamus, quod nullo eſt uſui, nec quicquam efficere poteſt: quod neruis ſic affectis maxime conuenit: qui, quum membra quibus ſeruiunt, mouere (ut antea) non poſſint, merito reſoluti dicuntur. Atq; hæc de reſolutione. De ſtupore illa, eſſe inquam Galeno inſignem refrigerationem, unde & ſenſus, & motus difficultas enaſcatur: eſt enim ueluti imperfecta quædam neruorum reſolutio, ut hoc ipſo capite teſtatur Galenus. Qui nanque ſic afficiuntur, membra quidem ipſa difficulter attollunt, & debiliter ijdem quoq; ſentiunt. Sunt igitur uniuerſa hæc neruoſi generis pathemata, ſed non tam re, & ſpecie, quàm nomenclaturis diuerſa, pro inſtrumentorum ſcilicet uarietate quibus noxam intulerint. Neruorum enim reſpirationi ſeruientium reſolutio, (ij uero ſunt, qui thoracis muſculos mouent, & ex ea ſpinæ parte quæ in ceruice eſt, ortum trahũt, nempe ab duodecim illis ſpinæ dorſi uertebris quæ metaphreno obtenduntur, & duodecim in nobis coſtas excipiunt) horum inquam neruorum reſolutio ἄπνοια, id eſt, Abolita ſpiratio, dicitur, uti uocalium, ἄφωνοια, id eſt, uocis priuatio. Sunt autem ex uocalibus neruis ij quidem præcipui, autore Galeno, qui recurrentes uocantur, & à ſexta coniugatione eorum qui à cerebro oriuntur, propagationis ſuæ initia ducunt. idipſum & in his neruis accidit, qui linguam mouent: quorum reſolutio, ſermonem (nobiliſſimam hominis functionẽ) adimit. Vrinæ autẽ ſuppreſſio, quam ἴσχουριαν Galenus uocat, priuationi uocis, & ſpirationis quadantenus reſpondet, quòd in ea, uti in illis, omnimoda fiat functionis priuatio: ſed eò differt, quòd quæ per eã functio perit, à natura, non à uoluntatis imperio pendet. Perit autem urinæ excretio, quæ nulla muſculorum actione, ſed ſolo ueſicæ naturali motu perficitur, eoq; naturalis functio dicta. Quanquam huiuſmodi excretionis duplicia Galenus aſſignet inſtrumẽta, quorum quædam ad animam, quædam ad naturam pertineant. Alui tamen, & inteſtinorũ opera naturalia eſſe, atq; ex conſequenti ueſicæ, affirmat lib. 2. de Motu muſculorum. Nam etſi eius functio, muſculiin ceruice poſiti adminiculo fieri uideatur, utqui totus per urinæ excretionem pateat, nihil tamen certe is muſculus ad excretionem operatur, ut beliſſime 2. de Muſculorum motu Galenus probat: cuius nimirum officium eſt, non excernere ſuperflua, ſed potius retinere: quæ propria eſt eius muſculi, ueſicæ ceruicem ambientis actio. Tum enim operatur, quum urinæ exitum prohibet: tum minime, quando egredi ſinit, ex eiuſdem Galeni citato loco ſententia. Quamobrem merito naturalis actio in ſuppreſſione urinæ amitti dicetur, ſicuti & in excremẽtorum alui omnimoda contentione: utrobiq; enim, ut uult Galenus, par eſt ratio. Verum ſi ab inuito tum lotium, tum alui retrimenta excernantur, læſam eſſe animalẽ functionem

Reſolutio.

Apoplexia.

Nernos cur reſolutos dicam?

Gal. de loc. aff. cap. 2. Stupor.

Nerui reſpirationis unde naſcantur.

Vocales nerui. Gale. 1. de loca. eff. & 4. itẽ c. 7.

Vrinæ ſuppreſſio.

Vrinæ excretio naturalis.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 255 sur 428

Quãdo musculos ani aut uesicæ affectos esse censendum sit, Obiectio.

ctionem, necessario concludere oportet, nempe musculi illius, cuius ope hæc secũdum naturam continebantur. Vnde si inuoluntariò quis mingat, aut egerat, musculos ani, aut uesicæ affectos esse censendum omnino est. Quòd si quis obijciat, tam in suppreßione urinæ præter uoluntatem, quàm etiam in eiusdem inuoluntaria excretione, unam tantùm, & eãdem functionem uitiari, nempe urinæ emissionem, quæ in suppreßione in totum aufertur, in inuoluntario exitu, deprauate emittitur, eoq; sequi, ut si in suppreßione, uitiata actio sit à natura, ut uult Galenus, itidem in inuoluntaria excretione erit, quum utrobiq; una tantum, ut diximus, functio uitietur, ad id sanè dicemus, nõ omnifariam eandem utrobiq;, ut assumptum est, functione uitiari. Nam quæ in suppreßione uitiatur, est ipsa quidem urinæ emißio, primo, ac per se, ut nostrorum more loquar: uerum in mictu præter uoluntatem, ea quidem per se non læditur, sed potius musculi actio, cuius erat officium urinam occlusione ceruicis uesicæ continere. Quæ sanè functio, quum ob musculi affectum (resolutionem scilicet, à qua inuolũtarius mictus prouenit) uitiata sit, illam omnino esse quæ primo læditur, statuere oportet. Quæ cũ sit animalis, ut satis constat, ueram efficiet Galeni in hac parte sententiam, nempe, in coacta mictione, & præter uoluntatem facta, actionem ad animam pertinentem uitiari, in suppreßione uero, ad naturam pertinentem: nanq; in hac, excretio urinæ læditur, opus scilicet ad excretoriã uesicæ facultatem pertinẽs, quæ naturalis est: in illa uero, non excretio, sed retentio potius uitiatur, quòd deprauatè retineatur, eoq; inuoluntariò fluat. Quæ sanè functio tota ad musculũ ambientem pertinet, & animalis est. Non igitur eadem utrobiq; functio læditur, ut in argumento assumebatur. Nec obstat quo minus hæc à naturali facultate prodire dicatur, quòd nullo interdum facultatis naturalis uitio, hanc ipsam reddendi lotij functionem perire contingat, uti in ea suppreßione, quæ ab obstructione meatus fit, & in ea item quæ ad musculi conuulsionem uesicæ ceruicem ambientis: quũ in huiusmodi pathematis, nullo facultatis naturalis uitio, sed musculi potius conuulsi, supprimatur urina. Nam etsi uitiatæ huiusmodi functionis morbifica causa ad musculum referri debeat, actio tamen ipsa illi adscribi non debet, sed facultati potius, à qua secundum naturam perfici solet. Nam actiones, facultatum suarũ effectus sunt, uti facultates, actionum causæ. 1. de Facul. natu. Quãobrem quum urinæ redditio ad excretoriam uesicæ facultatẽ pertineat, ut cuius nimirum sit peculiare munus eam excernere, fit, ut ea suppressa, culpari ipsa facultas debeat, etiam si non semper facultas ipsa uitiatæ actionis causa sit: cuius simile cuenit in affectibus, qui per consensum fiunt. Nam sæpe ea pars laborare dicitur, quæ minime morbosa erit: uti in ea cæcitatis specie, quæ ob solam uisoriorum neruorum obstructionẽ fit, accidere uidemus. Nam hìc oculos læsos esse dicimus, & sua functione priuari, quum tamen nullus subsit in eis affectus, quo minus suo fungi munere posßint: sed quia illis uidendi actio tribuitur, ob id eiusdem deprauationem, aut ablationẽ illis adscribimus, etiam si minime sint in causa. Itaq; semper facultati adscribendum erit, si quando à solita actione fuerit cessatum, etiã si sæpe culpæ eam arguere non ualeamus. Perinde atq; si prætor urbis (ut crassiore exemplo deducam) ius dicere ob id non queat, quòd morbo teneatur,

Obiectio.

Actiones facultatum effectus sunt. Veſicæ munus.

Actionis uitium semper facultati adscribi debere.

teneatur, illi quidem à iure dicẽdo ceſſatio adſcribetur, quanquam per eum non ſtet, quo minus ſuo ipſe munere fungatur. Atque in hac re paulò fortaſſe quàm decet, & quàm etiam ſtudioſis gratum futurum putem, fuſior eſſe uolui: ſed Galeni non ſatis expoſitus locus, huic digreßioni anſam præbuit. Vnde facilè mihi apud eos ueniæ locum eſſe ſpero, quòd id explicandi Galeni, & ueritatis indagandæ cauſſa, non oſtentationis fecerim. At de his ſatis.

CONVVLSIONIS uerò aliæ ſunt differentiæ, quippe ſi inuitus aliquis, dentium ſtridore uexatur, maxillares muſculi conuulſione laborant. Per inuerſiones uerò, & ſtrabiſmos, cõuelluntur oculorum muſculi. Iam gonorrhœa aliam conſtituit conuulſionis differentiam: ſi enim rigido pene ſemen effluat, ueluti conuulſio quædam eſt, ſi non rigeat penis, ad retentricis facultatis imbecillitatẽ referri debet. Sunt qui ſingultum quoque conuulſionis ſpeciem eſſe arbitrentur. Atq; duplex inſpirantium reuocatio, nonnunquam ob muſculorum inſpirationi ſeruientium conuulſionem, fieri ſolet. Eſt etiam quædam inſpirationis ſpecies ad conuulſionem pertinens, ac ipſa quoque conuulſis muſculis inſpirationem efficientibns eueniens. Hanc Hippocrates ſpiritum uocat offendentem, dum ad externa erumpit. Iam Apoplexian eſſe neruorum per uniuerſum corpus reſolutionem, ac morbum comitialem eſſe conuulſionem, antea dictum eſt. Itidem ſtuporem diximus imperfectam quandam eſſe neruorum reſolutionem. Verum maior, minor ue ſtupidarum partium offenſa, complures parit differentias: quippe mixtum ferè ſymptoma eſt, coëuntibus in unum & morbo, & facultate. Nam ſi morbus omnino facultatem uicerit, ipſa membrum haudquaquam poterit transferre, ſi uerò ſuperior manſerit facultas, nihil eam impediet. At ſi pugna quędam inter ipſa fuerit, mouebitur quidem membrum, ſed non ſine difficultate. Si enim præceperis cuipiam, ut membrum extendat, & extentum ſeruet, obtemperare non poterit: natiua enim grauitas membrum deprimens, facit ut decidat, idq; ob ferentis ipſum facultatis imbecillitatem. Nam facultas & attollit & ſuſtinet: corpus uero tum manus, tum cruris inferiora petit. Huius rei cauſſam iam antea diximus, quum de ſenſuum functione ſermonem faceremus: quippe demonſtrauimus, neruum aut ſtupore, aut reſolutione infeſtari, ſi uel frigus illum conſtringat, aut craſſi, len-

Strabiſmus.
Gonorrhœa
Stupor.
Stuporis & reſolutionis cauſſa.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 257 sur 428

tíq; humores obſtruant, aut aliqua cauſſa externa ipſum ſuo pondere premat.

QVAE hoc loco narrantur ſymptomata, nempe ſtridor, ſtrabiſmus, gonorrhœa ad conuulſionem pertinent, quòd per hæc, affectæ partes uiolento, præterq; naturam motu, ad ſua ipſorum principia regredi cernantur. Strabiſmum uerò, inuerſum quendam, ſeu obliquum intuitum eſſe perhibent, ab oculos mouentium muſculorum conuulſione natum. Sic Paulus lib. III. Gonorrhœan Galenus, inuitam genitalis ſeminis excretionem eſſe tradit: quæ ſi tenſo pudendo, & præter naturam erecto, accidat, conuulſionem genitalium partium quandam indicat (nam hæc, tenſionis colis cauſſa eſt) ſi uerò id citra tenſionem fiat, retentricis facultatis imbecillitatem arguit à cauſſa morbifica quapiam laceſſitæ, tumq; ad reſolutionem potius, quàm conuulſionem pathema referre oportet. Singultum uerò, etſi quidam conuulſionis ſpeciẽ eſſe (ut Galenus aſſerit) crediderint, minime tamen propriè idipſum eſſe, ipſa conuulſionis ratio monſtrat, quæ priuatim muſculis competit: definitur nanq;, Muſculorum præter uoluntatem motus, contractis utiq; in ſua capita muſculis. Quod ſingultui cõuenire non poteſt, quanquam qui per eum fit motus, conuulſioni quaſi ſimilis habeatur: ſiquidem (uel teſte Galeno) quod muſculis eſt conuulſio, idipſum uentriculo ſingultus. Quamobrem non immerito, uentriculi quaſi conuulſio quædam eſſe dicetur, ut III. de Sympt. differ. & V. Aphor. comm. IIII. Quod ad reſpirationis uerò munus pertinet, eam quidem inſpirationem ad cõuulſionem pertinere dicemus, in qua quis duplici quodam, & interſecto aëris attractu inter ſpirandũ utitur: qualis fere plorantium eſſe ſolet, & eorum qui thoracis muſculos ob unam aliquam cauſſam non ſatis attollere poſſunt: quam utiq; ſpirationis ſpeciem, Hippocrates, ſpiritum offendentem uocare ſolet, ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα προσκόπτον, χεῖρον, πασμῶδες γὰρ σημαίνει. Quod eſt, In febribus ſpiritus offendens, malum: conuulſionem enim ſignificat. Celſus ita hunc locum interpretatur, Quorum, inquit, faucibus in febre eliditur ſpiritus, malum: nec iniuria, nam id neruorum inſpirationi ſeruiẽtium imbecillitatem, & diſpoſitionem præ ſiccitate conuulſioni proximam indicat, ingens plane in febribus malum. De apoplexia uero, comitiali, & ſtupore, quæ hìc dicantur, antea quidẽ omnia dicta ſunt, nempe cap. V. & ult. quarti huius tractationis libri: fuſius uerò III. de loc. aff.

Gal. 6. de loc. affect.

Gal. 3. de locis aff. & 6. aphor. comment. 39.

Gal. 7. aphor. comment. 3.

Reſpirationum quæ ad conuulſionem pertineant.

Hipp. 4. aphor. textu 68.

Celſus lib. 2. cap. 7.

CONVVLSIO neruos muſculoſq; ad eundem cogit affectum, in quem ab animali facultate, quum naturalem habitũ ſeruarent, ducebantur. ut igitur uoluntarius motus, interim intentis uerſus principium muſculis, interim ab irruẽte ſpíritu impletis, perficitur, ita conuulſio quoque eodem modo accidere ſolet. Nam & ſpiritus inflare potens in ipſis generatur, & cõplures etiam affectus, qui illos intendere queant, quemadmodum phlegmone. Atque omnes ij (Hippocrate autore) in duo capita reducuntur, plenitudinem & inanitionem:

Hippocr. 6. Aph. 39.

nem: Phlegmonæ plenitudinem pariunt: ardentiſsimæ, & aridiſsimæ febres, inanitionem. Sed neruoſa corpora omnia tendi poſſe, ſiue oppleta ſint, ſiue inanita, declarant muſica inſtrumenta. Etenim rumpuntur chordæ, ſiue in humidum, uaporibuſq; ſcatens, ſiue in aridum, ſqualensq; cubiculum, intentis etiamdum chordis, inſtrumenta collocaueris. Proinde huius rei haud ignari artifices, eas priuſquam reponãt, laxare ſolent. Hanc ob rem antea quoque dictum eſt, conuulſionis motum à ſolo morbo perfici. In animalibus uerò & motus, & immobilitas, ſecundum naturam ſic ſe habent, quum manum extendere, & extentam immobilem ſeruare ualemus: animalis facultatis hæc functio eſt. Si autem ſuper rem quampiam ſolidam, bene ualentem manum deponens, omnes muſculorum actiones laxaueris, hanc manus quietẽ, neque ad morbum, neque ad facultatem, ſed ad innatam animalibus grauitatem referre oportet. Ex tribus itaq; quietis generibus, id quod per neruorum ſit reſolutionem, ad ſolum morbum refertur, eo tempore (ut ita dicam) ligata facultate: alterum, quum membrum intentum habemus, à facultate pendet: tertium quod nuper dicebamus, neq; ad morbum pertinet, neque ad facultatem. Sed meminiſſe oportet eorum, quæ dicta ſunt in libro de Muſculorum motibus, nempe extentam manum, in genere tum functionum, tum motionum reuera contineri: diximus etiam hunc motum nobis tonicen, id eſt, robuſtũ, aut firmum, nominari. Atque hic ſtatus, interim motus, interim immobilitas dici poteſt. Reliquæ uerò duæ conſtitutiones, ut nullo reſpectu ad motum aptari poſſunt, ita & reliqui duo motus, nempe conuulſio, & is qui uoluntatis imperium ſequitur, nullo pacto ad immobilitatem ſunt referendi.

Lib. 1. ſanitat. Neruorũ ad ſanit. muſica inſtrumẽta collatio.

Cap. 1.

Lib. 2. de muſcul. motu, fine.

Tonica motio quæ ſit.

CONVVLSIO *ad eundem finem neruos, muſculosq; ducit, ad quem animalis facultas eiſdem recte ualentibus ducebat. Nam quum motus omnis qui à uoluntate procedit, attractis in eas, quibus innaſcuntur, partes, muſculis, fieri uel Hippocratis & Galeni teſtimonio, credatur, neq; attractus is fieri unquam poſſit, niſi ad ſuam originem muſculi retrahantur: conſtat & conuulſionem quoq; ipſam, motui uoluntario ſecundũ naturam facto, in hoc ſimilem, muſculos itidem uerſus ſuam ipſorũ originem retrahere, atq; hac ſolum ratione à motu naturali differre, quòd præter uoluntatẽ fiat. Nam (ut inquit Galenus) quemadmodũ in eo qui ſecundum naturã habet, uoluntas in cerebro iuxta neruorũ originẽ ordinata, motionis principiũ, primis dat neruis, ac per ipſos muſculis, ita, ſi ſine huiuſmodi*

Motus uoluntarius quomodo fiat. Lib. de muſculorum motu.

3. de loc. affect. cap. 5.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 259 sur 428

iuſmodi principio, inuenerimus, quæ ipſos cauſſa uerſus eorũ initia ducere poſſit, modum quo cõuulſio fiat, nos iam ſcire, non temerè profitebimur. Itaq; conuulſiui motus omnes, autore Hippoc. in duo præcipua genera diducuntur, nempe plenitudinis, & inanitionis. Inquit enim, Σπασμὸς γίνεται ἢ ὑπὸ πληρώσιος, ἢ κενώσιος, οὕτω ὁ μὲν λυγμός. Id eſt, conuulſio fit, uel ex repletione, uel inanitione, ita uerò & ſingultus. Plenitudine nerui tentantur per ingentes phlegmonas, & uarij generis fluxiones, quæ in ipſos decumbunt. Inanitionẽ pariunt ardentißimæ febres, ſolidas corporis partes immodicè exiccantes, & quæcũq; natiuã partiũ humiditatẽ abſumere ſolent, ut labor nimius, ingens fames, immodica uenus, & urgentes animi curæ. Hanc uerò duplicẽ neruorum affectionẽ, qua modo plenitudine nimia, modo inanitione laborant, aptißima ad lyræ chordas ſimilitudine probare cõtendit. Nam ut hæ humore madentes, diſtendi nimiũ, ac rumpi ſolẽt, itẽ & nimiũ areſactæ, ſic & nerui ipſi quoq; à plenitate nimia, uel ſiccitate lædi ſolent: uti rurſus de hac tota analogia III. de Loc. affec. pluriesq; alibi. Cõuulſio igitur ipſa merito à ſolo morbo prouenire dicitur, intẽperie nimirũ cum ſubſtantiæ alicuius influxu, uel ſiccitate, & deprauati motus germẽ eſt, ſicuti ablati, reſolutio. Atq; hi quidẽ omnes uitiati ſunt motus ui morbi prodeuntes. uerum extentã manũ immobilẽ aliquãdiu ſeruare, id ſanè facultatis membrũ ſuſtẽtantis eſt opus: non enim extentũ diu mẽbrũ ni facultatis præſidio eſſe poteſt. Cum uerò ad ſolidũ aliquid, mẽbrũ demittẽtes, quieſcere permiſerimus, quietẽ hãc, neq; ad morbũ, neq; ad facultatẽ pertinere dicemus, ſed ad innatã potius mẽbri grauitatem referemus. Quieſcũt igitur à uoluntario motu inſtrumenta tum per reſolutionẽ, tum per intentionẽ nimiã ipſorũ, tum deniq; per innixũ ad aliquid unũ: nam hoc loco quies, à motu uolũtario ceſſatio intelligẽda eſt. Quũ enim quæ uoluntatis ductu mẽbra mouẽtur, à ſua functione deſiſtũt, quieſcere tum iure dicuntur: ſed quietis huiuſmodi uariæ, nõ unũ eſt tantũ genus, nec unica itidẽ cauſſa. Nam quietis in reſolutione cõtingẽtis morbus in cauſſa eſt, deficiẽte per morbũ id tẽporis facultate. Cum uerò intentũ pro uoluntatis arbitrio membrũ tenemus, quieſcere item ipſum quod intẽditur affirmamus, ſed facultatis mẽbrũ ſuſtẽtantis opera fieri id dicimus. Eius uerò mẽbri quietẽ, quæ ad ipſius ſupra ſolidũ aliqd repoſitionẽ contingit, neq; ad facultatẽ neq; ad morbũ meritò referamus, ſed ad id, cuius ſubſtratu mẽbrũ fulcitur. Hæc nanq; fermè omnia lib. de Muſcul. motu tum primo, tum ſecũdo dicta ſunt, ſed id præcipuè, extentã manũ habere, in genere motionũ cõtineri: nam ſunctionis idipſum uoluntariæ genus quoddã eſt, ut eodẽ loco Galen. Quam & ipſam, quoniã ualida muſculorũ actione cõtrarioq; nixu perficitur, tonicã, id eſt, robuſtã, et firmã iure cẽſuit appellãdã, ut mox ſub initiũ ſecundi de Muſcul. motu affirmat. Sed iam ad reliqua tranſire eſt opus.

Hipp. 6. aphor. cap. 39.

Neruorum ad lyræ chordas collatio.

Conuulſio & reſolutio, deprauati motus.

Quies.

Extentam manũ habere functionis eſſe genus.

Tonica motio.

CAETERVM ſicuti extentam manum duobus æque ualentibus dixímus regí motibus, ſurſum quidem ferente facultate, trahente uerò deorſum inſita grauitate, ita tremor quoque duobus perficitur motibus: uno, cum cogitur membrũ ob grauitatẽ ad inferiora repere: altero, dum ſurſum fertur à facultate

Tremor.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 260 sur 428

facultate. Quum enim robuſta fuerit manus, ne paululum quidem uincitur à grauitate facultas, quinimo præſtantior quum ſit, inclinationi, qua membrum ad inferiora repit, reſiſtit, ac tantum ipſum in ſublime attollit, quantum trahitur ad inferiora. Per tremorem uero inuita facultate membrum ad inferiora delabitur, adeo, ut manifeſte liceat uidere pugnam inter ipſas, non permittente facultate deorſum ferri membrum, ut in reſolutione neruorum fieri ſolet: neq; grauitate concedente, ut facultas ipſum ſublime ſeruet, ita ut cõſueuerat, dum ualebat. Itaq; uiciſsim facultas, nunc uincit nunc uincitur. Ac contrariorum ſemper inter ſe motuum ſucceſsione, tremor fieri uidetur, quum ſit motus quidam compoſitus, quẽadmodum arteriarũ pulſatio. Verum in his quies ſenſu percepta, diaſtolen, id eſt diſtinctionẽ, ſeparat à ſyſtole, id eſt, cõtractione: niſi fortaſſe denſiſsimus aliquãdo fuerit pulſus, ut in formicãtibus uidere eſt: in quibus nulla inuenitur inter contrarios motus quies ſenſibilis. Quippe non eſt in illis mutua motionũ uiciſsitudo, quæ ab una perficiatur natura, ſed pugnant inter ſe, & facultas, & corporis grauitas. Quòd ſi quis hunc maxime motum, alteri qui fiat in corpore, uoluerit comparare, formicãti pulſationi ipſum perſimilem deprehendet. Vt enim in hac arteriæ motus per breuiſsimum defertur ſpatium, ita in tremoribus, animantis particula, utpote quæ ab imbecilla facultate mouetur. Itaq; incerta uidetur huius ſymptomatis generatio: quoniam & ab impetu omnino motus excitatur, & ob facultatis imbecillitatem perit.

Tremor cõpoſitus motus.

Formicans pulſus.

TREMOREM *duobus in totum motibus cõſtare, cum lib. de ea re inſcripto, tum* Aphor. VII. *dictum abunde eſt, ſed eadẽ hîc rurſus mira quadã facilitate explicãtur, nempe pathema hoc pugnãtibus motibus fieri, eo ſcilicet qui à facultate naſcatur, quo & ipſo mẽbrum ſuſtollitur, & deorſum ferri prohibetur, & eo rurſus qui ab innata mẽbri grauitate pẽdeat, & deorſum trudat: id enim grauis proprium eſt, uel Ariſtot. teſtimonio, deorſum ferri. Itaq; pugnam ſequi neceſſarium omnino eſt, dum facultas erigere, deprimere, mẽbri grauitas nititur. Ita fit, ut facultatis motu prævalente uincat facultas: prævalente altero, uincatur. Compoſitum igitur motum tremorem ob id eſſe cõſtat, quòd contrariorum inter ſe motuum ſucceßione fiat. At inter cõtrarios motus omnes quietem intercedere mediam Ariſtotelis eſt ſententia comprobatum. Erit igitur & in tremore quies quædam media, quæ facultatis motum ab eo qui membri eſt, diducat, ſicut in arteriarum motibus eſſe conſueuit. Sed hoc intereſt, quòd in tre-*

Commen. Illius Aphoriſ. in lethargo tremor malum.

4. de Cœlo. capit. 1.

5. de Phyſico auditu, capi. 4. & 5.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 261 sur 428

©BIUM

more, uix ea percipitur quies ob mox dicendam cauſſam, in arteriarum pulſu, notabilis, ut quæ diſtinctionē ipſarum à cōtractione, hoc eſt, diaſtolen à ſyſtole, diſcriminet. Pulſant uerò in id potiſſimum arteriæ, ut ſeruetur quod in nobis eſt calidum, eiuſq; diffłationi ſeruiant, & animalē ſpiritum nutriāt, ut lib. de Vſu reſpirationis, primo de Vſu part. & IIII. item exactè habetur. Refrigerant quidem calidū, & ab incenſione prohibēt, per dilatationes, attrahēdo frigidum aērem, expurgant fumoſum nidorē, per cōtractiones, ut IIII. de Partium uſu Gal. Itaq; in tremore quies ob id minime percipitur, quòd denſiſſimus, hoc eſt, frequentiſſimus ſit in eo motus, in ut præ frequētia internoſci quies media non poſſit. Quod in formicante pulſu, cui appoſite tremorē Gal. cōparat, uſu uenire uidemus: ut in quo quum per breuiſſimū ſpatium arteria deferri contingat, uirtute ſcilicet in longū ſpatium ferri nō permittēte, quietē ſentiri nullā contingit. Quippe hunc pulſum Galenus mirè paruū, languidiſſimumq;, ac creberrimum eſſe cenſet, nomenq; à ſimilitudine quæ ſibi cum animante eſt, formica, ut quidā uolūt, paruitatis, ut alij, ſpeciei motus, ſumpſiſſe tradit. Fit autē tum huiuſmodi pulſus, cū ob uirtū imbecillitatē quies in eo media, motionumq; contrariarū uicißitudo nō percipitur, pugnāte tum cū morbi grauitate natura, uel potius iam ſuperata: quod cū euenit, in præcipitiē eſſe, omniū monumentis eſt cōprobatū.

Arteriarum pulſus utilitas.

Formicans pulſus.

Gal. 1. de diffe. pulſuū. & 2. de pulſuum dinoſione.

PORRO inuenti ſunt nonnulli negantes mouēdi impetum à tremore ſeparari nō poſſe, quū uideant interdū totū caput tremere, concutiq;, nulla accedēte ad mouēdum uoluntate. Sed ignorare uidētur ij, quòd ad ſeruādam partem aliquam erectam, uoluntatis imperiū requiratur: quippe muſculi in hac, haud aliter quàm in alijs functionibus, tendūtur. Id uerò iam in libro de muſculorū motibus oſtendimus. Per tremores autē, & pro uolūtatis imperio fieri actionē, & facultatem, ob imbecillitatē non poſſe partē ſeruare incōcuſſam, hac non leui coniectura aſſequeris. Quippe ſi tremulū iſtud caput, ſupinum ſuper rem quampiam mollem inclinaueris, protinus liberaberis à tremore. ſimiliter ſi ſcribens aliquis, aut ſecans, aut aliud quippiam agens, tremore afficiatur, ne hic quidē tremere uidebitur, ſi retractis ab opere manibus quieſcat. Quemadmodū ubi crura cuiuſpiā, inter ambulandum tremunt, ſi deſinat ambulare, deſinet quoque tremere. Atque uidere eſt ualidiſſimos ſubinde iuuenes, prægrauia onera humeris geſtātes, ſi progrediātur, tremula habere crura, deinde quū abiecto onere quieuerint, illico ſolui tremorē. Quum enim & graue, & leue dicātur ad aliquid, poterit pondus ad tantam attolli magnitudinē, ut ualidiſſimo cuique graue uideatur. Igitur maximum onus ualidam uincit

Graue & leue ad aliquid.

Lib. 3 de rat. cap. 11.

Lib. 1. de rat. cap. 3. & cap. 14. Lib. 2.

faculatem

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 262 sur 428

facultatem: inualidam uero non ſolum hoc, ſed parua quoq; ſarcina proſternit. Quod ſi ad multam peruenerit imbecillitatem, ſub proprio etiam corpore perinde quaſi ſub onere grauabitur. Proinde ſenes ferè omnes, quum uehementius munere quopiam funguntur, protinus tremore afficiuntur partes functioni deſtinatæ, Ita & per prærupta ingredientibus crura tremũt, deijciẽte uires tremore, itidem qui incurrentem in ſe feram uidens fugit, is quoq; tremulus euadit. Neque non toto corpore tremit, cui coram terribili aliquo Magiſtratu negotium eſt: quippe loqui iuſſus, ne uocem quidem citra tremorem reddere poterit. Igitur ut animale pathos motricem facultatem imbecilliorẽ reddens, functiones efficit tremulas, ita corporis morbi uiribus incommodantes, tremoris inducunt ſymptomata. In primis itaque & maxime omniũ officit facultati, quicquid ex intẽperie conſtat. At ſenectus quoq; intemperies quædam eſt, ad frigus, & ſiccitatem procliuior. Quamobrem ſenes facilè uexantur tremore. Ex iuuenibus uero corripiuntur ij, qui uehementer fuerunt refrigerati, & qui ſe multo meraco uino ingurgitauerunt, aut multas ſubinde cruditates cõgeſſerunt, aut qui diu multis cibis ingeſtis, nulla uſi ſunt exercitatione, ſed ignaui omnino uixerunt in otio, aut qui intẽpeſtiue frigidã aquam biberũt. Huiuſmodi omnia frigidã intemperiem efficiunt, interim in uniuerſo corpore, interim in origine neruorum, ac interdũ in alijs quoq; partibus, quæ reliquis ſuapte natura ſint imbecilliores, & ad noxam ſubeundã magis opportunæ. Præterea lenti, craſsiq; ſucci, facultatis meatus obſtruẽtes, ita ut exigua facultas affluat, tremorem efficere poſſunt: idq; maximè, ubi exacte obſtruunt, reſoluuntq; aliquorum neruorũ partes quaſdã: ſic enim reliquæ fibræ non ſatis ualide muſculũ poſſunt intẽdere. Etenim ubi humores obſtruẽtes facultatis per neruos meatũ, non in totũ fuerint infixi, adeo ut per uiolẽtas uiriũ incurſiones, poſsint adhuc & concuti, & cõmoueri, huiuſmodi fiunt motus, quales antea, incipiente neruorũ reſolutione, accidere diximus: attollitur enim aliquando membrũ, ſed ilico concidit. Nam per facultatis inuaſiones, quum ipſa ſe uehementius & excitat, & cogit, excutiuntur ſucci, qui neruos obſtruunt, ac membrum mouetur. Rurſus refluentibus humoribus, quos ex-

Tremor qui bus accidat. Coram Magiſtratu agere tremorem parit.

Cõm. 48. Lib. 7 apſor.

cuſſerat

©BIUM

cusserat, in priorem locum, concidit, & iacet immotum, donec facultas rursum confertim irruens, dissipauerit humores, qui ipsius meatus occupauerant. Sed de his hactenus dixisse satis sit.

LONGISSIMA, eademq; doctissima enarratione, tremoris cuiusuis causas omneis Gal. persequitur, eos interim arguens, qui tremorem sine uoluntatis impetu fieri posse negabāt: quasi uero tremor à uoluntatis imperio, ac non potius à facultatis imbecillitate, membriq; grauitate pēdeat. Nam etsi musculi quadantenus, ut suo munere fungātur, in tremore operari uidētur, tamen, facultatis imbecillitate mēbrum erectum seruari non posse, illud maxime indicat, quòd ubi membrum aliena ope nititur, fulcimentoq; uno aliquo sustentatur (ut cum tremulum exempli gratia caput, molli puluino reclinaueris) tum primum tremore membrum liberari uidemus, nimirum externo præsidio facultate adiuta. Ad eundem quoq; modum si manum, crusue idem pathema apprehēderit, protinus quicquid est mali discutietur, si ab opere cessaueris, & adiumēto aliquo infirmum mēbrum roborare sategeris. Quæ caussa est quòd grauia gestātibus onera tremor enatus extemplò dissoluitur, si quod premit onus abiecerint: exonerata nimirum facultate, quæ immodico pondere, ceu graui sarcina, premebatur. Cur uero alij alio pondere plus, minusue afficiātur, ea certe caussa est, quòd graue, & leue ad aliquid dicūtur, uel Aristotelis testimonio. Quare pro utriū diuersa in pleriſq; ratione, id uni dicetur graue, quod alteri leue. In summa uero, ingētia pondera ne facultatē quidem tantū mediocrem, sed & maximā quoq; labefactare solent. Quod si in id imbecillitatis uētum sit, ut planè iam concidere facultas uideatur, tum certe non imposita onera tantum, quantumuis leuia, sed & ipsum quod gestant corpus grauissimi ponderis rationē sic affectis habere uidetur. Nam infirmæ uires à quibusuis offendi solēt, sicuti ualētes, omnia contenere x. Metho. proditum. Quo pathemate senes maxime, effœta nimirū in ætate iam cōstituti uiriumq; inopes, adhæc qui è grauibus resurgunt morbis, uel adhuc ipso in uigore cōsistunt, tentari solent. Sed hæc omnia ad corporis affectus sunt referenda. Ad animū pertinent impendens metus, tristis nuncius, contentio grauis, & omnium maximè, arduum gerēdum coram Magistratu negotiū, uti ijs qui de rebus maximis apud potentissimos principes acturi, orationes longas habent, accidisse sæpe legimus. Hoc Demosthenī oratorum summo, hoc Theophrasto, hoc demum eloquētiæ parenti, ac principi Marco Tullio euenisse certò scimus, ut dicere incipientes trepidarent, & quasi præsentis cœtus celebritate attoniti, uel rei magnitudine consternati, deterrerentur, ita ut dicendi initio, & toto corpore contremiscere, & subtimidiores fieri uiderentur, ut alicubi de se idem Cicero affirmat. Sic etiam potens, fumosumq; uinum temerè ingestum hoc quoq; pathema creare potest, nimirum uapore nimio, ac satis calido caput, neruosaq; omnia tentans: unde infirmiorem reddi facultatem est planè necesse. Ad quod etiam genus cruditates, otia multa, frigidiorum usus, & id genus innumera referri possunt. Sed de his hactenus.

Tremor unde.

4. de Cœlo. capit. 4. & 5. & 7. physicorum.

Grauia gesturi negotia tremore tentantur.

Cicero in Oratione pro Milone.

Palpitatio

PALPITATIO eſt diaſtole, id eſt, diſtinctio, præter naturã. Ea in omni parte, quæ diſtinctionẽ ſuapte natura admittit, fieri poteſt. Neq; enim oſſa, neq; cartilagines, unquam palpitant: quandoquidẽ diſtingui non poſſunt. Atq; hanc cuti ſubinde accidere uidemus, nonnunquam ſubiectis quoque ipſi muſculis, prætera non ita raro, uentriculo, ueſicæ, utero, inteſtinis, iocineri, lieni, ſepto tranſuerſo, atq; (ut ſummatim dicam) omnibus quæ diſtingui poſſunt, ita ut arterijs, atque adeo ipſi cordi uideatur accidere, alio in ipſis præter pulſum deprehenſo motu. Verum hoc pathos neque ad uolũtariam facultatem, neq; ad ipſius inſtrumenta propriè pertinet, ueluti tremor, conuulſioq; : ſed ut nuper dictum eſt, omnia quę diſtingui poſſunt corpora, infeſtare conſueuit. Hæc uero ſuapte natura mollia ſunt, ut & diſtendi, & reſidere poſsint. Cauſſam ſymptomatis ab ijs quæ maxime perſpicua ſunt, uenari oportet: idq; ubi genæ, aut tempora, aut frons, aut maxillæ palpitant. uidetur enim in ijs cutis, & attolli, & diſſlari, haud aliter quàm arteriæ diſtinguuntur. Quod igitur de ijs quærebatur, num à ſeipſis diſtinctæ, conuellant ad ſeſe ob diſtinctionem id quod eas replet, quemadmodum fabrorum folles impleti, ad utris inſtar diſtinguuntur, hoc eſt quod de palpitantibus partibus definire oportet. Videntur autem huiuſmodi partes, quod ad inquiſitionis genus pertinet, ſimile quidpiam habere cum arterijs: uerum in eo quod ad inuentionis promptitudinem ſpectat, haud parum diſtant. Quippe arterias, ut pote ſemper, & ſecundum naturam pulſantes, probabile eſt ab inſita quadam facultate moueri. Id uero de palpitantibus partibus dici debet minime: quippe oporteret id ſemper ipſis adeſſe, præcipuè per bonam ualitudinẽ. Igitur cum neq; ſemper, neq; per integram ſanitatem, id eis eueniat, perſpicuum eſt, neque illas à ſeipſis diſtingui. Quum itaq; non à ſeipſis diſtinguantur, omnino eas diſtingui oportet ab eſſentia quapiam intrinſecus ipſis influente. Ac coniectare licet hanc eſſe uel ſuccũ, uel aëream aliquam naturam. Atqui ſuccum eſſe negat palpitationis celeritas, & dum exoritur, & dum ſoluitur. Nam & de repente fit, & ſubito conquieſcit. At nullus ſuccus tam celeriter uel accedit, uel recedit, maxime in nuper dictis faciei partibus, ubi nudis ferè oſsibus ſuper tenditur cutis. Itaque ne-

Cap. 5. lib. cur. 2.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 265 sur 428

©BIUM

ceſſe eſt cauſſam quæ palpitationẽ efficit, eſſe aëream quandam eſſentiam. Verum ſi ipſa pauca fuerit, & tenuis, ilico à corpore defluet. Proinde uidetur eſſe uapor craſſus, ac multus, idq; pro captu ſpatij, in quo continetur: diſtinguit igitur & attollit, & inflat partem, donec uiolenter explosus, in cognatum ſibi aërem expiret. Ac ſimile quidpiam accidit, ut in bullis, quæ in decoctis ſuccis oriuntur, niſi quòd bulla rumpitur, corpus uero palpitans, ut pote ualidum, non rumpitur, ac tantiſper manet elatum, quoad explosus ab ipſo ſpiritus exierit, tum rurſus in eam, quam à principio obtinebat concidit ſedem: quandoquidem uacuatum eſt, exiuitq; quicquid moleſtum erat. Porro conſentaneum uidetur, ut refrigeratis quomodolibet partibus, palpitationes eueniant: id enim quod per naturalem habitum ab intimo animalium calore & extenuatum, & exacte elaboratum defluebat: id nunc ob ipſius imbecillitatem à frigore contractam, & uaporis naturam induit, & craſsius euadit. Proinde non itidem, ut antea, tranſpirat, ſed ob meatus conſtipationem, ſub cute detinetur, tardeq; egreditur. Quod ſi cutis quoq; denſior fuerit, duplum apparebit ſymptoma, accedente ad fluentis cauſſæ craſsitudinem, meatuum cõſtipatione. Sic igitur per palpitationes attollitur, diſtinguiturq; cutis, ſic muſculi quoque, quum in ipſis huiuſmodi excrementum colligitur adeo, ut interdum totum membrum unà attollatur.

PALPITATIONEM *uitiati motus genus eſſe quoddam ſuprà abunde nobis dictum eſt. Quibus uero membris ea accidere poſsit, longo hoc contextu monſtratur. Euenit autem membris ijs omnibus, quæ ſuapte natura diſtendi, attolliq; poſſunt: qualia ſunt muſculi, uentriculus, ueſica, uterus, inteſtina, cor, lien, iecur, & quæ mollitie ſua tum cedere impellenti, tum locũ repetere ſuum, & in altum ferri poſſunt. Porro motus hi omnes ad ſenſum deprehenduntur: eius nempe qui in muſculis fit, facilis eſt explicatio: Eius uero quæ in uentriculo, & reliquis uiſceribus, non ſic perinde facilis. Nam quum pulſatio ſecundum naturam ad cordis, & arteriarum munus omnino pertineat, ut 4. de pulſuum diff. & 6. de Hippo. & Plato. decretis, rurſuſq; 1. Prædictionum com. 32. nouæ uerſionis, fit, ut ſolæ arteriæ hoc motu agitari poſſe uideantur, non item reliqua membra. At uidemus & uentriculum, & cor, & reliqua interdum naturalia membra hoc pulſationis motu, arteriarum inſtar attolli, & deprimi, hocq; fieri poſſe, Galenus nos pluribus locis edocuit. Quare inuenienda nobis erit cauſſa, qua id, non in arterijs modo, ſed & in reliquis quoq; membris accidere poſſe*

Palpitatio quibus membris eueniat.

5. de loc. aff. & ſupra lib. 3. huius cap. 4. & hic rurſus.

dere posse deprehendamus. Nempe palpitationis eius quæ non raro uentriculo per deprauatam cibi attractionẽ accidere solet, non adhuc uidentur satis causſa, sedesq; à maioribus explicatæ. De corde autem planior est explicatio, quòd arteriarum omnium sit fons, & origo, quodq; attolli ipsius summas partes (quæ Anatomicis aures dicuntur) pro spiritus, calidiq; innati custodia semper oporteat. At longe dispar est in uentriculo ratio, quum fixum suapte natura, immobileq; membrum sit. Quæ causſa est igitur cur & ipse palpitationis interdum motu agitetur, instarq; arteriarum & resideat, & attollatur? Principio etsi arterijs proprium pulsationis motum omnes tribuunt, ut quibus natura distingui, & deprimi ad diffiationem, & calidi innati conseruationem datum sit, non ita tamen illis eum motum peculiarem esse affirmandum, quin & alijs (non quidem secundum naturam, ut arterijs) sed pathemate quopiam affectis, non etiam accidere possit. Itaque in eo affectu quem saltum uocant, quiq; in Cardioginis uocatis non raro accidere solet, eam quæ in epigastrio percipitur è regione uentriculi pulsationem, ab ipsomet uentriculo, non etiamdum ab arteria subtensa, dorsoq; adligata nasci maxime crediderim. Cuius rei id indicium est uel maximum, quòd secundum eam partem apposita manu subsultio sentiatur: quæ sentiri minime posset, si ad arteriam subditam, non ad uentriculum motus is spectaret. tum etiam, eo id maxime argumento quis probare possit, quòd congruis ad uentriculum admotis auxilijs, discussoq; calorificis flatuoso intus contento spiritu, protinus cessare subsultionem, membrumq; pristinæ restitui sanitati uidemus. Nec huic meæ rationi repugnat citatus ex Galeno locus: nam etsi pulsare, de magna propriè & uehementi arteriarum motione dici Galenus eodem loco asseuerat, non tamen ex eo fit, non & eundem motum alijs cõuenire posse. Est enim pulsatio ita arterijs propria, ut omnibus quidem, sed non solis ipsis conueniat: quod proprij genus, secundi modi Porphirius uocat. Possunt enim uel ob flatuosum spiritum, uel ob inflammationem aliquam ingentem, & cætera omnia membra, quæ mollitie sua distingui, & deprimi possunt, eodem pulsationis motu agitari, ut ibidem Galenus. Itaq; palpitationis in uentriculo causſa erit, uel impactus in eius tunicis crassus, & discussu difficilis spiritus, aditũ sibi eo motu quærens, uel inflammatio ingens pulsationis motum (ut semper solet) inferens. Quamquam uero palpitationis motus cum eo qui arteriarum est (quem pulsum uocant) nonnihil simile habere uideatur, ut pote in quo membra attolli, & deprimi (arteriarum instar) conspiciantur, longissime tamen inuicem dissident. Nam arteriæ, præter id quòd ab insita quadam facultate mouẽtur, hoc est, illis in uirtute cordis à natura data (sic enim 6. de Hippo. & Platonis decretis) id etiam habent, quòd non propterea pulsant & distenduntur, quòd spiritu repleantur, sed contrà, ideo spiritu implentur, quòd distendantur. Cui simile quiddam in manu factis instrumentis ad spiritum attrahendum planè cernimus. fabrorum namque folles non ob id certe distinguuntur, quòd spiritu pleni sint: sed contrà potius, quia distenduntur, eò spiritu & ipsi implentur. Hæc uero eruditorum est hominum, & de ea re bene sentientium opinio, ut eodem loco ad-

Aures cordis.

Problema de uentriculi palpitatione.

Saltus.

Gale. 1. præsagiorũ com. 31.

Porphirius lib. prædicabi. c. 5.

Palpitationis in uentriculo causſa.

Palpitationis & pulsus differentia.

Follium fabrorum ad arterias comparatio.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 267 sur 428

Gal.6.de placi. Hippo.& Plat.

fert Galenus. In palpitatione uero nec membra ab inſita quadam facultate mouentur (oporteret enim ea perpetuò ſic moueri) nec ob id implentur, quod diſtinguantur, ſed contra eò diſtinguuntur, quòd ſpiritu flatuoſo plena ſint. unde liquidò conſtat hos à ſe motus (palpitationis inquam, & arteriarum) longo interuallo diſtare. unde qui eum motum, non pulſum, ſed ſubſultionem potius uocandum cenſuêre, omnium optime ad rei naturam mihi acceſſiſſe uidentur, ut etiam Galenus ſentit. Sed hic ſcrupus ex ipſamet Galeni ſerie oriri uidetur, qui non paulo plurimum æquum lectorem remoretur, & ad Galeni ſenſa dubium reddat. is porrò eſt, quòd ab inſita quadam facultate arterias moueri, quòd ſemper, & ſecundum naturam pulſent, Galenus hîc aſtruat, quum tamen 6. de Hippo. & Pla. decretis, aduerſus Praxagoram, & Philotimum ualidiſſimis rationibus contrarium ſtatuat, nempe, non à ſeipſis ſed à corde moueri. Verum ſi quis non oſcitanter Galeni ſeriem totam & hîc, & ibi perlegerit, controuerſiam ipſe per ſe totam finire, & ab contradictionis crimine Galenum uindicare poterit, ſi ita de tota re iudicet, Galenum id omnino ſenſiſſe, arteriarum motum non à ſeipſis, ſed à corde eſſe. Nam ob id præſecta arteria, uel arctiori uinculo intercluſa, moueri deſinit, quòd facultatem à corde excipere iam tum amplius nequeat: moueretur autem, etiam præſecta, & uinculo diſtricta, ſi inſitam functionis eius facultatem haberet, uti citato loco Galenus. uerum hîc, probabile tantum uideri dixit eas inſita facultate moueri, quòd ſemper moueantur, non autem id pro conſtanti, & aſſerto haberi uoluit. Quin nec omnino uerum eſt perpetuò ipſas pulſare, ſed tum tantum, quum facultatem à corde exceperint. Nempe in ſyncopa, aliiſq; cordis pathematis ſiue per conſenſum, ſeu proprietatem factis, ceſſare eas à ſuo ipſarum motu uidemus. Quamobrem ueriſſimum erit eam pulſandi uim à corde, non à ſeipſis habere, manetq; explicatus ambiguus Galeni locus. Vt autem ad inſtitutum redeamus, conſtat palpitationis cauſſam eſſe aëream quandam, & flatuoſam ſubſtantiam, mollioribus membris immerſam, tandiuq; agitatem, quoad patefacto aditu inde explodatur. Quod cum facile fiat, & facile etiam affectus is oriatur, indicio eſt, ſuccum quempiam eius ſymptomatis cauſſam ullo pacto eſſe non poſſe. Sed de his ſatis, nam reliqua patent.

Gale. 1. præſagiorũ com. 31.

Dubiũ, An arteriæ à ſeipſis an ab alio moueantur.

Arteriarũ motum non à ſeipſis ſed à corde eſſe.

Arterias in uehemẽtibus cordis pathematis non pulſare.

VERVM motus ille, à conuulſione planè differt, eò quòd per ipſum neq; exacte intenditur membrum, neq; incurua-tur. Nam quòd membrum in palpitatione extenditur, uel curuatur, haud magni momenti eſt. Concutitur uero tantiſper in utramq; partem, quoad muſculus deſinat palpitare, adeò ut non aliter quàm tremor, hîc motus perfici uideatur. ſed hoc intereſt, quòd hîc maiora, tremor uero minora habet interualla. Quippe palpitans muſculus, ſi notabilis ei fuerit quantitas, inter diſtinguẽdum, ſubinde unà ſecum totum attollit membrum: quum uero cõtrahitur, ſinit ipſum ferri deorſum,

Palpitationis à cõuulſione, tremore, rigoreq; differentia.

orſum, perinde quaſi inanimatum. Quo fit ut uniuerſus hic motus ſit præter naturam, non mixtus, compoſitusq;, ut in tremore. Porrò ut in mẽbrorum palpitatione fit motus paucus, tardus, & rarus, ita in rigore fit multus, citus, & denſus. Atqui multum uoco ex ipſo motionum numero, citum ex motionis impetu, denſum breui tempore quietis. Sed motus hic non eſt totus præter naturam, ueluti in palpitatione conuulſioneq;, alium habens à tremore motum: quanquam ipſe quoq; mixtus eſt, ex cauſa præter naturam, & animantis facultate: ſed plus uirium in ipſo, quàm in tremore requiritur: quin, ſi uerum dicere oporteat, totus motus ad natiuam facultatem referendus eſt. Hanc nos uſitato uocabulo, expultricem, aut deiectricem nominamus. At cauſſa facultatem irritans, cogensq; ut uiolenter moueat, præter naturam eſſe cenſetur.

Motus multus, citus, & denſus.

PALPITATIONIS *omnis cauſſa abunde iam nobis expoſita eſt: id nobis nunc explicandum, quomodo à cæteris deprauatis motionibus differat. A conuulſione itaq; differt, quòd haud ita uehementer palpitans membrum extendi ſoleat, aut curuari, tum quòd molle ſit, & facile cedens, tum quòd morbifica in ea cauſſa multo ſit quàm in conuulſione tenuior, nec ita diſſolui contumax, nempe flatuoſus ſpiritus. Qui ut eſt perflabilis, & aëreæ ſubſtantiæ, ſic ſanè facile diſcutitur, quum interea craſſus, lentuſq; ſuccus conuulſionis genus quoddam efficiens, item & immodica ſiccitas neruos obdurans, non ita leuiter diſſipari, uel ſuapte natura poſſint, quòd plenioris cuiuſdam ſint naturæ, & ſolidioris eſſentiæ membra occupent, nempe neruos. A tremore uerò hoc diſtat, quòd in totum præter naturam ſit, tremor autem mixtus ex facultatis & morbi impetu, motus illius ſuſtentantis, & erigentis, huius aggrauantis & deprimentis. A rigore itẽ, nam in eo multus fit, uelox, creberq; motus, uehementer utiq; à uitioſo, calidoq; excremento irritata expultrice facultate, cui uni tribui hunc motum oportere Galenus cenſet: in palpitatione uero paucus fiat, tardus, & rarus: tum quòd modicè facultas irritetur: tum quòd pathematis huius cauſſa, multo quàm rigoris mitior ſit: quæ ſanè omnia ex pulſuum cauſis (ni meus me fallit animus) ſunt huc haud inepte translata. Nempe quemadmodum ubi plus negotij facultati infertur, tum uelocitate, & crebritate pulſuum, quum magnitudine nõ poſſit, ſuccurrere natura tentat, ubi uero minus negotij eſt, raritate, & tarditate ſatisfit, ſic pariter in huiuſmodi pathematis accidere ſolet. Nam in rigore ob uehementer laceſſitam expultricem facultatem, multitudine quidem motionum, quum ualidior eſt uirtus, dein uelocitate, crebritateq; excrementum pellere nititur noſtri corporis rectrix facultas. In palpitatione uerò, oppoſitis motibus omnia conſtant, nempe paucitate, tarditate, & raritate, quòd morbifica cauſſa non æquè facultatem, ut in rigore, extimulet, eoq; fortium motionum minor ſit omnino neceſſitas. Mul-*

Recurre, ſi uis, ad lib. de cauſis pulſuum Gal.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 269 sur 428

©BIUM

tum itaq; motum Galenus ipso motionum numero dimetitur, Citum, motionis robore seu impetu, Densum, breui quietis tempore, quum parum scilicet quietis inter utrosq; motus interest.

Multus motus quo dimetiatur. item citus, tum & densus.

CAPVT III.

HEGITVR quisquis huius facultatis, dum inculpata degit animal sanitate, functiones satis intelligit, si modo prudentia præditus fuerit, huic non opus est longiori sermone. Qui uero eas ignorauerit, hebetiorisq; fuerit ingenio, huic equidem consulo, nisi ardentissimus fuerit ueritatis amator, ut ab hoc commentario recedat. Quòd si ueritatem & studiosè inquirit, & habet in precio, ad eos cõmentarios quibus Naturales facultates tractauimus, prius se conuertat, in quibus ubi satis fuerit exercitatus, tum demum ad hunc librum redeat: quod nisi fecerit, neq; quas dicturi sumus, assequetur demonstrationes, neq; ea quæ antea demonstratione dicta sunt, intelliget. Nos autem in hoc opere, nullam sectarum reprehendere instituimus. Quod si quartum & uigesimum Athenæi librum legere non graueris, uetustiores illo, tum Medicos, tum Philosophos, absurda admodum de rigoris caussis dixisse deprehendes: quippe Athenæus eas omnes coarguit. Atqui si illius opinionem examinaueris, quanuis prioribus sit probabilior, inuenies eam nonnihil à ueritate deflectere. Equidem haud dubiè scio eum qui ueritatis studio tenetur, præter illum quem iam narrauimus modum, nullum alium amplexaturum.

Athenæus.

EXCRETORIAE *facultatis hoc est peculiare munus, ut quæ in nobis excrementa redundant, naturæ quidem uel nullo usui, uel potius, si diu maneant, incommodo futura, per congrua loca excernat. Sic sanè uentris, ueficæq; onera, sic & reliquorum membrorum superflua, huius facultatis opera propelluntur. Quin & huius ducìu fit, ut quàmlongißime à principibus membris ad minus momentanea excrementorum auersio quandoq; fiat: quod quum fit, non satis tum eam suo muneri parem iudicare oportet. Nam ubi prorsus ualet, extra corpus omnino, non ad ignobiles partes superflua regerit, uti 3. de Crisibus Galenus. Per morbos uero hoc illi attribuunt, ut eius adminiculo quæ in decretorijs solutiones fiunt, ei uni acceptæ referantur. Vnde sanguinis è naribus eruptiones, uentris profluuia, uomitus, sudores, mariscarum, mensiumq; motus, per morborum decretorias solutiones manare solent. Has itaq; functiones qui probè pernouerit, symptomatum eorum, de quibus hoc capite est tractaturus Galenus, rationem,*

Excretoriæ facultatis munus.

Excretoria facultas quando suo muneri impar.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 270 sur 428

rationem, naturam, cauſſaſq; omnes intelliget. Quòd ſi quis uel uitæ ignauia, uel ingenij hebetudine, ueritatis inquirendæ parum diligens ſcrutator fuerit, eoq; facultatis huius opera noſcere nequeat, huic certe præſtiterit magis, ne hãc quidem de ſymptomatum cauſsis commentationem attigiſſe, ut quæ tantum ueri ſtudioſis, & ſeriam operam nauantibus tota ſcripta ſit. Proinde quicunq; fructum ſe ex his aliquem reportaturum ſperat, in commentarijs de Potentijs naturalibus exerceri prius oportet, ut facultatum omnium uires, munia, operandi modum dignoſcere queat: atq; tum ita inſtructus, ad horum commentariorum lectionem accedat. Nam eorum quæ hic enarrantur ſymptomatum, ratio tota illinc, ceu è fonte manat. Facultatum enim naturalium munia niſi probè didiceris, ſymptomatum, quæ ab harum uitijs prodeunt, cauſſas comprehendere minimè poteris.

EGO uero diſputabo perinde, ac ſi mihi cum illo res ſit, qui commentarios noſtros de facultatibus naturalibus perlegerit, ſi prius pauca quædam, quæ in ipſis demonſtrata ſunt, ad memoriam reuocauero, nempe de utero, uentre, inteſtinis, & ueſica. Quippe uterus non alio pacto (ut ibi demonſtratum eſt) inſurgit ad fœtus editionem, quàm expultricis facultatis officio. Quum enim nouem menſibus ſuſtineat tum fœtus grauitatem, tum ſuam ipſius extenſionem, atq; toto hoc tempore oſculum ipſius adeò adamuſsim claudatur, ut ne ſpecilli quidem aculeũ admittat, abſoluto fœtu, ad ipſius ſecretionem accedit, diuerſa omnino conſtitutione affectus. Nam fauces ipſius antea clauſæ, adeò patent, ut facile per ipſas fœtus exeat. Tunicæ uero antea plurimum extentæ, & contrahuntur undiq;, & fœtum explodunt, ut quamceleriter ab uteri ceruice decidat. Hæc itaq; facultas, quæ adeò de fœtu ſollicita eſt, ut quamuis grauata, ſuſtineat nouem menſibus, ubi perfectus eſt fœtus, accurate proſpicit, quonam pacto tutò ipſum excernat. Corruptum uero fœtum eiicit, aut tertio, aut quarto, aut alio quolibet menſe, aut aliter quàm inſtante pariendi tempore fauces aperiens. Vterus enim non habet præfinitum tẽporis circuitum quo claudatur, aut aperiatur, ſed ad uſus occaſionem ſpectare conſueuit.

Vide hoc 3. de facul. natur. exactè tractatum.

Abortus.

QVVM *adeo multa & admirãda naturæ, uel potius ſummi dei opera, ſeſe nobis quoquouerſum mentis aciẽ intendentibus offerant: quæ admirari, & ſuſpicere, aſſequi, & intelligere præ naturæ imbecillitate noſtræ, ingenijq; modico captu uix poſſimus: ex omnibus tamen quæ diuina hic prouidẽtia fieri, arcanoq; conſilio*

©BIUM

filio cernimus, nihil quicquam ipsa fœtus in utero conformatione, eiusdemq; absoluti, & animantis iam facti editione admirabilius spectari posse censeo. Vnde tantum abesse, ut diuinum hoc opus insignemq; naturæ structurã, apto satis, & apposito sermone narrare me posse confidam, ut ne cogitatione quidem satis complecti posse existimem. Quamobrem doctissime Galenus, tantum (inquit) deficit noster sermo à sapientia eius qui nos creauit, ut neq; narrare possimus quæ ab illo facile facta sunt. Quis enim id posit? Nos tamen illius lumine adiuti qui intellectum dat paruulis, & talentum suo numine plenum, de pleno etiam suæ largitatis fonte excolendum, amplificandumq; dedit, pluscula hîc ex Galeno & Aristotele scitu quidem & iucundissima, & maxime necessaria adferemus. Illud imprimis, optime in nobis id prouidisse Naturam, ut quod suapte sponte interiturum, & corruptioni obnoxium erat factum, quando per se ipsum ab interitu uindicari non poterat (si quidem uel Galeni sententia, immortale fieri quod genitum est, nihil quicquã potest) genitali quadam & mirifica, quam in se continet, propagandi sui potentia, sese perpetuum generis successione efficeret: ut quod in individuo seruari non poterat, in specie seruaretur. Eoq; sagax prouidẽsq; natura, quod unicum excogitari potuit auxilium ipsi creaturæ ad immortalitatem: id mira solertia machinata est, instar boni cuiusdam ciuitatis conditoris, in ipso statim principio non cohabitationem solam curantis, sed qua ratione, uel in æternum, uel ad plurimum annorum ciuitas eius seruetur, prouidẽtis. Itaq; conceptionis organa animalibus ex æquo omnibus natura dedit, ipsisq; peculiarem quandam delectationis ad generandum uim copulauit, atq; adeò ipsi animæ ea usuræ, mirabilem quendam & ineffabilem appetitum utendi. A' quo usu, seu cupiditate potius excitata animalia: etsi stulta, etsi stupida, etsi irrationalia omnino fuerint, prouident tamen permanẽtiæ generis, acsi essent omnino prudẽtia. Hoc igitur sui tuendi appetitu generant masculi animantes, concipiunt fœmellæ in suo genere quæq;: tumq; miro quodam, & indicibili artificio formatur, absoluiturq; animans. Quod ubi ad absolutionem, temporis spatio ductum est, tum in lucem facultatis expultricis opera prodit, ediq; infantem dicimus: cuius editio haud certe minus quàm ipsius in utero mora, & conformatio admiranda est. Nam quum totis nouem mensibus aluus ita adstricta sit, & contenta, ut per uniuersum id tempus ne unam quidem πύρινα (ut Galenus uocat) hoc est cuspidem, ac graphij extremitatem intra eius osculum immittere possis, quòd suapte natura semen auidè contineat, & pro futuri animantis constructione genituram interno calore foueri, & ab alui partibus circundari necessariò oporteat, quæ patente uteri ostio perfici non possent, partus tamen tempore ita dissidet, ut integrum animal per patẽtissimum factum iam ostium exeat. Fœtus itaq; gestatio ad retentricem, editio, ad expultricem propriè pertinet. Foras autem tum pelli animans cogitur, quando iam alimenti inopia, locisq; angustijs opprimi cœperit: tumq; calcitratione disruptis membranis, patenteq; utero emittitur. Prospicit uero tum maxime facultas, ut ne quid incommodi tanto operi per partum enascatur. Nam quum in semet conglobatus in utero homo gestetur, ut Aristoteles tradit, eoq; positu degat, ut nasum inter genua, oculos super genua, aures

Gale. 15. de usu partium.

Gal. 1. de Sanit. tu. & 14. de partium usu.

Vide Gale. 14. de usu partium.

Editio infantis.

Gale. 15. de usu par. & 6. de loc. aff. & 3. de facul. natu.

Gal. 5. aphoris. com. 37.

Aristoteles 7. de natura animalium. cap. 8.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 272 sur 428

aures extra genua habeat, naturæ industria fit, ut exitum appetẽs, caput deorsum inclinet, manusq; ad costas exporrigat. Sic enim facilius prodit, & secundũ naturam partus huiusmodi uocatur: quemadmodum contra naturam, quum in pedes, aut inflexo, circumactoq; corpore nascitur: quæ docta Aristotelis, & Galeni est sententia. Vnde merito summus in historia mundi Plinius, in pedes procedere nascentem, contra naturam esse affirmauit. Ex quo nascendi genere Agrippas (quasi ægrè partos) nuncupatos esse idem asseruit, sicuti etiam, Neronem, toto principatu suo generis humani hostem, pedibus genitum (uel Agrippinæ parẽtis testimonio) refert. Ob id uerò ita nasci quenquam ominosum idem autor cẽset, quòd pedibus efferri, ritu uerò naturæ capite hominem gigni, mos sit. Atque his multo infeliciores partus esse putantur, qui enecta parente fiunt: quo modo editum Scipionem Aphricanum, & Manlium, & primũ ipsum Cæsarem à cæso matris utero dictum, legimus. Secundum naturã igitur perpetuis nouem mensibus gestatio feliciter procedit, pòst uerò grandiore effecto puero, alimoniaq; destituto, ad exitum, & ampliorem locum capessendum nititur: ut in libro de natura fœtus testatur Hippocrates. Atq; tum parturire mulieres incipiunt, & doloribus, multas quidẽ in partes incumbentibus, torqueri. Sed plurimis (ut uult Aristoteles) ad alterutrum femur. Quibus uerò aluum tormina uehementer exercent, ocyssime pariunt: quæ lumbos dolent, uix: quæ imum uentrem, expeditius. Difficulter quoque parere solent pinguiusculæ & sellulariæ mulieres, facilius tenues, laboriosæ, & quibus spiritus retinendi facultas maior, & firmiora latera fuerint: quæ sanè cuncta (adiecto etiam peritæ obstetricis officio) non parum fœtus editionem promouent, & felicem reddunt. Verum eadem ipsa facultas quæ gestatum in utero fœtum, in tempore reddit, eadẽ quoque, temporius immaturum eundem eijcit: ut potè, quæ nullis sit temporis finibus adligata, sed tum suo munere ualidè fungitur, quum ab una aliqua caussa, quæ fœtum corrumpere posit, fuerit excitata. Excitare uerò possunt, atq; etiam inchoatum opus corrumpere, uel Galeni testimonio, quæcunque ualidam matri, uel conceptui noxam inferre queunt: qualia sunt ex manifesta quidem occasione prodeuntia, casus, saltus, cursus, ira, clamor fortis, fletus, mœror, parcior uictus: ex internis, febris uehemens, dolor, citata aluus, sanguinis undecunque eruptiones, tinesmi, tusses, inflammationes, & id genus cætera multa. Quod si abortire utero gerentem, alioqui bene habitam, citra ullam earum quas modo recensuimus, occasionum contingat, uteri acetabula mucoris plena esse, nec fœtum ex pondere continere posse, secundum Hippocratis uetustissimi sensa conijcere oportebit. At de expultricis in editione infantis munijs, tantisper hæc dicta sint.

Arist. 7. de nat. animal. cap. 8. & 10. Gal. 15. de usu partium. Plin. lib. 7. naturalis historiæ cap. 8.

Plin. ubi suprà cap. 9.

Infelices partus qui,

Arist. 7. de nat. anim. cap. 9.

Quæ fœtus editionem promouent.

Gale. 5. aphor. commen. 45.

Abortus caussæ.

Hippocr. 5. aphor. tex. 45.

HAVD aliter uentriculus quoque ingestis cibis (ut ostendimus) claudit inferius suum ipsius osculum, ac nihil egredi sinit, priusquam absolute fuerit concoctum: si modo nihil aliud functionem intercidere cogat, quemadmodum in utero, fœtus corruptela. Fit enim in uentriculo pathos quoddam,

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 273 sur 428

dam, quod huic proportione reſpondeat, corruptis in ipſo cibis, aut mehercle ſimul atq; ſumuntur, ita deprauatis, aut etiam adeo multis, ut ipſos ferre nequeat. ita fit, ut natantes in ipſo, euomat, ad inferiora uerò declinantes, per inferiora quoq; deijciat. Quin ſine cibis, inſurgit ſepenumero uentriculi facultas ad uomitum, idq; ob prauam, uel bilem, uel pituitam, aut alium quempiam huiuſmodi ſuccum, aut ſaniē. Singulis enim animalis partibus, inſita uis eſt, expellens id quod in ipſis præter naturam conſiſtit: quemadmodum in propriis ſuper hac re libris demonſtratum eſt. Quippe ſatis uidentur in præſentia, perſpicuitatis gratia, huiuſmodi facultatis opera ad memoriam reuocaſſe, tum ea quæ de utero, tum ea quæ de uentriculo dicta ſunt.

APTISSIMA *certe collatione uentriculum utero Galenus confert, quum eadem ſit uentriculi in continendo, pellendoq; cibo, quæ uteri in fœtu actio. Nam utrobiq; ima inſtrumenti pars (quæ in uentriculo portonarium, in utero ceruix ſeu interius oſculum dicitur) claudi adamuſim uidetur, quo tempore familiaria ſibi onera geſtant. Abſoluto uerò opere, utraq; oſtia reſerantur, ut quod intrò elaboratum eſt pellatur. Quin & præcocem cibum, necdum congrua mora excoctum uentriculus non raro, uti fœtum matrix ſæpe ſolet, eijcit, quum ſcilicet quis ſe multis intempeſtiue cibis expleuerit, aut uitio aliquo corruptis, ita, ut hos ferre uentriculi uis non poßit: tumq; excretoria ſuo munere functa, illos aut uomitu, aut feceſſu expellit: ut proportione quadam ſibi hæc mutuo munia reſpondeant.*

Ventriculi ad uterū collatio.

ETENIM qualis eſt per uomitiones in uentriculo expultricis facultatis actio, eiuſmodi etiam per tuſſes, & in pectore eſt, & in pulmonibus: neque enim ullum animal didicit aut nauſeare, aut uomere, aut tuſsire. Quin complura animalia, ac homo quoque, dum à generatione inculpata ſanitate degunt, multo ſubinde tempore, neque uomitionis, neque tuſsis experientiam habuerunt. Quod ſi cauſſa moleſtiam afferens, aut uentriculi oſtium, aut reſpirationis meatum obſederit, protinus animal uel uomitione, uel tuſsi uexabitur: ut enim inter pariendum uterus, ita inter uomendum uentriculus mouetur. In tuſsi uerò alia ratio eſt: non poſſunt enim pulmones tam uehementi concitari motu, ut explodant id quod moleſtum eſt. Proinde inuenit natura auxilium, ab eximia quadam ſapiētia profectum. Inſpiratio enim per aſperas arterias externo aëre, quum ipſæ ſint cartilagineæ,

tilagineæ, ac duræ, neque contrahi posſint circa id quod in ipſis continetur, faberrimè machinata eſt uehementem hanc ſpiritus ad exteriora motionem, quam tuſsim nominant. Atq; huius generis eſt ſternutamentum quoq;, expellendo ea quæ in naribus retenta fuerũt, quæ & ipſæ, ut reſpirationis meatus eſſent, à natura inuẽtæ ſunt. Nam ſpiritus uehementer admodum motus meatus ipſorũ expurgat, tibicinũ exemplo, tibias, fiſtulasq; purgantium. Igitur quæ ſit mouendi ratio, ut hoc fiat, in ſequẽtibus dilucide indicabimus. Aggrediamur uerò id, quod uſum aliquem, ad ea quæ nobis propoſita ſunt, conferre poſsit, nempe quòd huiuſmodi motus, naturę ſunt opera: annumerantur tamen ſymptomatis præter naturam, ob cauſſas naturam ad huiuſmodi motus cogentes. Porrò in inteſtinis, utero, uesica (ſiue ſecundum naturam, ſiue præter naturam, quid expellatur) expultricis facultatis motus ſimiles eſſe uidentur: quamobrem ſymptomata non ita manifeſte diſtingui poſſunt. Atqui ea, quæ per tineſmos, dyſenterias, & leuitates inteſtinorum, itidem quæ per urinæ tum ſtillicidium, tum fluorem, excernuntur, ſymptomatis adnumeranda ſunt. Quibus, ſi diligenter rem examinaueris, addes & flatum ſtrepentem, & ſtridorem, & ructum, & murmurillum, atque alia huiuſmodi: de quibus poſtea dicemus.

Tuſsis. Cap. 9. lib. 4. Sternutamẽtum.

Cap. 7. lib. 4. Coa. aphorism.

POTENTIAM *quandam cuiq; animalium parti eſſe à natura datam, qua quod nocuum eſt pellant, quum hic appoſitis exemplis, tum in de Facultatibus naturalibus libris eſt abunde monſtratum. Nam uti uẽtriculo, uteroq;, inſita eſt uis qua ſuperflua pellant (qua inquam ratione ad uomitiones uentriculus, ad menſes purgandos uterus mouetur) ſic ſanè pulmonibus, & pectori perſimilis quædam eſt conceſſa facultas. Eoq; quemadmodum uomitiones is in uentriculo motus, ſic in pulmonibus, idem tuſſes excitat, ſed diſsimili tamen modo. Nam uentriculus, uterusq; ad ſua pellenda onera, ualido motu utuntur, ita, ut internæ eorum, & quæ ad imum attinent partes, planè inuertantur, & ad ſumma deflectant. Sic certe uterus fœtum, molam'ue eiecturus, operari cõſueuit, ore nimirum ipſius ualde diducto, fundoq; unà ad os deſcendente, ſuppetias etiam ferentibus partibus his, quæ laterales totius inſtrumenti dicuntur: ad quem etiam modum uentriculus per uomitiones mouetur. Pulmones uerò, quoniam uehementi motu explodere nequeunt quod moleſtat, ſubſidium quoddam ei rei quàm commodiſſimum natura machinata eſt, nempe uehementem quandam ſpiritus cum impetu eiecti foras pulſionem, quam tuſsim nominamus: quo ſanè motu ceu fulcimento quodam adiuti pulmones, noxia pellunt. Atq; his tantum motibus animans tum*

Vide Ariſto. 7. de natur. anim. cap. 9. & Gal. 3. de facul. nat.

Tuſsis.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 275 sur 428

uti ſolet, quum cauſſa quæpiam moleſtiam intulerit. Qua etiam ratione ad ſternutamentum mouetur, quum ſcilicet quod in naribus impactum eſt (reſpirationis utiq; meatibus, quæ ſemper libera eſſe oportet) foras ab irruente ſpiritu pellitur, ualidè quidē agitante, meatuq; expurgante. Hæc uerò omnia naturæ quidem opera iure dici debent, quòd facultatum naturalium adminiculo fiant: ſed ob id pathematis præter naturam adnumerantur, quòd cauſſam intus læſiuam functionum habeant, facultatem ad hos motus cogentem. Itaq; quæ in tineſmo, id eſt, deſidendi immodica cupiditate, & dyſenteria, & leuitate inteſtinorum, & urinæ ſtillicidio (Græci στραγγουριαν nominant) & quæ in urinæ fluore (quam & ipſam διαβητην uocant) quæ in quam per hæc pathemata excernuntur, morboſa iure cenſentur, noxamq; homini inferentia, uti etiā & quæ per ſtrepentem flatum, hoc eſt, ſpiritum infrà per ſedem cum ſono eiectum, & ructum, & murmurillum emittuntur: Sunt enim cuncta in genere eorum quæ præter naturam. Ructum porrò, ſpiritū ſupernè emiſſum, Murmurillum, ſpiritum intrò fluctuantem nec emiſſum, dici omnes uolunt. Sed de his ſeq. lib. latius.

Strepens flatus.
Ructus.
Murmurillum.

CAPVT IIII.

PORRO quòd ad uentriculum pertineat uomitus, manifeſtiſsimum eſt: quanquam nonnulli eum, non naturæ opus, ſed ſymptoma eſſe dixerunt. Si uero tuſſes, ſternutamentaq; ſpectes, manifeſtius erit hîc quoque tuſsis negotium. Sed ſternutamenta non ſimiliter uidentur eſſe præter naturam, at reuera & hæc, & tuſses, & uomitiones, & alui fluores, & quicquid huiuſmodi fuerit, ad illud ſymptomatum genus referri debent, in quibus cauſſa præter naturam, ad huiuſmodi functiones ſubeundas, naturam irritat. Sed neque eadem in omnibus eſt huius motionis ſpecies, neq; ab eadem prodit facultate. Nam quæ ab utero, uel inteſtinis, aut uentriculo, aut ueſica excernuntur, ea à partibus circundantur, quæ quicquid in ipſis continetur, explodunt, haud aliter quàm manus, quum exprimere quidpiam conantur: facultas autem hunc motum efficiens, ex naturalium numero una eſt. Quum uerò in aſperis arteriſs corpuſculum aliquod continetur, ipſæ, ut potè duræ & cartilagineæ, circa id quod infeſtat, contrahi non poſſunt. Proinde natura uehementer mouendo ſpiritum ad exteriora tuſsim mouet. Hanc eadem efficiunt inſtrumenta, quibus uehementes perficiuntur reſpirationes, quas exufflationes nominamus. ut tuſsis nihil aliud ſit, quàm uehementiſsima efflatio, qua plurimus ſpiritus celerrime foras erumpens, impetu ſuo extrahit, explodítq; excrementa, meatum ipſius obſtruentia: adeò ut ſi prima expiratio non poſsit ea quæ moleſta

Exufflatio.

Cap. 7. libr. 5. Loc. affect.

moleſta ſunt, excutere, non grauetur, & iterum, & tertiò, in ipſa irruere: atq; magna ex parte ſortitur effectũ, præſertim ſi & ſpiritus impetuoſe feratur, & ea quæ obſtruunt, facile poſsint expelli. Sunt ad hoc idonea, quorum neq; aquoſa, neq; lenta ſit eſſentia. Nam aquoſa ob tenuitatem diſſecatur potius à ſpiritu, quàm ultra feratur: lenta uero adeò inhæret arteriæ, ut ab ea ſolui uix poſsit. Igitur ſpiritus, ſi quando cum huiuſmodi pugnauerit humoribus, ſæpenumero magna uiolẽtia in ipſos irruit. Atq; uehementiſsimæ tuſſes, & quæ ualidiſsimis uiribus indigent, ab huiuſmodi cauſsis oriuntur: magisq; euellunt humores, qui in arterijs contenti difficulter ſoluuntur, eijciunturq;.

H O C *capite ſymptomatum eorum omnium ratio redditur, quæ cauſſam præter naturam habent, facultatem ad excretionem irritantem, oſtenſa cuiuſuis horum natura, & quo perficiantur motu, & cuius facultatis adminiculo fiant, non neglecta interim ſingulorum à ſingulis differentia.* Ea *porrò ſymptomata ſunt, tuſsis, ſternutamentum, uomitus, alui fluor, & eius generis cætera, de quibus hoc loco tractatur. Sunt nempe ex eo ſymptomatum genere uniuerſa, in quibus morbifica cauſſa expultricem potentiã ad excretionem proritat. Tuſsim namq; uel lentus, craſſusq; humor, uel tenuis & aquoſus, uel ſiccitas multa, uel aliud quippiam pulmonibus negotium faciens irritat. Sic & ſternutamẽta, acre quodpiam excrementum, uel craſſum & obſtruens, mouere ſolet, nares q; ad excretionem ualido motu tentare: uomitum etiam, uel mordax bilis, uel pituita craſſa, uel cibi multi, aut in uentriculo uitiati, aut quippiam tale, ciere conſueuerunt, ſicuti etiam uentris fluxum, quum ad ima huiuſmodi deſcenderint. Verum in his omnibus nec eadem eſt motionis, qua utuntur ſpecies, nec ab eadem omnino facultate cuncta perficiuntur. Siquidem quæ ab utero, inteſtinis, uentriculo, ueſicaq; expelluntur, longe diſsimili ratione ab ijs quæ in pectore, pulmonibusq; continentur excerni uidemus, quòd ea à partibus membri ueluti comprehenſa foras explodi contingat, hanc utique exploſionem iuuantibus circunſtantibus partibus, quæ inſtar manus, contentum excrementum quaſi comprimunt, eoq; compreſſu foras pellunt: uti in dyſenterijs, tineſmis, uomitibus uidere licet. Exploduntur uero facultatis expultricis opera quæ ex naturalium numero una eſt. In pulmonibus uero, & pectore (ſi quid ex ijs educendum ſit) longe diſpar eſt ratio. Quum enim in aſperis arterijs excrementum quodpiam conſtiterit, quod pelli foras oporteat, ipſaq; (utpote duræ, & ad colligendum ſeſe ineptiſsimæ) minime contrahi poſsint, eò certe factum eſt, ut ualido quodam motu natura id perficere excogitarit: quem & ipſum tuſsim nuncupari uolunt. Quæ ſanè nihil eſt aliud, quàm uehementiſsima quædam ſpiritus efflatio, qua uiolento ductu, ſeu potius tractu, plurimus celerrime foras erumpens ſecum impetu ſuo explodit excrementa reſpirationis meatum obſtruentia. Quæ &*

Tuſsis cauſſæ.

Sternutamenti cauſſæ.

Vomitus cauſſæ.

Tuſsis.

Difficilis tuſsis cauſſa.

ipſa ſi uel nimium tenuia, uel craſſa & uehementer impacta fuerint, uehementiſſimos item excitant motus, à quibus ualidæ difficilesq; tuſſes oriuntur. Tenuem namq; & fluxibilem humorem ſpiritus intercludens, prorſuſq; diuidens, in pulmones eliſum remeare facit: craſſum uero, & lentum, utpote uehementer impactum, attollere nequit. Quæ quum non niſi ſumma ui, ualidoq; impulſu perfici poſſint, eoq; à uoluntatis imperio procedente (muſculis ſcilicet pectoris, & uentris hanc functionem haud parum iuuantibus) tuſſes difficiles tum maxime naſci oportet. Atq; hinc liquidò conſtat facultatem hanc quæ motum hunc operetur, ad animam, non ad naturam pertinere, ut quæ muſculorum adminiculo functionem ſuam obeat: qua ratione animalis dici ſecundum Galenum meretur.

Gal. lib. de Motu muſculorum.

IAM ſternutamenta ualidiorem quàm tuſsis habent ſpiritus impetum, ſed aliam habent generationis ſuæ cauſſam, quippe non ob ea quæ aſperis arterijs, ſed naribus moleſta ſunt, ſpiritus uiolenter emittitur: cum quo ex prioribus quoq; cerebri uentriculis, non nihil emitti ſolet. Proinde tuſsis capiti nihil conducit, ſternutamẽta uerò, niſi ob diſtillationem euenerint, haud mediocre præſidium afferũt capiti uaporibus oppleto. Neq; mirum uideri debet, ſpiritum unico impetu, & ex pulmone, & ex capite mitti. Etenim in tractatu de Muſculis indicauimus, cerebrũ thoraci principium motionis tranſmittere: à thorace uerò diſtingui, cõtrahiq; pulmones. Quum igitur inſurgit, ut ea quæ nares infeſtant expellat, utroq; utitur expirationis meatu: altero quidẽ, quem ipſum per ſe fecit: altero uerò neruis, ueluti longis quibuſdam manibus, in thoracem demiſsis. per hos enim illũ contrahit: per oſſa uero quæ à percolãdi officio Ethmoidea uocantur, ipſum uaporantem emittit ſpiritũ. Atq; hæc ſunt facultatis à uoluntatis imperio pendẽtis, ſymptomata. uomitus uerò, quanquam illis proportione quadam reſpondeat, ad naturalem refertur facultatem: ut uomitũ autem nauſea, ita tuſsim ſcreatio præcedit. Atq; ut nonnulli nauſea affecti, non uomuerũt, ita ſcreantibus quibuſdam, non ſequuta eſt tuſsis, idq; ob cauſſæ exiguitatem. Nam interdum ob pauxillam gutturis aſperitatem, interdũ ob tenuem quendam, ac omnino paucũ humorem, ſcreatio excitatur. Quicquid enim ſpiritum interceperit, id ſemper tuſsi reijcere oportet, ſiue id humor fuerit à capite defluẽs, ut in deſtillationibus, ſiue aliquid in aſperis arterijs coaceruatum, ut in peripneumonia, pleuritide, & in conuexarum iocinoris partiũ phlegmone,

Sternutamenta capiti præſidium afferre.

Ethmoidea oſſa.

gmone,aut in gutturis ipſius aſperitatibus.Præterea deſtil-
lationibus à capite deriuatis, proportione reſpondent, ea
quæ inter bibendum, aut edendũ gutturi illabuntur. Eſt &
aliud tuſsis genus quod ad inſtrumentorũ reſpirationi ſer-
uientium intemperiem refertur. Id in primis conſideraue-
runt uiri ex Pneumatica ſecta probatiſsimi, è quorũ nume-
ro, Athenæus quoq; cẽſetur. Verum qua neceſsitate intem-
peries tuſsim excitet, aliqui eorũ ne uno quidẽ uerbo dice-
re aggreſsi ſunt, alij offendere ſeipſum aiunt ſpiritũ, alij ob-
ſcurioribus etiamnum uerbis garriẽtes, aliquid ſeſe dixiſſe
arbitrantur. ob id tamen haudquaquam reprehendendi ſunt
uiri huius rei cauſſam ignorantes, quin potius laudandi uí-
dentur, ut qui ſuo ipſorum ſtudio dignam inuenerint quæ-
ſtionem. Igitur id genus tuſsis fit refrigeratis reſpirationis
inſtrumentis. Sed ita affecti, nihil inter tuſsiendũ expuunt:
neq; uiolenta tuſsis, neque coacta, ſed adeò exigua eſt, ut &
ſupprimi, & ne eueniat, prohiberi poſsit, idq; uel in totum,
uel magna ex parte. Atqui uehemẽtem tuſsim, ſpiritus de-
tentus non uincit. Iam quæ res ſit ſpiritus detentio, in alijs
ſubinde libris indicauimus. Neq; ſolum pro tempore, & de
repente, ſpiritus retentus, tuſsim ab intemperie pendentem
fieri prohibet, uerum etiam (niſi magna admodum fuerit)
eam curare poteſt. Augetur enim in inſtrumentis reſpira-
tionis calor, ob cohibitam reſpirationẽ: ſpiritusq; ſub tho-
race uiolenter oppreſſus, in omnes arctos meatus penetrat.
Atq; hæc utraq;, dum fiunt, leuigant omnia, & ad tempera-
menti æquabilitatem perducunt.

*Tuſsis ab in-
temperie.*

Lib. 3. ſanitat. tuend.

QVOD *facit tuſsis pulmonibus, pectoriq;, hoc ſternutamentum naribus, & cerebro. Nam ut tuſsi, illa uitio leuantur, ſic ſternutamentis nares cerebrumq;. Sed aliam tamen ſternutamenta ſuæ generationis cauſſam habent, nempe eam quæ naribus moleſtiam aliquam intulerit, uti tuſsis eam quæ pulmonibus negotium fecerit: ualidioreq; facultas per ſternutationes, quàm tuſſes utitur motu, quòd anguſtior ſit meatus quo foras expelli excrementum debet. Vnde ob impetus uim, non ea tantum quæ naribus moleſta ſunt, ſed ea etiam quæ ſecundum primos cerebri uentres redundant, expelli ſolent, eoq; ſternutamenta (quæ modo non à deſtillationibus proueniant) cerebrum, caputq; mire iuuant, uapores utiq; diſcutiendo, obſtructionemq; eximendo. Ac ne caput quidem ſolum iuuare, ſed & uterum multis hisq; prauis affectibus tentatum, leuare ſæpe ſolent, quum & ſecundas ex eo pellant, & ad demortuum excernendum fœtum maxime cogant, ſi modo Hippocrati fides habenda, atq; Gal. Mirum uero nemini ui*

Cerebrum ſternutamentis iuuari.
Vterum ſternutamẽtis iuuari. Hippo. & Gal. 5. Aphoriſ. textu. 49.

©BIUM

mini uideri debet, eodem ſpiritus tractu caput quidem per ſternutamenta, per tuſſes pulmonem, pectusq; purgari. Nam quum cerebrum thoraci ſpiritum animalem neruorum adminiculo mittat, thorax uero motus pulmones exagitet, eò fit, ut ſpiritu ualide agitante, & nares, & pulmones ipſi ab eo quod lædit expurgentur, uti lib. de Muſculorum motu latius habetur, & hic rurſus cõpendio explicat Galenus. Quæ autẽ tuſsim excitent, & quibus in morbis per tuſſes noxia pellantur, planum ſuo cõtextu Galenus hic facit. Tria uerò eſſe tuſsis genera quæ hîc enumerantur, illuc certe à nobis prætermittendum non eſt, Vnum quidem, quum ab internorum affectibus (eorum præſertim quæ reſpirationi ſeruiunt) ſpiritus intercipitur, cuius occaſione tuſsis neceſſariò excitatur, uti in pleuritide, peripneumonia, iecoris inflammatione, quæ ſecundum illius gibbam conſiſtit, euenire uidemus: Alterum, quum deſtillatione nocens humor a capite in aſperas arterias labitur: tum enim ad tuſsim prorumpi animal eſt neceſſe, quò quæ obſtruunt eximantur: Tertium, quum ob intemperiem inſtrumẽtorum reſpirationi ſeruientium idem excitatur pathema: quod maxime fit refrigeratione ijs partibus accedente. Nam frigida (ſi quid Hippocrati credimus) pectori ſunt inimica, tuſses mouentia, & deſtillationes. Verum qui nuda qualitate afficiuntur, hoc eſt ſola frigiditate, nullo comitante humore, ij & pauca excreant, & modicè tuſsiunt, quod non multam lædens cauſſa inferat noxam. Ea autem tuſsis ita curationi cedit, ut ſola ſæpe ſpiritus contentione ſanari poſsit, calfactis utiq; abunde ſpirationis inſtrumentis, abactáq; frigida intemperie, noxam, tuſsimq; inferente.

Tuſsis tria genera.

Hipp. 5. Aphor. textu 24.

SED cur per inæquales intemperies tuſsis excitetur (id enim dicebam non ſatis à Pneumaticis Medicis explicatũ) equidem explicare tẽtabo, à rei ipſius eſſentia ſumpto exordio: ita enim decet eos, qui cum demonſtratione quidpiam dicturi ſunt. Igitur intemperies interdum ſimplici qualitate conſtat, quum corpora uel calidiora, uel frigidiora, uel aridiora, uel humidiora fuerint, aut per coniugationem quandam ita afficiuntur. Interdum præter huiuſmodi qualitates diſpergitur in ipſis, ueluti ros, id quod intemperatum eſt. Quòd æqualis autẽ intemperies nullo penitus dolore cruciet, & per hecticas febres declaratur, & per complures frigidos affectus, ubi æqualiter particulas quaſdam occupant: quippe huiuſmodi intemperies cuilibet ita affecto, fit ueluti acquiſiticia quædam natura. At nullũ corpus à ſua ipſius natura infeſtatur. Nam (ut Hippocrates ait) ij quorum natura mutatur, corrũpiturq;, dolore afficiuntur, non quorum iam mutata, aut corrupta eſt. Tunc enim corpora dolent, quum & mutantur, & à ſua natura recedunt, quemadmodum ſuperiore quoq; libro demonſtratum eſt.

A rei eſſẽtia ſumendũ exordium.

Intemperies ſimplex, & cum ſubſtantiæ affluxu.

Quãdo corpora doleãt.

Inæqualis

INAEQVALIS intemperies quid ſit, libro ad id dicato exacte docuit Galenus. Eſt autem ea quæ non omnibus ex æquo intemperati corporis partibus ineſt. Nam quæ æqualiter totum corpus in ſuam ipſius naturam deduxit, ea iam æqualis dici meruit. Cur uero per inæquales has intemperaturas tuſsis excitetur, id cum primis cognitu, & animaduerſione dignißimũ eſſe puto. Quod explicare ingreſſus Galenus, ab rei propoſitæ natura dicẽdi initiũ ſumit: quòd ita decere eos arbitratur, qui demonſtratiua methodo rei cuiuſpiam rationem, naturamq; ſunt explicaturi: & meritò quidem. Nam quum demonſtratio omnis ex neceſſarijs conſtet, planeq; ex ijs quæ rei quam demonſtramus neceſſario inſunt (ut ſummus Philoſophorũ Ariſtoteles cenſuit) à rei omnino eſſentia quippiam demonſtrare uolentibus auſpicari oportere conſequens quidem eſt. ſi enim hominem animal eſſe demonſtrare propoſuero, ab animalis natura demonſtrationis initium ſumam: hoc pacto, Omne ſenſu præditum animal eſt homo ſenſu præditus, igitur homo animal eſt: quod ad demonſtrandum aſſumptum erat. Qua in ratiocinatione liquido conſtat, demonſtrationis initium ab eo ſumptum eſſe, quod rei demonſtrãdæ per ſe, & neceſſario inerat, nempe ab eo, quod eſt, ſenſu præditum eſſe, quæ animalis propria eſt eſſentia: quum definiatur animal eſſe ſubſtantia quædam ſenſu prædita. uerißimum igitur erit à rei eſſentia perpetuò inchoandum eſſe ijs, qui cum demonſtratione quippiam ſunt dicturi. Quòd & hic facit conſultò Galenus, demonſtrans inæquales intemperies ob id tuſsim excitare, quòd moleſtiæ ſenſum quibus inciderint corporibus inferant, ob idq; mutare, alterare, & corrumpere etiam poßint: quæ propria, & uera eſt inæqualis intemperaturæ eſſentia, ſcilicet dolorem moleſtiamq; inferre, uti ex Hippocrate lib. de Hominis natura, & Galeno in libro de inæquali intemperatura probari apertißime poteſt. inæqualis igitur intemperies, alia nuda, & ſimplici qualitate conſtat (quam Neoterici immaterialem nuncupant) alia, præter qualitatem qua afficit, confluentem habet humorem, ob idq; materialem dici uoluerũt. Omnis uero talis, corpus afficit, & in ſuam ipſius naturam alterando immutat. proinde quum hæc nondum corpori familiaris facta ſit, ſed quà immutat contraria, fit omnino, ut & dolorem, & tuſſes excitet, idq; præſertim, ſi reſpirationis membra contingat. Nam contraria, & inſueta qualitate affecta membra à ſua ipſorum natura recedunt, inq; contrarium habitum dum mutantur, offenſionem ſentiunt: quum, iuxta Hippocratis ſententiam, ij quorum natura mutatur, corrumpiturq;, id eſt, quorum pars in contrarium ſtatum uerſa eſt, pars adhuc manet, non quorum iam in totum mutatio facta eſt, ij inquam & dolent & afficiuntur. Quæ cauſſa eſt cur per hecticas febres dolor non ſentitur, quòd æqualis iam ſit in toto intemperies introducta, neq; quicquam eſt à quo dolor inferri poßit, quum ita iam toti corpori familiaris ſit facta, ut altera quædam, & conſuetudinaria penè natura reputari merito poßit, omnibus nimirum animantis partibus ad unam qualitatem conuerſis. Nihil autem à ſua ipſius natura pati poſſe, uel à ſeipſo potius, cum ab Hippocrate, tum ab Ariſtotele ipſo exacte monſtratum eſt. Proinde quum alteratione, & affecti corporis immutatione inæqualis intemperies lædat, tantam eſſe eius noxam

Inæqualis intẽperies quid ſit & æqualis.

Arei eſſentia inchoandum.

Ariſtotel. 1. poſteri. cap. 5, 6, 7.

Demonſtrationis initium unde petendum.

Inæqualis intẽperaturæ ratio.

Inæqualis intẽperies quando tuſſim excitet.

Dolorem in hecticis febribus non ſentiri.

Hippocrates lib. de humana natura.
Ariſtoteles 9. metaphy. ca. 1.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 281 sur 428

©BIUM

oportet, quanta fuerit eius in lædendo poteſtas: quæ & ipſa pro intemperaturæ magnitudine, alia atque alia erit. Doloris autem eſſentiam, à propria natura uehementem quendam receſſum eſſe, ſuperiore libro capite 6. monſtratum.

CAPVT V.

IGITVR cum in corpore quopiam ſentiẽdi ui prædito, inæqualis ſuborítur intemperies, quanta fuerit intemperantiæ magnitudo, tanta etiam erit moleſtia. Quo fit ut in acutiſsimis, ualidiſsimisq; febribus, ſolidæ animalis particulæ doleant, dum à calore præter naturam tranſmutantur, alterantúrq;. Quin incipientibus morbis, anteaquam febris appareat, plurimi popularium inæqualitatem quandam ſentiunt nonnunquam per uniuerſam corporis molem. ſed qualis ea ſit, enarrare non poſſunt. Ego uero pro miraculo ducam, ſi quis in his libris uerſatus tantam poſsit iactare felicitatem, ut nunquam fuerit huiuſmodi ſymptomate correptus. Nam in intima uniuerſi corporis mole, rei cuiuſdam à noſtra natura alienæ, ac uelut inſperſæ ſenſus oritur, ut putetur, id quod ſparſum eſt, interim ſubcalidum quidpiam eſſe, interim erodens citra calfactionem, interdum utroq; modo affectum, aut præter hæc, omnes carnes uideantur ſenſim diſtendi: ac omnibus huiuſmodi ſymptomatis laborantes, & inæqualitatem quandam ſentire ſe aiunt, & pandiculantur, omnesq; partes diſtendunt, idq; à naturali quodam impetu, cuiuſmodi nuper diximus omnibus animalis partibus à natura datum, quo ſeruarentur, permanerentq;. Diſtenduntur uero maxime à ſomno experrecti, ut potè uaporantia excrementa in carnibus ſentientes, tum ob congeſti cibi concoctionem, tum ob huiuſmodi motionum quietem. Atq; hoc etiam minimi quoq; puerorum habent, quamuis à nullo præceptore edocti, quippe natura ad huiuſmodi motum excitat animalia, uaporantibus excrementis ſpiracula fabricans.

Inæqualitas.

Q. 18. 79. Lib. 7.

Part. 5. Lib. 6. capit. 2.

QVVM *de inæquali intẽperie proxime ſit locutus Galenus, in eam, quæ de dolore eſt, tractationem, ipſa argumenti affinitate deſcendit, quum ſit nimirum inæqualis ipſa intemperies, ſi uehemẽs ſit, illatiua doloris. Quæ certe cauſſa eſt, quòd per acutiſsimas febres, ſolidæ animalis partes ingenti crucientur dolore, dum ſcilicet à calore præter naturã inſigniter aucto, multumq; à propria languentis natura diſsimili facto, alterãtur, euertũturq; ipſæ. uerũ etſi uehemẽs hæc alteratio dolorẽ parit, inæqualis tamẽ quiſpiã in nobis per morborũ initia ſenſus oritur,*

Cur per acutiſsimas febres doleamus.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 282 sur 428

oritur, qui non dolorẽ quidem ipſe, ſed inexplicabilẽ quandam à naturali ſtatu alterationẽ infert: quam nos inæqualitatẽ, lucidioris doctrinæ gratia, laßitudinẽ, & laborem Hippocratico more recte nuncupabimus. De quo & ipſo labore, ſi ſpontinus ſit, morbos prænuntiare, uerißime ab Hippocrate dictũ eſt. Κόποι αὐτόματοι, φράζουσι νούσους, id eſt, ſpontaneæ laßitudines morbos prænũciant. Inæqualitatem porrò hanc ita quis non ineptè definire poßit, ut eſſe dicat, moleſtæ cuiuſpiam rei in nobis ſenſum, quo à noſtra ipſorum natura auerſos eſſe conijcere poßimus. Nam tum quidpiam in corpore ſentimus à nobis prorſus alienũ, quod tamẽ quale ſit haud quaquã ſatis exprimere poſſumus, interdum namq; ſubcalidum quod moleſtat, nõnunquam acre, & mordens citra calfactionẽ, ſæpe uero etiã caloris, et eroſionis ſenſum percipimus. Nec mirũ uideri debet roſionis ſenſum quandoq; citra calfactionẽ ſentiri: nã etſi quodcũq; rodere poteſt, calidæ ſecundũ plurimũ naturæ ſtatuatur, interdũ tamẽ ab mordentibus quidẽ, ſed non uſq; calidis ſuccis huiuſmodi roſionis ſenſus prouenit, uti ab atra bile, & quodã pituitæ genere, quã Praxagoras uitreã nuncupauit: à quibus ſanè ingens quidã roſionis ſenſus citra calfactionẽ infertur: uti in ſeipſo Galenus, dum præ doloris magnitudine imum ſibi uentrẽ quaſi terebro perforari putaret, experimẽto didicit. Quin & huiuſmodi roſionis ſenſus ijs itidem accidere ſolet, idq; citra calfactionẽ, qui per niuoſa, & frigoribus obſita loca diu ambulauerũt. Frigidum namq;, uti & calidũ mordax etiam eſſe ſolet, ſi modo Hippocrati atq; Galeno fides habenda. Hoc uero omnes quã huiuſmodi pathematis prehendũtur, confiteri ſolent, inæqualitatẽ ſe quandam ſentire, ob idq; facultatis expultricis impetu, naturali quodã motu ad hæc expellenda, quæ corpori moleſtiã inferũt, inſurgentis, & pandiculantur, & partes omnes diſtendant, præcipuè uero à ſomno: quòd contractus per ſomnos in uiſcera calor, redundantia intus excrementa ad muſculos regerat. Vnde multã in ijs talium excremẽtorũ per id tempus copiam aceruari conſequens quidem eſt, uaporoſo utiq; ex reſiduo alimenti in eas partes translato. Quo fit, ut experrecti plenitudinem ſentientes, eam à ſe excutere pandiculatione contendant: & quo maior hæc fuerit excrementorum in carnoſis partibus congeſtio, eò ualidiorẽ excitari pandiculationẽ oportere, uero ſimillimũ certe eſt. Cuius occaſione fit, ut in pueris, qui & natiuo calore, & facultatũ naturaliũ præſtantia pollent, multa à ſomno contingat pandiculatio, quòd & excrementis abundent, & facultas in eis expultrix ualida ſit. Non ſolum autem pandiculatio in recte ualentibus, ſed & in laßitudinum aliquibus accidere conſueuit, nimirum in tenſiua & ulceroſa, quòd ſic affecti excrementorum molem, euaporantemq; ſpiritum multum eo motu à ſe abigere tentent. Non ſic omnino in phlegmonoſa, quòd altius iam deſcẽderit noxius humor, quòdq; craſſior ſit, quàm ut pandiculatione excerni poßit.

Laſsitudo. Labor.

Hippo. 2. aph. textu 5. Inæqualitas.

Gal. 2. de loc. affe.

Hippo. 5. aph. textu 20. & 3. aphor. textu 5. Gal. 4. de ſimpli. facul. cap. 1. & 2. de loc. aff.

Pandiculatiõnẽ à Somno excitari, & cur id fiat.

PORRO huius moleſti ſenſus altera ſpecies eſt in laborioſis affectionibus, ſiue is poſt labores, ſiue ſpõte eueniat. Triplex autem in laſsitudine fit ſenſus: uidetur enim corpus uel fractum, uel contuſum, uel ultro citroq; diſtentũ, aut cum mo-

Lib. 4. ſanitat. tuend. cap. 15. Lib. 2. apho.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 283 sur 428

©BIUM

uetur,plurimis ueluti ulceribus cõſperſum.Igitur quũ tendi uidetur corporis moles,idq; citra exercitationẽ,affectus huiuſmodi nominatur laſsitudo tentionis ſpõtanea:euenit autẽ potiſsimũ ob multitudinẽ cõtinentes partes diſtendentẽ,ut ab ipſis cõtineri nõ poſsit. Quũ uero ulcerũ ſenſus per corpus trãſcurrere uidetur,id uero motis accidit magis,q; quieſcentibus,niſi admodũ magna fuerit laſsitudo : ac putant ita affecti ſe pungi perinde,ac ſi cõplures ſint ipſis acus infixæ: nam à rodente humore hoc ſymptoma naſcitur. Per tertium uero laſsitudinis genus,quo aiunt oſsiũ ſe fatigatione detineri,ne minimũ quidem motũ laborantes tolerare poſſunt, manifeſtusq; in ipſis eſt caloris ſenſus,neq; non mordicationis,tentionisq; : quippe magna uitiatorũ humorũ copia per totum animalis corpus tranſmittitur.ſed ita affectorũ nullus pandiculari tentat:nam omnẽ motũ formidant.Per reliquas duas laſsitudines , quarũ alterã Vlceroſam, alterã Intentricẽ uocare conſueuerũt , huiuſmodi quoq; motus fieri uidetur, quum uel exiguæ omnino fuerint,aut ob excremẽta, flatus, uaporisq; naturã ſeruantia, exortæ. Itaq; ulceroſa laſsitudo, quum maior fuerit,ipſa quoq; quominus moueantur laborantes,prohibet. uerũ perinde quaſi ab ulcere corpus,& dolore afficietur,& horret,ac proxime accidit (ſi hoc ſymptoma increuerit) ad horroris affectum : quippe per hunc horrent laborantes,priuſquam moueantur.

Lib. 4. Sanatur.

VNIVERSAM de laßitudinum differentijs narrationem ingreßus,ea quàm poteſt exactißime de integro retexit Galenus, quæ aliàs ab ipſomet tradita ſunt,nempe libris de Sani.tu.& Lib.de plenitudine,& 2. Aphoriſ.com.5.pluriesq; alibi,omnium nunc laßitudinũ enarrata natura,cauſsis,indicijs,ac curatione.Triplicẽ igitur in laßitudinibus fieri in nobis ſenſum deprehẽdimus,nempe uel tentionis,uel confractionis,uel deniq; ulceris , ut citatis locis apertißime Galenus.Tẽtionis ſenſum tẽſiua facit,cõfractionis phlegmonoſa,ulceris, ea quæ ab ipſo denominationẽ ſumit:quæ potißimæ ſunt laßitudinũ differẽtiæ .tenſiua uero copioſam perpetuò humorum in corpore molem indicat:aliter enim niſi à multitudine,tendi mẽbra nõ poſſe uidẽtur , præſertim recte adhuc ualente corpore.Nam ſi adhuc functionibus obeundis ualeat,& diſtentione prematur,humorũ multitudinis certũ haberi indicium debet.ſic enim lib.de plenitudine Galenus,Plenitudinis,inquit, indicia ſunt, uaſorum diſtentio,tum rubor , totiusq; corporis grauitas,poſtremo mouendis atq; extendendis membris pigritia.Hanc porrò efficiunt ocioſa uitæ prioris ratio,ex liberaliore cibo,potuq;,tum & conſuetarum excretionum retentione nata. Ea uero quæ confractionis,fatigationiſq;

Plenitudinis indicia.

nisq; cuiusdam sensum facit, maius iam malũ, præsensq; quoddam febricitationis periculum portendit: quòd non iusto copiosiores tantum, sed & calidiores iam facti sint succi, cuius occasione calfieri musculos, nedum attolli, in sic affectis uidemus: uti pulchrè Galenus 3. de San. tu. comprobat. Quamobrem quum & multi, & ualde calidi succi in uniuersum iam corporis habitum sint diffusi, nec effluxus præ humorum copia, & meatuum obstructione pateat, ingens à putredine subest metus. Vnde properè superflui redundantiam in his uacuatione auferre oportet, ne in id quod maxime metuimus, incidant: id uero sanguinis missione perquàm commode facimus: quæ docta Galeni, Aëtij, Pauli in ea re est sententia. Vlcerosa, punctionem quasi quandam motis, non item quiescentibus affert: estq; perpetuò uitiosi (ut ait Galenus) humoris soboles, acrium nimirum, & biliosorum succorum copiam indicans. Curatur uero biliosorum uacuatione medicamento facta, uti 4. de San. tu. à Galeno methodus traditur exacta.

Gal. ubi supra. Actius lib. 4. Paulus lib. 3. cap. 10.

AC quẽadmodum quum ulcerosus sit sensus, horrent ubi moueẽtur, magisq; si ualidior fuerit motus, ita horroris affectus, ubi motus accesserit, rigorem inducit. Atqui hæc omnia a mordacibus oriuntur excrementis. Differunt uero inter se, tum excrementorum multitudine, tum motu, tum etiã, quòd alia magis, alia minus erodunt: Præterea, quòd laborantium corporum, alia suapte natura nõ ita facile afficiũtur, alia sunt imbecilla, alia facile sentiunt, alia hebetiori sunt sensu. Corpus enim quod & facile sentit, & imbecillum est, à caussa perquam exigua molestiam percipit: robustum autem, & quod hebetiori præditum est, nisi magna fuerit caussa, ab huiusmodi symptomate non infestatur. At fortasse non in ijs modo, uerumetiam in eo, quòd caussa uel mouetur, uel non mouetur, aut ubi mouetur, in eo quòd uel citius, uel tardius moue tur, plurima deprehenditur in symptomatis differentia. Ac mihi quidem ita uidetur. Præterea in eo quòd idem homo, dum quiescit, solam interdum inæqualitatem sentit: dum mouetur, horrorem: dum uero exercitatur, rigorem. Quamobrem sic affectis consulunt Medici, ipsa experientia docti, ut ab omni motu sese abstineant.

QVI *ulcerosa laßitudine tenentur, horrent si moueantur, quòd paratam habeant horroris caußam, nempe acrium humorum copiam. Sed horrent ipsi quidem, ubi exiguus, nec cum impetu, factus fuerit motus.* Qui *si uehementior fiat, plusculum utiq; agitatis calidis succis, eoq; motu acutioribus redditis, rigorem certe in sic affectis pariet. Rigoris nempe horrorisq; eadem quadãtenus est caussa, acriũ nimirum excrementorum per membra concitatior motus, uti 2. de Crisib. & 2. itẽ de diff. feb. plenè traditur. Sed eò ambo ij motus differunt, quòd horror rigore*

Rigoris & horroris caussa, & quo differant.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 285 sur 428

©BIUM

mitior ſit: quæ horrorem parit cauſſa, ea item & mitior, in rigore uehementiora omnia. Quin & ex uaria laborantium natura fit, ut alij aliàs magis his pathematis infeſtentur: quod belliſſime ſuo contextu nos docet Galenus. Sed & huius diſſimilitudinis aliam etiam docti afferunt rationem, nempe cauſſam ipſam pro ſui uario motu cito tardo'ue, uehemẽti, aut remiſſo, pro ipſius copia, aut paucitate, pro tenuitate demum, uel craſſitie plurimam in præfatis ſymptomatis facere diuerſitatem. Proinde quieſcente ſic affecto corpore, inæqualitas primum, commoto horror, exercitato autem rigor ſentitur. Symptomatum porrò horum curatio, acrium eſt humorũ uacuatio, moderataq; quies. Nam his auxilijs excrementorum acrium per ſentientia membra impetus coercetur, & acrimonia retunditur, & labor, defatigatioq; ijs ſymptomatis perpetuo comes, leuatur.

Viceroſæ laſſitudinis curatio.

SIC etiam ex ijs, qui cruditatibus abundabãt, nouimus quoſdam, dum quieſcerẽt, nihil perpeti: dum uero uel balneis, uel ſoli ſe exponerent, horrere: idq; multo magis, ſi exercitarentur. Nam & ſol, & balneum, & exercitatio, ad motum excitãt excrementa, alioqui quieſcentia, quemadmodum & ex animi affectibus ira.

Gale. 4. de ſanitu. & 7. metho.

QVI *cruditatibus abundant, quieſcentes nihil quidem patiuntur, quòd quiete crudi humores concoqui, non irritari ſoleant: quæ docta Galeni eſt ſententia: uerum ijdem ſi moueantur, uel balneo, ſoli'ue ſe exponant, protinus horrore tentari ſolent: quòd hæc nempe exercitium, Sol, balneum, excrementa mouere, & irritare ſoleant: exercitium quidem agitando, balneum fundendo, & incoctos ſuccos in uiſcera trahendo, Sol calfaciendo, ſubindeq; noxiam motionem in humoribus promouẽdo: unde ſæpenumero diſtentiones, inflationes, murmurillaq; procreantur. Quod ne fiat, prudenter Celſus his qui crudis abundant, quietem,*

Quæ, excremẽta irritent.

Celſus lib. 1. capi. 2.

ſomnumq;, cruditatis præſidia optima conſuluit. Quamobrem qui non concoxit ex toto, conquieſcere, ac neq; labori ſe, neq; exercitationi, neq; negotio credere debet, ne ſcilicet crudis agitatis ſuccis, & in uiſcera præpropere raptis, obſtructiones, putredinesq; ſequantur.

PORRO à ſeipſis ad motum inſurgunt excrementa, ſi uel calefiant, uel extenuentur, uel in ſpiritum degenerent. Neq; mirum uideri debet, ea minus corpus infeſtare dum quieſcunt, dum uero mouentur, & plurimum lędere, & cõcutiendo, horrorem, rigorem, & febrim inducere. Etenim dura corpuſcula, quæ oculis extrinſecus incidunt, ſi clauſis genis particula quieuerit, aut parum omnino, aut nihil moleſtiæ inferunt: ſi uero moueatur, intolerabili dolore cruciant. Verum citra exemplum ex ipſa rerũ natura facile deprehenditur, cauſſam motam quieſcente eſſe moleſtiorẽ, præſertim quum

per

per ſenſibilia corpora defertur, ueluti nũc nobis propoſitum eſt. Quippe non de ſuccis qui per uenas, aut arterias fluunt, ſermo eſt, ſed de his, qui & in carne, & in uniuerſo corporis habitu continentur. Quum igitur quidpiam per hæc tranſiens, uiolenter fertur ad cutem, in ipſo per carnem cutemq; tranſitu, neceſſe eſt, ut & ſimulet, & pungat, & diuidat, & uulneret eas partes omnes quibus obuium fuerit.

Q VI *per balneum, ſolem, exercitationem, in humoribus excitantur motus, à præincipientibus, externisq; cauſis originem ducunt: qui uero à ſemetipſis in ſe alteratis inſurgunt, corporeis cauſis attribui iure debent. A ſeipſis autem alterãtur, uel ſupramodũ calfactis, quod per febres, & inflammationes uſu uenire ſolet: uel immodicè extenuatis, uti in tabe, phthyſiq;, & ſiccantibus omnino affectibus: uel deniq; in ſpiritũ uerſis, quod in hippocundriaca uocata melancholia, in tympanite, & palpitatione, cæterisq; à flatuoſo ſpiritu prodeuntibus pathematis accidere conſueuit. Ob id uero minorem quieſcẽtia excrementa moleſtiam, mota, maiorem inferre ſolent, quòd motus agitationem, quies doloris carentiam, & leuamen pariat. Cauſſa enim morbifica omnis, mota, quàm quieſcens eſt multò moleſtior, ratione efficaciter id demonſtrante, experimentoq; confirmante. Eſt autem ratio hæc, quòd excrementum omne quieſcens, cõſuetudine quadam familiare membro fieri nititur. Vnde aſſuefactum membrum nullam prorſus ab eo, aut certe quàm minimam moleſtiam percipit: à ſimili namq; (ut Ariſtoteles tradit) nihil patitur. Simile autem quadantenus membro, excrementũ in eo quieſcens per aſſuetudinem efficitur, quum ſit conſuetudo ueluti adſciticia quædam natura, uel Galeni teſtimonio: motum uero & agitatum, in partesq; ſanas impetu latum, illas afficit, & pro ſui ratione in contrarium quendam ſtatum immutat: tumq; non ſanas tantùm partes, ſed & eas quibus per quietem familiare factum erat, fatigatione, & alteratione euertit. Vnde in illis etiam moto excremẽto dolor creatur, natiua ſcilicet mutata tẽperie, uel unitate ſoluta: quod plerunq; uel ab excremẽti copia, uel eroſione, uel mala altera quapiam qualitate fieri cõſueuit: quæ paulò pòſt omnia exemplis appoſitiſſimis confirmabit Galenus.*

Cauſſa morbifica mota quàm quieſcens deterior.

Aris. 1. de generatione, cap. 7.

Gale. 1. de tempera.

Q VOD omnis autem cauſſa mordax, motaq;, ſiue frigidiſſima fuerit, ſiue calidiſſima, animãti & horrorem, & rigorem inducat, in primis ex huiuſmodi argumentis colligere licet. Si ſano corpori aquam feruentem de repente infundas, aut igneas ſcintillas incutias, protinus horridum euadet. Quin adhibito interdum adurente medicamento, quod ulcus excitare poſsit, aliqui in primis quidem horrore, deinde rigore, poſtremo febre afficiuntur. Etenim tertianę febres, ut omniũ maximè bilioſæ calidęq; ſunt, ita præ cæteris maximè horrorem

Lib. 10. meth. cap. 4.

Lib. 1. ad Glauc. cap. 5. et lib. 2. Criſip. cap. 3.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 287 sur 428

rorem efficere poſſunt: & quò fuerint ſyncériores, eò uehementior fit in ipſis rigor. Nam & ardentem febrem, rigor ſuperueniés ſoluit, autore Hippocrate, quòd bilis quę interim in uenis continebatur, à natura per carnes ad cutem critice excutiatur. Igitur motionis ipſius, qua per ſentientia corpora, bilis defertur, rigor, ſimul & ſymptoma eſt, & ſignum. Nam huiuſmodi rigore affecti, poſtea ſudant, ac à febre líberantur, eiecta ipſis bile. Interdum non ad cutem, ſed ad internas partes impetum faciens, uel uomitione, uel alui ſolutione deíjcitur: ſæpenumero & intro, & foras, eadem die defertur, ut ſimul & ſudore, & uomitione, & alui deiectione, bilis uacuetur. Porrò qui rigorem arbitrantur ardenti febri ſalubrem eſſe cauſſam, utpote refrigerãtem, eò quòd contrariorum cõtraria ſunt remedia, íj tota errant uia. Principio ſi hoc uerum eſſet, licebat eis rigorem excitare, ſi laborantem aqua frigida uel aſpergerent, uel perfunderent, aut ſi nudum ad frigidum aërem educerent, aut ſi ipſum in aquæ frigidæ ciſternam demergerent. Atqui ſi ardentem febrim rigor ſolueret ob hoc, quòd contrariam infert affectionem, oporteret poſt rigorem febrim quieſcere. At non ſic ſe habet ueritas: quippe tantum abeſt, ut protinus incidente rigore quieſcat febris, ut poſt rigorem multò appareat uehementior. Quieſcit autẽ, quum uel ægrotans ſudauerit copioſè, uel pallidam bilem uomitione, aut alui ſolutione eiecerit. Etenim conſentaneum eſt, dum maiore impetu mouetur bilis, uehementius febrim accendi. igitur non ſolum frigidas, uerum etiam calidas cauſſas poſſe rigorem parere, iam dictum eſt.

Hippo. 4. de phoriſmorũ. textu 58.

Rigor quandoq; ſignum & ſymptoma.

ACAVSSA *calidiſſima, tum & frigidiſſima horrorem, rigoremq; excitari poſſe, argumentis euidentiſſimis planum facere pergit Galenus.* Nempe *ſi ualenti alioqui corpori aqua feruens, aut igneæ ſcintillæ iniſciantur, horrorem protinus excitari uidemus, interdum etiam rigorem, nonnunquã uero & febrim, pro uaria hominum natura, & temperamento. Nam quibus calidior fuerit natura, rariorq; habitus, ſenſuſq; acrimonia maior, ijs non tantum horror, ſed & rigor, & febris accidere conſueuit. Quibus uero frigidius temperamentum, denſiorq; habitus, & obtuſior fuerit ſenſus, horror quidam eos, rigor uero aut febris nõ ſic facile inuadere ſolet. Quæ cauſſa eſt, cur per tertianas febres, utpotè omnium maxime bilioſas, horror uehementior incidere ſoleat, & ſi exquiſitæ fuerint, rigorem pariãt, uti 2. de Criſibus, & 2. de Febrium diff. exacte probatur. Tertianæ uero nuncupantur à circuitu, & periodo, quemadmodum & quartanæ, & quotidianæ*

Tertianæ unde dictæ.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 288 sur 428

quotidianæ. Nam in tertianis, per tertium quemq; diem, in quotidiana ſingulis quibusq;, in quartana per quartum acceßio recurrere ſolet: quanquã ſat ſciam non ab huiuſmodi periodis in totum febres intermittentes eſſe denominandas, quum interdum bilioſæ febres, non tertio quoq;, ſed ſingulis diebus recurrere ſoleant: & quartanæ item ſi duplices fuerint, non per quartum modò, ſed per medios etiam dies affligere ægrum conſueuere. Verum ſi exactæ ſint, huiuſmodi ſemper circuitum ſeruare ſolẽt, & ab illo denominationem ſumere. Non tamen indicium febrium inde ſumendum: nam qui febrem per paroxyſmum iudicat, ut Auicenna ait, errat in ea. Tertiana igitur omnium calidißima, ſi exquiſita ſit, rigorem infert, quòd & leuis ſit humor, & membra uellicans, & acrimonia pungens, & leuitate impetum faciens: à quibus ſanè cauſsis rigor oriri ſolet. At quæ cum rigore inuadunt febres, intermittentes ſecundum plurimum eſſe ſolẽt, dicente Hippocrate, Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ἀπὸ ἡμέρης ἔῤῥιγα γίνεται, καὶ ἀπὸ ἡμέρης οἱ πυρετοὶ λύονται. Id eſt, Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres ſoluuntur. Verum ad continentium genus pertinet, quæ Græcis καύσωδες, nobis ardens febris dicitur: quæ autore Hippocrate, tum fit, cum uenulæ æſtiuo tempore exiccatæ, acres, & bilioſos ad ſe ſuccos trahunt. Eam autem febrim ſuperueniente rigore ſolui, Hippocrates in hæc uerba teſtatus eſt, Ὑπὸ χυμοῦ ἐχομένῳ ἐπιγενομένου ῥῖγος, λύσις. id eſt, A cauſone habito, rigore ſuperueniente, ſolutio. nec immerito quidem, quòd è uenoſo genere in muſculoſum noxij excrementi permutatio fiat. Ob flauam nanque bilem (ut ait Galenus) per membra ſentientia ueloci motu delatam, rigorem naſci certum eſt: quem ut plurimum (ſi huiuſmodi febribus ſuperueniat) aut uomitus, aut alui fluor, aut copioſus ſudor ſequi conſueuit, atque ab his liberatio, & febris ſolutio. Expurgata utiq; per huiuſmodi excretiones quæ morbum pariebat, cauſſa. Sic de tota re Galenus, quem imitatus Auicenna, recte dixiſſe eſt uiſus, motus naturæ decretorios ſæpe rigore prænunciari: inquit enim, Et quandoq; antecedit criſin rigor. Fiunt autem motus, & excretiones huiuſmodi, ui naturæ, reſeratis utique meatibus, ac tranſpirantibus ſuccis: quo ſe modo febres, acceßionesq; febrium finire (uel Galeni teſtimonio) ſolent. Contingit uerò nonnunquam ut & ſudore, & ſoluta aluo, & uomitu ſimul, bilis per decretorias pulſiones excernatur: quod tum fit, cum redundans humor multus fuerit, expultrixq; potentia ualida. tum enim, qui ſumma corporis circumſtat humor, ſudore ſoluitur, qui uentriculum infeſtat uomitu, qui imum uentrem, deiectione. Hæc autem in ægris haud parum multis fieri uidemus, ijs præſertim, qui in ſalubri uictus ratione uitioſorum humorum copiam collegerint. Vnde per decretorios motus, non unam tantum bilim, ſed & cruda multa, & aquoſos humores, uarijs locis expelli cernimus, idq; præeunte rigore, ſequente excretione, ac poſt eam febris ſolutione. Rigorem autẽ non per ſe quidem, ſed ex accidenti febrim ſanare apertißimis hîc Galen. rationibus docet. Nam febri rigor contraria cauſſa non eſt, à contrario autẽ ſanatio ſemper, quum iuxta Hipp. ſenſa, contrariorum cõtraria perpetuò ſint auxilia. Sed ob id ab Hippoc. ardentem ſanare febrem dictus eſt, quòd ad ipſum excretio omnino aliqua quæ febrem leuet ſubſequi conſueuerit.

Lib. 2. febr. cap. 7.

Cur in tertiana rigor uehementior.

Hipp. 4. aphor. textu 63.

Hipp. 4. de ratione uict. acu. textu 1.

Hipp. 4. aphor. textu 58.

Gal. lib. de rigore. & hoc ipſo loco.

Gale. 5. aphor. comment. 58. Auicen. fen. 2. 4. cap. 3. & 7.

Gal. 9. meth.

Hippoc. lib. de flatibus.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 289 sur 428

©BIUM

CAETERVM quamobrem cauſſas inter ſeſe maxime contrarias, idem ſymptoma ſequatur, deinceps dicendum eſt, ſi rurſus admonuerimus eorum, quæ facultati expultrici moleſta eſſe demonſtrauimus. Non enim ita excernit ea quæ in amplis inſtrumentorum ſpatijs continentur (ueluti iam oſtenſum eſt in uentriculo, utero, utríſque ueſicis, inteſtinis, pulmone, & naribus) ut interim ea, quæ in ipſis corporibus naſcuntur excrementa negligat, ſed ab his quoque excernit id quod redundat, & citra moleſtiam, & tranſpiratione quæ ſenſum lateat: id uerò, ſi à naturali lege animal non aberret. Quòd ſi erodens quidpiam in ipſis cõſtiterit, maxime ſi uehementer moueatur, tum & triſtantur, & ad expellẽdum feſtinant, quocunq; maxime licet modo è membrorum ipſorum corpore quidpiam expellere. Contrahunt itaq;, ac conſtringunt ſeſe partes, mox quælibet impellit eam quam continet excremẽti portionem. Quòd ſi uniuerſas partes ſimul moueri intelligas, totum corpus concuſsione, quaſſatione; uexabitur, qualis apparere ſolet in ijs, qui rigoribus correpti ſunt. concuſsis itaq; muſculis omnibus, neceſſe eſt, opinor, cum ipſis & articulos unà concuti: atque ob huiuſmodi concuſsionem, laborantes, inuiti & diſtenduntur, & incuruantur.

Cap. 3. antea

EXPLICATIONE *certe dignißimum id Galeno uiſum eſt, cur ad contrarias cauſſas, idem pathema ſequatur, uti ad calidam, frigidamq; cauſſam, rigor. Nam quum lege contrariorum fiat, ut contraria quæ ſunt, contrarios item pariant effectus, fieri uix poſſe uidetur, ut à cõtrarijs cauſsis idẽ oriatur pathema. Quem ſcrupum etſi non exacte Galenus hìc dirimat, diluet tamen paulò pòſt, nonnullis prius ad eam rem facientibus, opportunè tractatis, recẽſitiſq; his, quæ de expultrice potentia paulò antè capite* III. *&* IIII. *dicta ſunt, nempe, aliter ea quæ in amplis inſtrumentorum ſpatijs continentur, expelli, aliter ea quæ in ipſa membrorum ſubſtantia hærent. Nam prioris ordinis excrementa, ſenſibili excretione per conuenientia loca uacuari expultricis facultatis beneficio ſolẽt, uomitu ſcilicet, deiectione, urina, menſibus, tuſsi, ſternutamento: per quos ſanè motus quæ in uentriculo, inteſtinis, ueſica, utero, pulmonibus, naribusq; continentur, cõmodè expelluntur. At quæ in ipſa membri ſubſtantia manent, ſi ſanũ animal degat, & naturæ ductu regatur, tranſpiratu ſoluuntur: ſi uerò cõſiſtens excrementum erodens, & calidum fuerit, iam tranſpiratu ſolui non poteſt, ſed naturam contriſtans, moleſtiã parit, & ad expulſionem proritat: tumq; natiuo quodam impetu ad excretionem ſeſe colligentes partes, id à ſe quælibet pellit, quod in ea noxij excremẽti continebatur. Qui ſanè motus ſi uniuerſim ab omnibus corporis partibus fiat, concußionem oriri quandam neceſſe eſt, quæ totum*

corpus

corpus corripiat: quam & ipſam, Rigorem merito appellare ſolemus, quòd qui eo tenentur, diſtendi, & quaſi conuelli uideantur, inſtar eorũ qui frigore nimio occupati rigent. Curuari autẽ ob id ſic affectos uidemus, quòd una cum muſculis concuſſis, concuti quoq; & articulos uideamus: unde & cõtrahi, & curuari corpora eſt neceſſe, neruis utiq;, tendonibuſq; concuſſis. quæ nimirum partes, ut ſunt omnium maxime ad ſentiendã appoſitæ, ita & omnium primæ pathematis huius uim ſentiunt, eo ſcilicet argumento, quòd rigores omnes parte corporis poſteriore, magis quàm anteriore (autore Hippocrate) incipiant. unde quam ea pars tota neruis quàm maximè abundet, atq; ipſa primos rigoris inſultus ſentiat, nempe ad ſentiẽdam frigiditatem, ut uult Galenus, idonea, fit, ut ad neruos bona huius ſymptomatis portio perueniat.

Rigor.

Rigore affecti cur incuruẽtur.

Hipp. 5. aphor. textu 69. Gal. in commẽ. illius aphoriſmi.

SED differunt huiuſmodi motiones à cõuulſione, palpitatione q̃ : in conuulſione quidẽ ſimilis eſt motus, non tamen ab eadẽ perficitur facultate, in palpitatione non eſt ſimilis : uerum, ut antea dictum eſt, attollitur membrũ unà cum diſtincto ab inflante ſpiritu muſculo. In rigore uerò, ut nuper diximus, quælibet pars mouetur, muſculo ſeipſum attollente. Per illarum autem motũ, totus muſculus quaſſatus, concuſſusq;, articulos quibus innectitur, unà ſecũ concutit: huiuſmodi motus, in thoracis quoq; muſculis, per inæquales intemperies deprehẽditur. Quo fit, ut tuſsis, & breuior, & excreationi non abſimilis ſequatur: concutiuntur enim muſculi, ea quę carnibus ipſorum moleſta ſunt, per pulmonum arterias excernere cupientes. Per alias uerò tuſses, ut indicauimus, ipſi uehemẽter pulmonibus incumbunt, ut multam eandemq; confertam efflationem excitẽt. Ac maiore quoq; cum impetu irruunt, affatim ſpiritũ explodentes, cum quidpiam in naribus cõtentum, fuerit expurgandum. Atq; hoc intelligentes nonnulli, indigentes quidem ſputi per thoracem, ac pulmones reiectione, ſed quia imbecilli ſunt facultate, ſternutamẽta ſibi cient, irritatis naribus, ut ob uiolentum motionis impetum expuant ea, quæ antea tuſsiẽdo reiicere haudquaquã poterant. Sed de huiuſmodi tuſsis genere iam antea dictum eſt ſatis. Ea uerò tuſsis, quæ ob intemperiem inſtrumentorum reſpirationis accidit, ad rigoris, horroriſq; genus pertinere uidetur: ſed hoc intereſt, quòd ipſa citius ſentitur, eò quòd reſpirationis inſtrumenta nunquam quieſcunt. Iam enim demonſtratum eſt, huiuſmodi affectus per totum corpus, ex motu maxime deprehẽdi. Igitur ſi ea quæ infeſtãt, ſuapte natura humida fuerint, ob cõcuſsionis, quaſ-

Cap. 2.

Lib. 5. Coac. aph. cap. 2.

Aph. 13. ſect. 6.

Cap. 4.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 291 sur 428

©BIUM

ſationiſq; uiolentiam,per tuſsim, ac rigorẽ ab expultrice facultate impulſa,ultro citroq; feruntur,donec ad cõueniẽtẽ locũ applicuerint,alia quidẽ in ſuperiorẽ, alia in inferiorem uentrem,alia deniq; ad cutem ad exteriora: ita enim ſenſum haudquaquã effugiet ipſorum uacuatio.Si uerò ſolus ſpiritus ſine humiditate, immodicè uel calidus, uel frigidus per corpus tranſeat, is tum horrorẽ excitat, atq; nonnunquã rigorẽ quoq;, eandẽ ob cauſſam. At ita affecti, neq; uomunt, neq; ſudant,neq; per aluum quicquã deijciunt, quod ſenſus notare queat,quòd aërea ſint ea quę expultricẽ facultatẽ irritãt.Ita balnearũ caldariũ, preſertim de repente cõfertimq;, non præcedẽte calfactione ſubeũtes, ilico horreſcimus: neq; non ubi affatim ad frigidũ aërẽ eximus,aut licet nõ affatim, cogamur tamẽ in ipſo diutius immorari:id qd peregrè profectis nonnunq; euenire ſolet. Atqui huiuſmodi rigoris remediũ eſt calfactio,nõ ſudor,nõ uomitus,non alui deiectio. Quũ itaq;(ut dictũ eſt)& frigida,& calida cauſa, rigorẽ excitare poſsit,calidæ quidẽ,ſi aërea fuerit, refrigeratio ſatis efficaciter auxiliatur:ſi uerò humoris ſpeciẽ referat, febris eam neceſſario ſequet: curatur uerò uacuatione.Frigidæ uerò,ſi aërea eſt,remediũ eſt calfactio:ſi uerò ſit humor,interdũ ſola cõcoctio ſufficit,interdũ uacuatio,nõnunq; ambę cõueniũt.

QVANAM *maxime ratione à conuulſione & palpitatione rigor differat, ex utrorũq; natura bellè docet Gal. Conuulſionẽ morbifica ſemper cauſſa,rigorem naturalis potẽtia facit. In palpitatione uerò,motus qui fit,illi qui in rigore efficitur multò eſt diſsimilimus,quũ hic,ſeipſam pars moueat,nullo incluſo ſpiritu, articulosq; ſecũ eodẽ motu cõcutiat : in palpitatione uerò,nec agitata pars ſine inflante ſpiritu mouetur,nec mota ſecũ articulos attollit. Itaq; ſiue utriuſq; motum,ſiue effectricẽ cauſſam contẽpleris,longo à ſe interuallo diſsidere inuenies. Atq; ex hoc itidẽ,quòd tuſsim nunquam palpitatio excitat,ut pote ab naporoſa ſemper ſubſtãtia genita,* Rigor *uerò excitare quãdoq; poteſt. Intẽperatis nanq; per inæquales intemperies thoracis muſculis,& rigorẽ oriri,& tuſsim excitari uidemus,cõcuſsis nimirum ab expultrice facultate muſculis,ut quæ ipſis moleſta ſunt per pulmonũ arterias excernãt. ſed ut nõ magna eſt intẽperies hunc motũ excitans,ita quoq; quæ ex ea naſcitur tuſsis,modica eſt,ac ſecretioni,ut ait Galenus,haud longè diſsimilis. Quæ uerò ab intẽperie humori cõiuncta tuſſes creantur,ut difficiliorẽ uacuatu cauſſam cõtinẽt, ſic & ualidiorẽ poſtulant motũ, nempe multã,cõfertamq; efflationẽ,ipſum quod nocet excremẽtũ unà cum ſpiritu explodentẽ,ut antea cap. IIII. dictũ. Ob id uerò huiuſmodi pathemata quæ thoraci, pulmonibusq; nocent,celerius ſentiuntur,quòd reſpirationis inſtrumẽta perpetuò moueri oporteat, quò caloris in nobis ſymmetriam ſeruent.* Vnde ſi à

Rigor excitare tuſsim quandoq; poteſt.

Reſpirationis inſtrumẽta perpetuo mouẽri oportere.

ſi à cauſſa quapiam uel minima, impediantur, ſtatim quod lædit explodere tentant, ſubindeq; tuſsim excitant. Quippe meatus animæ liberos ſemper eſſe oportet, ne ſi forte ab ſuo ipſorũ munere impediti deficiant, mortem animanti conciſcant. Sic Anacreontem poëtam acino uuæ paſſæ, Fabium Senatorem, uno pilo in lactis hauſtu ſtrangulatos Plinius ſcribit. Ipſe uero ad eundem quoq; modum Plinius, craſsiore caligine obducto ſpiritu, clauſoq; ſtomacho, præfocatus obijt, dum ad Veſuuij montis portentoſam illam igniferamq; nubem contẽplandam (ut erat rerum naturæ acerrimus indagator) propius acceſsiſſet, ut eleganti quadam, ac mire docta de eo conſcripta epiſtola Plinius nepos teſtatur. Igitur ſi humoris ſpeciem referant quæ moleſtiam inferunt, ea quidem excretione ſenſu perceptibili educentur, ſudore nimirum, uomitu, ſeceſſu, ſcreatu. Sudore quidem, ſi extimas corporis occupent partes, & ad cutem ferantur: uomitu, ſi ad uentriculum: ſeceſſu, ſi ad imum uentrem: ſcreatu, ſi ad pectus, pulmonesq; inclinent. At uero ſi aëreum ſit noxium excrementum, ſenſum illius uacuatio effugiet, tranſpiratuq; diſſoluetur, ipſo utiq; in halitum uerſo. Cur uero & in calidam propere deſcendẽtibus, & frigido aëri occurrentibus rigere cõtingat, exacte ab Ariſtotele redditur cauſſa. Nam à calido horror ob id efficitur, quòd frigus externum unà ſeſe colligẽs, introq; admiſſum, ob cõtrarij conſiſtentiam, natiuum calidum deijciat, inſuetoq; motu membris occurrens, horrorem pariat. A' frigido uero naſcitur, interno calore à frigidi occurſu extincto. Nec obſtat, quod abſurdum ſit, contrarias inter ſe cauſſas idem efficere poſſe, ut idem Ariſtoteles tradit: id enim in cauſsis per ſe uerum habet, in ijs uero quæ per accidẽs cauſſæ ſunt, non ſic. A' frigido autem horrorem per ſe quidem fieri, uel autore Ariſtotele, uerum eſt: A' calido, per accidens, quòd ipſum horroris prima non ſit cauſſa, ſed interueniẽs frigus in unum ſeſe colligẽs, & ad profunda corporis permeans. Verum hæc, etſi uerißima ſunt, & ex ſummi Philoſophi officina deprompta, Medicis tamen non plenè ſatisfacere uidentur. Nam Galenus à calida cauſſa maiorem quàm à frigida rigorem naſci affirmat, eoq; dixit in tertianis febribus, utpote omnium bilioſißimis, ſi exquiſitæ ſint, ingentes excitari rigores: id certe minime dicturus, ſi cauſſam calidam non per ſe talem ad rigoris generationem, ſed ſecundum accidens uti Ariſtoteles, iudicaſſet. Nulla enim non primaria cauſſa quicquam ualẽtius primaria efficere poteſt: quum ſit illa ab eo quod ſit remotior, hæc propior, illa imbecillior, hæc ualidior: quod in calculis à ſeſe inuicẽ motis experiri quilibet poteſt. Nam ſi primus ſecundum, ſecundus tertium, atq; hic quartum moueat, poſtremus quidẽ à mox præcedente ualidius, ab altero imbecillius mouebitur. Itaq; quum ualentiores à calida cauſſa, quàm frigida ſecundum Galenum rigores fiant, nec tum externi frigoris intrò concluſi rationem adferre oporteat (quòd rigorem inferens cauſſa interna ſit, nec forinſecus admota, eoq; minime poßit ambientem nos aërem intro repellere, quod calida circunfuſa ſecundum Ariſtotelem faciebat) inuenienda nobis certe probabilis quæpiam cauſſa erit, in quam euentum huiuſmodi reijcere rectè poßimus. Inueniemus autem, ſi ad Galeni ſenſa animum adhibentes uniuerſam rigoris naturam fuerimus paulò penitius cõtemplati. Cumq; rigor concußiuus

Plin. lib. nat. hiſto. 7. cap. 7.

Plinij mors.

Plinius nepos lib. epiſto. 6. ad Tacitum.

Humores quibus uijs expellantur.

Ariſt. 8. proble. particula, problem. 10.

Ariſt. ubi ſupra & 2. de Generatio. & de Partib. anima. & 4. meteor.

Ariſt. & Gal. in cauſsis rigoris aſsignandis uarij.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 293 sur 428

Gal.lib. de rig. & ſuprà cap.ultimo, 4.libri.

quidam, & inæqualis totius corporis motus Galeno ſtatuatur, non uehemens ille frigoris ſenſus qui in perfrigeratis ſentitur, conſiderandum nobis in primis erit, utra'ne cauſſa, calida, an frigida concuſſionem hanc magis excitare poſſit: quo cognito extemplò palàm fiet, à quanam cauſſarum rigores uehementiores fiant. Itaq; quum ad concuſſiuum hunc motum, humorum in primis acrimoniam adeſſe oporteat, tum & notabilem ipſorum copiam, deniq; eorundem per

Quæ ad rigorẽ faciendum concurrant.

ſenſibilia membra motum quendam cum impetu factum (quæ Galeni lib. de Rigore, & x. Methodi, & hoc loco eſt ſententia) ſequi plane ex hoc uidetur, ut quanto fuerit acrior humor, eò maiore cum impetu per membra ferri oporteat. Nam impetum acrimonia auget, accedente expultrice potentia, quæ quanto amplius ab acutiori excremento fuerit irritata, tanto certe potentius ad id pellendum quod moleſtat, mouebitur. Igitur quum calida ſuapte naturâ cauſſa, acrior & moleſtior ſit, obq; acrimoniam, maiore cum impetu in membra feratur, conſequens quidem eſt, ut ab ea quam à frigida maiores naſcantur rigores. Quæ ne temere dixiſſe uideri poſſim, doctis Galeni aſſertionibus roborare conandum. Is x. Methodi, de Rigoris generatione ad hunc loquitur modum, Mordens (inquit) halitus, & ſiccus, ubi per ſenſibilia corpora fertur, horrores, & inæquales totius corporis concuſſiones (σφυγμοὺς Græci dicunt) facit in ijs, quibus cute ſtipata, quæ prius tranſpirabant, iam retenta ſunt. Ac concuſſio quidem iſta (ſubdit) ſuccedet propter eorum quæ feruntur excrementorum tum multitudinem, tum acrimoniam, tum impetus celeritatem, tum laborantis uirium infirmitatem. Nam & multa paucis, & quæ qualitate ſunt

Rigoris generatio.

inſigni, ijs quæ ita non ſunt, rodunt magis: pari modo, & quæ cum celeritate feruntur, ijs quæ tarde. Hæc Galenus. Ex quo ſanè loco omnes rigoris cauſſas aperte quis colligere poſſit. Sunt autem, humoris acrimonia, copia, impetus, uirium laborantis infirmitas, non abſoluta quidem illa, qualis per Atrophian accidere ſolet, extincto utique inopia alimenti calido natiuo: tum enim, ut lib. de Rigore Galenus, rigor non fit, ſed tunc ſolum, quum natiuus calor, excrementi copia, & acrimonia grauatus, ſuperior uincendo ſine magno conatu euadere nequit. Vnde ob pugnam huiuſmodi natiui caloris excrementum pellere ſatagentis, & excrementi ipſius intrò natiuum calorem repellentis, co.icuſſiuus ille

Rigoris cauſſæ.

Gal.lib.de Tremore.

motus, tremorq; quidam oritur: fit enim rigor, autore Galeno, quum natiuus calor à nocente excremento repulſus, intrò ſe ueluti in arcem collegerit, indeq; fortior factus, & ad excremẽtum pellendum inſurgens, rurſus in extima fertur, ualideq; noxium ſuccum agitans, fermè & ipſe colliditur, liberè nimirum permeare non potens, ob excrementi moleſtiam: à quo ſæpe calor repellitur, & ad profundum cogitur. Tandiu uerò inæqualis hic in corpore perſtat motus, quandiu cum excremento calor pugnauerit: cuius pugnæ tum finis adeſt, cum natiuus tandem calor robore ſuo ſuperare excrementum cœperit. Quæ

Gal. lib.de Rigore.

(ut tradit Galenus) cauſſa eſt, cur à uehementi rigore auctior præter naturam calor, denumq; ſudor ſequatur: pugna enim calorem concitat, uictoria caloris natiui ſupra excrementum, ſudorem. Quum enim facultatis noſtrum corpus regentis opera, reſerari meatus cœperint, & calidi ſufficienter ſucci ſint facti, tranſpirare,

transpirare, & in ſudorem uerti conſueuerunt. Ad quem ſe modum continentes ſæpenumero febres, & intermittentium acceßiones finire ſolent, ita aſſerente Galeno. A' calida igitur potißimum cauſſa rigorem fieri cùm his Galeni ſententijs conſtat, tum multis alijs ex Hippocrate ſumptis. Ab ardente febre habito (Hippocrates inquit) rigore ſuperueniente, ſolutio. Et, Rigor cum deſipientia, malum. Et, Quibus in febribus rigores ſexto die fiunt, iudicium difficile ſequitur. Et, Si rigor incidat febre non deficiente ægro iam debili, letale. Et deniq;, Rigores incipiunt ex lumbis magis. Per hos namq; ſermones rigorem ab interna cauſſa, eaq; calida ut plurimum, prouenientem, rectè Hippocrates intellexit. Quomodo enim per ardentißimas febres à frigida cauſſa rigor fieri queat, non ſatis perſpici poteſt. Quanquam uerò & à frigida quandoq; cauſſa (nempe pituita uitrea, ut uult Galenus) rigor naſci poßit, erit is quidem longe altero, ut ſentit Galenus, remißior, tametſi longior. Vnde maxime mirari ſubit tam incautè lapſum in hac parte Auicennam fuiſſe: qui fen. 11. primi Cano. rigorem à frigidis ſuccis naſci, dicere nõ erubuerit. Et Fen. prima quarti, contra Galeni ſenſa & ueritatis, dixerit, humoris lentorem, & uiſciditatem ingentis rigoris cauſſam eſſe. Sic enim ille, Et de caußis uehementis rigoris (inquit) eſt uehementia uirtutis expulſiuæ in lacertis, & propter illud quanto eſt cauſſa rigoris uiſcoſior, eſt rigor uehementior. An non hîc tota ipſum erraſſe uia Auicennam dicemus, qui rigorem uiſcoſitati humoris falsò, & immerenter attribuat, quum contrà Galenus citato humoris motui, mordicationi, & multitudini iure optimo adſcribat? Nam quum rigor ſine uehementi impetu fieri minime poßit, ut paulò antè ex Galeno probauimus, impetum uero lentus uiſciduſq; humor, utpote frigidus, facere non poßit, ad motum ſcilicet lentore ſuo ineptißimus, nec item acrimoniam habeat, qua facultatem ualide ad ſui excretionem irritare poßit, eò certe fit, ut rigorem aut nullum, aut certè quàm minimum ea ſaltem ratione inferre queat: tantum abeſt, ut uehementis rigoris cauſſa ullo pacto, ut Auicẽna putat, eſſe poßit. In quem etiam ſcopulum Arabs Auerrous impegit 111. ſui Colliget lib. qui quoniam iiſdem machinis quibus Auicenna expugnari poteſt, ideo miſſum illum in præſentia facimus, & ad Galenum de integro ſermonem inſtauramus, quod reliquum eſt abſoluentes, nempe ad rigorem nonnunquam febrem ſequi, ubi ſcilicet inferens rigorem humor, ſufficienter calidus fuerit, & per ſenſu prædita membra delatus, nec foras ob cutis ſtipationẽ transpirare potens: tum enim intrans, conſiſtens, ac uicinas partes calfaciens febrim accendit. Atq; huius curatio, uacuatio eſt, ita hîc aſſerente Galeno: nam uacuatio totam à corpore expellit ſubſtantiam. A' frigida uero, eaq; dirrea cauſſa ſi naſcatur rigor, ſola calfactione curatur: ſi ab humoroſa, interdum concoctione, nonnunquam uacuatione, ſæpe utroq; medemur: concoctione quidem, ſi leue ſit peccatum, nec humor ualde abalienatus, quòd concoctio putredinem, ſi adſit, arceat, & humorem in naturæ uſus transferat: uacuatione, quum coctione peccatum corrigi non poteſt: utroq;, quum ualde à natura alienus, multus'ue fuerit humor. Ex quo ſanè loco ſumi id poteſt, non perpetuò in humorum uitijs uacuatione utendum, quum hîc Galenus ſola interdum co

Gal. 9. Metho.

Gal. lib. de Rigore.

Auicẽna fen. 2. pri. ſumma. 1. doct. 3. cap. 14.

Auicennæ de rigore lapſus.

Cur à frigido humore rigor fieri nõ poſſit.

Auerrois 3. col li. cap. 30.

Rigoris, omnis generis curatio

Non perpetuo in humorũ uitijs uacuãdum.

©BIUM

dum coctione citra uacuationem curare doceat, ubi ſcilicet humores non admodum à natura facti fuerint alieni. Quamobrem uulgatum ego quæſtuarijs noſtris Medicis morem non ualde improbare non poſſum (de indoctis,& nulla methodo præditis loquor) qui protinus ad omnem ſe adeuntium conqueſtionem, ſoluentia medicamenta, purgationesq; conſulunt. Nam ſiue inæqualitatem ægri ſentiant, ſeu leuem horrorem, ſeu nunima digiti offenſa capiantur, deiectorium mox pharmacum conſulitur, ad potiones, & catapocia itur: quaſi ſolis his deiectorijs, non etiamdum potius attenuante uictu, coctione, exercitio moderato, frictione, ſomno, quiete, inedia miſeris languentibus aptius,& munere cum iactura tum ualetudinis, tum fortunarum conſuli poſſit: inquiente nimirum Galeno, Valde tantũ indigentibus,& ex longis interuallis utilem eſſe quæ per deiectoria pharmaca fit, uacuationem, quum & corpora in malam quandam habitudinem trahãt, & quæ noſtrum corpus regit facultas infirmior inde reddatur: quòd (uel eiuſdem teſtimonio) uires conuellant præſidia uacuantia cuenta. Hac uero mea de hac re narratione à crebro tantum eorum uſu deterrere,& ægros,& medicos uolui: congruum,& opportunum uſum ſubtrahere nolui: ne quis me fore aſſe iniquus iudex in calumniam trahat. Sed de his abunde iam nimis: fecit namq; locus hic animaduerſione dignus, ut eum totum ad Ariſtophanis lucernam (ut dici ſolet) paulo plenius explicarem. Quare in re tam ſeria aliquãtum grauioris operæ, longioriſq; moræ collocaſſe, mihi à ueri amatoribus uitio non uertetur: ſed contrà potius magnam mihi ab ijs referri, aut haberi gratiam oportere cenſeo, qui rem ſcitu digniſſimam,& breuiore compendio à Galeno enarratam, ad hæc controuerſam, mea qualicunq; commentatione uberiorem reddere,& clariorem curauerim.

In imperitos, et quęſtuarios medicos.

Gal. 3. Aphor. com. 15.

Gal. 9. Metho.

AD RIGORES ſemper febrim ſequi, ut uetus ſermo eſt, ita uerus ex omni parte non eſt, ne ſi ipſum quidẽ, ut decet, definias: ſic enim is qui antiquorũ placita enarranda ſuſcipit, ea amicè magis definire, quàm moroſè redarguere debet. At ne ſic quidẽ uerus eſt ſermo, uel ſi definiẽtes dixerimus, rigores citra externam occaſionem è corpore cõcitatos, febres neceſſario ſequuntur. Quippe non ſolũ nobis, ſed compluribus quoq; ante nos Medicis, uiſus eſt rigor ſine febre, non tamen adeò ualidus, ut is qui uel tertianam, uel quartanam præcedit, uel is quoq; qui & ardentes,& calidas febres finire poteſt. Solẽt huiuſmodi rigores à praua uictus ratione originem ducere, dum per otium quiſpiã ſe impleuerit, & ſubinde à cibo lauerit. Quod ſi ciborum quoq; temperatura frigidior ſit, ac pituitã ſuapte natura parere poſsit, tum promptiſsime rigor excitatur, adeo ut perquam difficile ſit calorem reuocare. Non igitur mirandũ eſt ſuperioris ſeculi Medicos, huiuſmodi rigoris ſpeciẽ nunquã uidiſſe, utpote

minus aberrãtibus tunc, quàm modo, à ſalubri uictus ratione hominibus, neq; etiã tam crebro ſe lauantibus: uerum, ut nuper dicebamus, huiuſmodi rigores, ad horrorẽ magis, quã ad concuſsionẽ pertinẽt. Quum enim praua excremẽta fuerint congeſta, in primis inæqualitatem ſentimus, quæ ſi acria fuerint, eroſionis quoq; ſenſus accedit. Secũdo loco exiguũ horrorẽ percipimus, mox maiorẽ, tandem adeò magnum, ut iam rigoris particeps eſſe uideatur. Poſtremo rigorẽ ipſum ſolum ſentimus, quo partes & quatiuntur, & concutiuntur. Huiuſmodi rigor ob frigidos ſuccos nunquã excitari uidetur. Principio enim ob craſsitudinẽ uehemẽter moueri non poſſunt: quod ſi aliquãdo extenuentur, rigorẽ quidem excitabunt, ſed non ita ualidũ: quippe non tantã admittit ſubtilitatẽ extenuata pituita, quantã extenuata flaua bilis. Atq; ut huiuſmodi rigoris modus, parũ fuit ueteribus cognitus: ita pernicioſus in morbis rigor, ipſis non fuit ignotus, dicẽte in aphoriſmis Hippocrate, Si rigor per febrẽ nõ intermittentẽ acciderit imbecillo, letalis eſt. Etenim in huiuſmodi rigoribus, inſurgit quidẽ natura contra res noxias, quo eas expellat, ſed uicta cadit, extinguiturq; : atq; hanc ob rem redditur ſymptoma pernicioſum. Iam in quartanis febribus, ſuccus ex calido, frigidoq; mixtus, rigorem excitat: quippe atra bilis ſuapte natura frigidus ſuccus cenſetur. ubi uero adeo putris effecta eſt, ut febrim inducat, quanta fuerit putredo, tantus erit & calor. Atqui rigorem à calidis etiam cauſsis excitari, iam oſtendimus.

Cap. 4. Lib. 10. meth.

RIGOREM *febris etſi ſæpe, perpetuò tamẽ ſequi nõ ſolet, contrà quàm priſci illi exiſtimauerũt. ſic enim maluit Galenus ueterũ ſcita benignius interpretari, quàm moroſe redarguere. Id autem boni moris, & officij plenũ eſt, antiquorum placita accuratè enarrãda ſuſcipere, atq; ita ſuſcepta tractare, ut ad ueri ſemper legẽ, melioriſq; interpretationis fidẽ potius, q̃ ad calumniã pertrahãtur. Quod ſane fiet, quũ ſicubi erraſſe nobis ij uiſi ſint, non protinus cum eis lege agamus, nec ſummo etiam iure ad tribunal uocemus, ſed (ut æqui in cõponendis litibus, magis quàm ſeueri iudices facere ſolent, qui non tam pro actore, quàm reo ſtare, ac cauſſam agere cõſueuerũt) & illos quoq; in clientelam recipiamus. Quòd & hìc aperte facit Galenus, dum ſcitũ hoc antiquorũ, ad omnem rigorẽ febrim ſequi, examinat: quo è munere ita ſeſe explicat, ut & priſcis ſumma cũ præfatione honoris multũ deferat, dum inquit, antiquorũ decreta amicè magis q̃ ſeuerè eſſe interpretanda: & ueritati ſine calumnia patrocinetur, dum poſito pro ueritate metu, ſermonẽ eum nõ omni ex parte ueru eſſe, affirmat: experimẽto quidem*

Antiquorũ placita ad calumniam non pertrahenda.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 297 sur 428

Rigor sine febre.

indicãs non ad rigorẽ perpetuo febrim sequi: & cur id ueteribus incognitũ fuerit, latè explicãs. Fiunt porrò rigores sæpe huiusmodi sine febre, cum quis praua uictus ratione usus crudorũ copiã collegerit: quod ijs qui multo otio, lauationibusq; à cibo plurimis utũtur, euenire sæpenumero solet, ut scilicet, uel nimirũ cõmoti rigorẽ sentiant, hoc est, natiui intrò caloris cum horrore reuocationẽ, ut hîc interpretatur Galenus. Nam qui à frigidis succis motus nascuntur, horrorẽ quidem, uel Galeni hoc loco testimonio, rigorẽ non sic certe facere possunt. Ac proinde rectißime mihi dixisse est uisus, rigores huiusmodi ad horrorem magis quàm ad cõcußionẽ pertinere. Nec mirũ uideri debet rigoris huius speciem ueteribus fuisse prætermißã, quòd sanè illis incognita fuerit, minus tum ab exacta uictus ratione aberrantibus hominibus, nec ita crudorũ mole refertis atq; nunc, ubi gulæ, & genio uiuitur, & ad mortẽ irritamenta quæruntur. Rigorem uero alterius generis probè eos nouisse, locus ille Hippocratis indicat, Si rigor per febrẽ nõ intermittentẽ imbecillo acciderit, letalis est. Ob id certe letalis, quòd pugnæ natura nõ sufficiat, noxia quidem excremẽta exagitans, sed tamẽ superare non potẽs. unde extingui quidem natiuũ corporis robur, in interitumq; uergere animans, cõsequens quidẽ est: eaq; ratione sic affectis eueniens rigor letalis iure Hippocrati dictus est. Huiusmodi uero rigorẽ nunquã à frigidis succis nasci (ut hîc plene docet Galenus) ea in primis ratio monstrat, quòd frigidi natura succi impetu, ob crassitudinẽ, moueri non possunt, sine quo rigorem fieri non cõtingit, ut suprà præcedente cõmentario ex Galeno monstratũ. Quòd si tamen & calfieri, & extenuari huiusmodi succos cõtingat, rigorẽ quidem, sed leuißimũ excitabunt. Etsi nonnũquã ex atra bile ingentes rigores oriri uideãtur (uti sæpenumero in uehemẽtibus quartanis experimur) dicendũ tamen, non ab humoris frigiditate, sed ab calfactione, putredine, & attenuatione potius concußituam hunc motũ in quartanis prouenire. cuius rei id indiciũ est uel maximũ, quòd per quartanarũ initia uel nulli uel exigui fiant rigores (ut constans est omnium sententia) quòd scilicet nondũ exactè attenuata sit atra bilis, nondum calfacta, nondũ ad celerẽ cum impetu motũ faciendũ parata. Proinde rectißime hoc loco Galenus, in quartanis febribus ab humore ex calido, frigidoq; mixto, nõ ab sincero rigorẽ nasci dixit. Nam atra bilis, nisi et putreat, putredineq; calescat, nũquam neq; rigorem, neq; febrim creabit, quòd frigidus sit suapte natura succus. Fit autẽ calidi in eo mixtio quũ ad ipsum putredo accesserit, ac tum iure ex calido (scilicet putredinali) & frigido (qualitate natiua) mixtus dicetur: sed ab eo sic affecto tantus nascetur rigor, quantus fuerit præter naturã calor. Quod si quis cõtendat, sæpius id à Galeno dictum, nempe non in tertianis modo, sed & quartanis rigorẽ fieri, Respondebimus, latè quidem rigoris uocabulo tum usum fuisse Galenũ, non pro eo totius corporis cõcußiuo motu, qui à mordicante, & pungente fit succo (quẽ sanè motũ ueri rigoris essentiam continere, tum lib. de Rigore, tum. 10. Methodi, tum hoc loco affirmauit) sed pro eo potius qui ueluti à gelu perfrigeratis euenit. Quamobrẽ rigorũ huiusmodi discrimen statuens ita de tota re sententiã tulit, indicare scilicet uolens, quonam tertianæ rigor à quartanæ differat. In quartanis (inquit) talis est rigor, qualis his, qui uehementi

Hippo. 4. aph. textu 46.

Cur frigidi succi rigorẽ facere nequeant.

Cur interdum in quartanis uehementes fiant rigores.

gelu

gelu frigeſcunt, haudquaquã ei ſimilis, qui à ſole peruſtis, aut laßus, aut ex medicaminibus aliquando calidis, aut cum ſuper ulcera ponũtur, mordentibus fieri conſueuit. Hæc 2. de Febriũ diff. cap. 5. Planius uero 2. de Criſib. cap. 3. ad hunc modũ, Tertiana febris (ait) quæ ex flaua bile mota ortum habet, rationabiliter ſtatim ab initio rigorem affert non mediocrẽ, hoc ipſo primũ à quartanæ rigore differens, quoniã pungi uidetur, ac percuti corpus (talis enim eſt in tertianis febribus rigoris ſenſus) ſicuti in quartana febre, ſimulẽ frigefactionẽ habet, qualis per gelu tempore hyberno ſentitur. Et paulo poſt, Quartana febris neq; primo die ſtatim cum rigore inuadit uehemẽti: nam progrediente ipſa atq; aucta, unà etiam rigor augetur, ſenſuq; ægrotãtibus adeſt, nõ quaſi pungantur, ſed potius cõtundũtur cum quibuſdã ueluti refrigerationibus uſq; ad oſſa tendẽtibus. Hæc ille. unde apertißime conſtat duo rigoris ab eo eſſe genera conſtituta, primũ quo cum quaſſatione quadam pungi, & uellicari totũ corpus uideatur (quem præcipuè motum uerè rigorem nuncupauit) alterum, quo perfrigerari, & cõtundi uſq; ad oſſa appareat. Atq; hic quartanis conuenit. ſed de his iam ſatis.

Rigoris tertianæ & quartanę differentia.

Rigoris duo genera.

QVOD uero ad has rigor ita ſequatur, ut & algidæ, & exangues appareant partes, præcipue extremę, ac uniuerſa quoq; cutis, & partes ad ſuperficiem ei ſubſtratę, & quã ob cauſſam ita eueniat, id profecto deinceps cõſiderandũ eſt. Porrò motus quidã eſt omniũ primus, atq; (ut ita dicã) maxime princeps, quo calor natiuus, tum intrò, tum foras defertur, idq; in cõpluribus animi pathematis. Ac unà cum ipſo & ſanguis, & ſpíritus, modo ad interna, nẽpe ad ſuã ſcaturiginẽ, fertur, retrahiturq; modo tẽdit ad externa, atq; diffunditur. Etenim Animæ eſſentiã, in alia quapiam tractatione definire, audax fortaſſe facinus putabitur. in hoc uero opere, præter audaciã, etiã ſuperuacaneũ uidetur. At quęcũq; tandem ipſa fuerit, è duobus alterum fateri oportet, aut quòd ad omnes functiones, ut primis inſtrumentis, utitur & ſpíritu, & ſanguine, & uel alterius, uel utriuſq; calore, aut quod in his ipſis cõſiſtit.

PER rigorem extrema quidẽ refrigerari, experimento conſtat: cur ita fiat, quærenda hìc Galeno cauſſa uiſa eſt. Eius porrò euentus rationẽ hanc reddit Galenus, quòd quum per rigorẽ intrò reuocari calorẽ oporteat, ut præter Galenum Ariſtoteles etiã cõfitetur, conſequens quidẽ eſt, ut reuocationẽ hanc, extremarũ partiũ refrigeratio ſequatur. ut enim caloris natiui diffuſione partes non internas modo, ſed & externas calfieri cõtingit, ſic eiuſdem reuocatione, ipſis utiq; externis ſpiritu, & ſanguine deſtitutis, refrigerari neceſſariò oportet. Quamobrẽ certe iure optimo, motũ hunc, quo calor unà cum ſpiritu, & ſanguine ſeſe modo ad intima corporis, & ſuã ſcaturiginẽ colligit, modo extra diffundit, primũ, & principẽ Galenus appellauit, quòd ab Anima, principe in nobis parte, primò

Aris. 11. proble. par. proble. 53.

Aoiai motus.

fiat, eoq; pathemata in quibus motus hos fieri uidemus, ratione quidem optima animi & esse, & nominari cẽsemus. Nam (ut paulò pòst sumus dicturi) ad animam pertinẽt metus, ira, uerecũdia, gaudiũ: quibus sanè in pathematis, aut natiui intrò caloris repentinã fugam, aut eiusdẽ fòras productionẽ fieri experimur. Quorũ uticq; animi pathematũ eò de industria meminisse hìc Galenũ credimus, ut similitudine quadã ostenderet perinde in rigore refrigerari extrema, atq; in metu, & timore, eandemq; ob causſam. Quoniã uero & motus ij omnes ad animã pertinent (ut cuius uaria in corpus actione, uariũ itidẽ in natiuo ipso calore cõtingat fieri motũ) eam ob rem de animæ essentia, & natura, nõnulla adijcere Galeno cõmodißimũ uisum est: ut cui incepta de rigore tractatio expleri de integro non poßit, ni illi motuũ animæ ratio, adeoq; ipsa Animæ natura, cõstet. Verũ quoniam quæ propria, ac iusta est cuiusq; rei notio, ab ipsius definitione, totam uticq; rei naturã explicante, proficisci debet, ut est omnium cõstans sentẽtia, opportunũ sanè ac maxime necessariũ uidebatur, ut de animæ essentia tractaturus, uniuersæ tractationis telam ab ipsa, de qua futura disputatio erat, animæ definitione ordiretur. Sed quando nõ satis expositã Galeno ipsa Animæ natura erat, quærenda illi omnino alia, quàm per definitionẽ inueniendi methodus fuit: quæsita quidem illa, non ab ijs quæ rei essentiam consequuntur (quum tota ipsa quidem Animæ natura illi sit prorsus ignota) sed ab ijs potius quæ probabili quadam ratione de ea dici, ex ijs, quos uidemus, effectibus, possunt. Quamobrem rectißime certe, & ut se dignum erat, Animæ naturam definitione uelle tractare, audacis, & confidentis hominis esse existimat. Quid enim quæso confidentius unquam excogitari, dicíq; potest, quàm eius rei essentiam tradere conari, quæ non modo nullis se sensibus ipsa insinuet, sed quã ne cogitatione quidem, aut ulla quantumuis exacta mentis intẽtione complecti, aut assequi poßis, præsertim quũ eius rei inquisitionẽ tot tantorumq; prodita uirorũ de ea re pugnans cõtrouersia dissensioq; multò difficilimam faciat, alijs aliud sentientibus? Quippe nec quid sit anima, aut ubi resideat, aut quomodo subsistat, satis inter omnes primæ etiam notæ Philosophos conuenit. Nonnullis cor ipsum anima esse uidetur, quòd corde maxime uigeamus, eiusq; unius beneficio uita fruamur. Democrito, Leucippo, Zenoníq; Stoico, ignem quendam esse, & calorẽ ex atomis sphæricis conflatum, uisum est. Aristoxenus Musicus, idem & Philosophus, corporis intentionem quandam, uelut in cantu, & fidibus (quæ harmonia dicitur) esse animam existimauit. Pythagoras & Xenocrates, numerũ seipsum mouentem. Diogenes, aërem tenuißimũ, & purißimũ quendam. Heraclitus, uaporẽ calidum, halitumq; igneum incorporeum fermè, semperq; fluentem. Hippon, aquam, quòd aquoso semine constemus. Critias, sanguinem. Plato, in philosophia & omni alia disciplina quæ ad hominẽ exornandum nobilitandumq; facit, summus idemq; primus, triplicem animam excogitauit, Vitalem, Sensuum effectricem, Rationis participem: quam & ipsam ex quinq; præcipuis rerum generibus constitui uult, nempe essentia, eodem, altero, statu, & motu: tum etiam ex numeris, concentibus numerosis, figurarum initijs, & principijs motionum. His porro natura distantibus animabus, distantes quoq; in corpore

Variæ philosophorũ de anima opiniones.

Animæ constitutio secundum Platonem.

posuit

posuit sedes. Atq; hæc arcana, & diuinitatis plena est Platonis de anima sententia: quam alioqui uastis reconditioris doctrinæ tenebris obuolutam, luce clariorem nobis sua in Timeum commentatione Marsilius Ficinus effecit. Aristoteles longè omnibus (excepto uno tamen Platone) præstans, & ingenio, & doctrina, & diligentia, quintam quandam separatam naturam censet esse, è qua sit anima. Quam & ipsam Naturam, Græco, nouoq; nomine ἐντελεχείαν, id est, ut Cicero interpretatur, continuatam quasi quandam, & perennem motionem, aut ut Argyropilus Bizantinus sentit, ἐντελεχέιαν, id est, perfectionem, & consummationem quampiã nominat. Hæ sunt ferè omnium (nisi quæ me forte fugiunt) de Anima Philosophorum sententiæ. Cum medicis uero, præsertim duce nostro Galeno, facilior de ea re tractatio, ut qui animam cognoscere, eiusq; essentiã scire, haud magnopere Medico utile esse existimet. Sic enim in de Facultatum naturalium substantia ille, Neq; id quidem (ait) scire me profiteor, an nulla per se animæ existat essentia. Hoc sanè pro confesso apud omnes habetur, quòd ubi in corpora commigrauerit, eorum naturis quæ ex certa quadã elementorum, ut dixi, temperatura conditæ sunt, inseruiat. Atq; huius rei gratia nihil reor incommodi arti medicæ accessurum, etiam si animationem, & trãsanimationem ignores. Proinde, subdit, Animæ essentiam cognoscere, nec ad morbum profligãdum, nec ad sanitatem tuendam, necessarium esse puto. Eadem quoq; libro de utilitate Respir. & eo, Quòd animi mores corporis temperaturam sequantur, ab eodem Galeno recensentur: & rursus in de fœtuum formatione. Quinto uero de simplicium facultatibus lib. ita de tota re pronũciat, Innatum (inquit) calorẽ in quoq; animantium, spiritum nominamus: qui etsi non sit animæ essentia, saltem primum eius est instrumentum. Stoici autem spiritum, animæ essentiam, & substantiam esse arbitrantur. Nos autem (subdit) de animæ substantia non admodum pronunciare quippiam audemus. Stoicis uero spiritum animam esse, idem Galenus 3. de Placi. Hippo. & Pla. ex Chrysippi sententia demonstrat. Anima, inquit Chrysippus, est spiritus nobis innatus, per totum corpus, quoad uitæ in eo habilitas extiterit, diffusus, ac permeans. Quam tamen definitionem non recipiens Galenus, eam septimo eiusdem inscriptionis lib. ad hunc modum confutat, postea quàm de cerebri dissectione esset abunde locutus, Ex quibus (inquit) sensui apparentibus rebus suspicari posset fortasse aliquis alter ex duobus, uel si incorporea est anima, spiritum illum qui in cerebri uentriculis continetur, primũ animæ quasi domicilium esse: uel si est corpus anima, eũdem illum spiritum esse animam. Sed quia uidemus collisis uentriculis, animal paulò pòst rursus sentire, & moueri, neutrum horum sentiendum est. Rectius uero erit si existimemus in ipso quidem cerebri corpore habitaculum animæ esse, qualiscunq; substantia eius fuerit (nondum enim de hoc consideramus) sed primum ipsius instrumentũ, ad sensus omnes, & item ad motus, qui ex appetitione fiunt, hunc esse spiritum, unde fiat, ut exinanitus, animal minime uita priuet: sed stupidum sensu, motuq; erepto tantisper reddat, quo ad rursus collectus restituatur. At si spiritus animæ substantia esset, fieri nullo modo posset, quin simul atq; ipse esset euacuatus, continuò quoq; animal interiret. Verisimilius igitur est spiritum hunc in cerebri uentriculis

Cicero 1. Tusculanarum.

Animæ cognitio parum medico utilis.

Calor innatus quid.

Animæ definitio secũdã chrysippum, & eius confutatio.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 301 sur 428

culis oriri, atq; ipsum primum esse, ut dixi, animæ instrumentum. His sanè uerbis Galenus Chrysippi de anima definitionem euertere est annixus, idq; (ut mea fert opinio) non minus acutè, quàm uerè. Nam si Anima spiritus esse quidam, pro Chrysippi assertione, statuatur, dilabi quidē ipsam uacuatis in nobis spiritibus necessario oporteret: cuius tamen, in uehementibus cerebri collisionibus, & animi deliquijs, oppositum experimur. Nam in his & spiritus uacuatur, & animal stupidum, mortuoq; quamsimillimum redditur, sed non tamen ob id anima fugit, & uiuere tum etiam animans dicitur. Nō igitur animam spiritum esse dicere oportet, sed animæ primum, præcipuumq; instrumentum: quod & ipsum rursus 2. Artis curatiuæ ad Glauconem, ex summorum tum Philosophorum, tum Medicorum sententia confirmauit. Atq; hæc de anima ex Galeno: qui quoniam demonstrationem ad id ullam se adferre non posse confitetur, ob id certe pro ueri Philosophi more, maluit pudore quodam & modestia animæ substantiam nescire se profiteri, quàm in re non satis sibi cognita uanas adferre demonstrationes. An non igitur uanissimum sit, & impudentiæ plenum, quod à nemine adhuc cognitum fuerit, quod doctissimorum quorunq; ingenia discruciarit, quod neq; sensu ullo, nec solida demonstrationis fide perspici possit, id uelle definitione complecti? Consultò igitur ab hac se Galenus molestia liberās, contractis ingenij uelis, uolens, sciensq; subducit: audax, superfluumq; existimans, animæ essentiam medica methodo definire uelle: sed prudenti disiunctione usus, quæcūq; tandem ea sit, id confiteri oportere, aut in sanguine, spiritu, & calore ipsam cōsistere, aut his ipsis, ceu primis, præcipuisq; instrumentis, uti ad omnem, quæ horum adminiculo fit, functionem: quod & rursus 2. ad Glau. & 5. de Simpli. fā. ut antea dictum, recensuit. Ex hac uero Galeni de anima, seu potius de eius ignoratione, uerecunda magis, & simplici quàm impudēti & temeraria assertione, tantum abest ut commoueri quenquam qui paulum modo melioribus disciplinis animum informarit existimem, ut eò plus in admirationem tantæ rei pertrahi, & ad eius naturam penitius contemplandam uiri ipsa rei magnitudine illectum credam. Sed hoc is efficiet, qui rerum naturæ cōtemplationi animum adhibebit, nō qui unius tantum humani corporis exactè naturam noscendam (quod Medicus facit) assumpserit: eoq; illi minime hac consideratione opus fore, recte Galenus prodidit, quòd satis sit ad morbum profligandum, & ualetudinē seruandā corporis ipsius quod tutandum suscipimus, non animæ, quæ nostro non subiicitur muneri, nec nostris auxilijs eget, naturam nosse. Quæ etsi uerissima sunt, multò tamen certè id uerius, esse in nobis diuinam quandam, & ab omni corporea mole exutam substantiam, inuisibilem quidem illam, neq; sensibus conspicuam, sed tamen non obscuris notis perspectam, aut potius intellectam, qua longissime à brutis distemus, & proxime ad superorum naturam accedamus. Hanc porrò meliorem nostri partem immortalem, impatibilem, nulli corruptioni obnoxiam, & meliore quandoq; æuo fruituram, non sacra tantum nostra solidioris sapientiæ, cuāgelicæq; doctrinæ placita ostendunt, sed & omnis melioris notæ Philosophorum docet schola, omnisq; adeo deum cognoscentium hominum concors assensio. Nā quid aliud quæso est, ad imaginem Dei factum esse Hominem, quàm

Medicus quid dignoscendum assumat.

Animæ dignitas & excellentia.

Dei

Dei characterem, diuinæq; portionẽ auræ ſuſcepiſſe, animam inquam mentemq; diuinitatis pleniſſimam? Quid rurſus erectus ille in cœlum ſublimi uultu hominis ſtatus? an non aperte diuinum, ac cœleſte animal, Hominem eſſe teſtatur? eo uidelicet argumento, ut cum cæterarum quidem animantium naturam conſiderauerimus, quas pronis corporibus abiectas, in terramq; proſtratas ſummi Dei prouidentia effecit, unum tamẽ hominem iußit erectos ad ſydera tollere uultus, ut quaſi contempta humilitate terræ in altum niteretur, originem ſuam quærẽs, & ſentiens ſummum ipſum bonum in ſummo etiam ſibi eſſe quærendum. Hoc item mira in nobis inueniendi ſolertia, celeritas cogitandi, percipiendi facilitas, atq; diſcendi, memoria præteritorum, & prouidentia futurorum, ipſa dẽniq; artium, & diſciplinarum omnis generis inuentio, & ſcientia, ipſaq; in primis ſummi Dei, operumq; illius uni tantum homini conceſſa cognitio, abunde monſtrãt. Sed quum argumentum hoc omne pleniſſime ab Philoſophorum omnium ſummo Platone, ab Romanæ linguæ parente, & principe Cicerone, & ex noſtris, à Lactantio, Gregorio Nyſſeno, ac ſummis eius notæ uiris pertractatũ, exacteq; explicatum ſciam, eaq; ipſa pertractatio ad Medicum non pertineat, manum ſubducere conſultius uiſum eſt, ad id quod reliquum eſt progrediẽtes: ſi id modo tantum dixero, Galenum thematis huius ſcopum, dilucidamq; ueritatem ob id minime aſſequi potuiſſe, quòd ſummum illud, uereq; expetendum bonum ignorauerit, nec de futura meliore poſt mortem uita quicquam cogitarit unquã. Quæ ſi altiori mentis intentione, & inquiſitione concepiſſet, & ueram de anima ſententiam protuliſſet, & quod fecit Plato, ad mortem fortiter contemnendam ſpe immortalitatis inuitaſſet. Sed illi uenia danda, qui unius tantum humani corporis ſtructuram, ſymptomata, morbos, curandiq; uiam edocendam, non animæ naturam monſtrandam, pro medici officio aſſumpſerit.

Quibus notis animæ excellentia deprehẽdatur.

PORRO` ipſius motiones facile deprehendũtur, tum ex multis aliis, tum maxime ex animalibus pathematis, cuiuſmodi ſunt timor, & ira. Per timorem, & ſpiritus, & ſanguis intrò, & ad ſcatebram ſuam reducuntur, contrahunturq; (quò fit, ut algeant partes in ſuperficie poſitæ) per iram uero & diſtenduntur, & effunduntur, & caleſcunt. Certamen uero (ut uocant) ex utriſq; conflatum, inæquales habet motiones. Iam & cordis, & arteriarũ pulſationes, & minimæ, & perquàm debiles, in timentibus apparent: maximæ & ualidiſsimæ in iratis. In certamine ſunt inæquales. Per uerecundiam, animalis facultas in primis quidem ad interiora mouetur, ſed rurſus affatim redit ad exteriora: Quòd ſi non redierit, iam non uerecundia, ſed timor cenſeri debet: Quippe uerecundia de repente fit, animata facultate nihil mali perpeſſa. Euenit autem (ut ita dixeris) ob mollitiem, natiuumq; timorẽ, quum quis præſtantioris conuerſationem ferre non potens, fugam parat,

Animalia pathemata quæ ſint.

Ariſtot. lib. 4. de moris. ad Nicomach. Cap. 9.

Verecundiæ cauſſa.

©BIUM

rat,& procul,ſi liceat,abeſſe percupit. unde fit,ut recedat dũtaxat ad intima,uelut ſubterfugiens, idq; citra refrigerationem,excitante, impellenteq; ratione, patibilem animæ partem, nempe eam quæ & timet, & uerecundatur: mox redit, ferturq; foras eo maxime motionis modo, quo calor reuocatur iis,qui in frigida ſe lauerunt. At in timore,neq; incitante,neq; impellente ratione patibilem animæ partem, magis, ac magis calor extinguitur,ut nõnulli rigore quoq; infeſtentur. Vt in timore autem confertim,ita in mœſtitia paulatim fit motus,magnitudine duntaxat, ac uehementia, non toto genere differentibus inter ſe pathematis. Atqui nonnulli ob timorem, ſubitaria morte perierunt,ubi debilis ſuapte natura animula,ſub ualido pathemate oppreſſa, confertim & extincta,& ſuffocata eſt. Etenim extinctio,pathematis naturam ſequitur,ob refrigerationẽ eueniens : ſuffocatio uero,quum uniuerſus ſanguis ad principium confluit,deferturq;. At ex iratis nemo mortuus eſt,utpote quibus neq; calor refrigeratur,neq; robur diſſoluitur. Præ gaudio autem, nõnulli ſupra modum puſillanimes,mortui ſunt, haud aliter quàm timentes. Sed non ita ualido motu,aut feruore, ad exteriora fertur animata facultas: quin ecõtrario,ſi quid antea fuit ei roboris, id nunc exoluitur, laxaturq; : quum enim nimio gaudio laxata,petit exteriora,diſcutitur,atq; diſſipatur.

Patibilis animæ pars.

Timore & gaudio nonnullos periiſſe.

ANIMI *motiones etſi ex multis quidem deprehendi poſſunt, nempe cogitatione,memoria,intellectione,prouidentia, inſomnijs (quæ ſanè diuiniore quadam animi actione perfici,ſummorum Philoſophorum aſſertione eſt comprobatum) ex animalibus tamẽ pathematis, nempe ira,timore,gaudio,uerecundia,mœrore, facilius idipſum noſſe,perſpicereq; poßumus. Nam in ijs omnibus inſignes natiui caloris ab anima fieri motiones uidemus. Per timorem namq; palleſcere corpora,extrema refrigerari,tremorem incidere, aluum ſolui,uocem interrumpi, & uires deniq; conuelli omnes,plena experimenti fide,& Ariſtotelis aſſertione conſtat. At hæc omnia natiui intrò caloris repentinam, celeremq; fugam ſequi quis nõ uidet, quemadmodum contra in ira rubicunda fieri corpora concitatiora,calentiora,confidentia, & ad omne patrandum facinus prompta? Quæ certe uniuerſa caloris concitatiorem motum, & in extimas partes cum impetu factam effuſionem planè indicant: quum ſit nimirum Ira (teſtibus Ariſtotele, & Galeno) feruor caloris in corde: ſicut contrà, Timor, caloris ob ſubitam reuocationem metu impendentis mali factam,extinctio quædam. Quemadmodum uero in horũ altero refugit,in altero ſe pandit calor,ſic certè in uerecundia utrũq; patitur:ita,ut modo ad interna confugiat,modo ſeſe fòras diffundat. unde inæ-*

Ariſt. 27. prob. particula per totum.

Ariſt. 2. probl. probl. 16. Gal. 2. de ſa. tue. & 2. de dif. fe. & 2. de morbo. cau.

quales

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 304 sur 428

quales excitari necessariò in eo motiones oportet: quòd certare secum calor uideatur, & secum ipse contrario motu collidi: quæ caussa est, cur primum pallore, confestimq; rubore suffundamur. Euenit porrò quibus molestum aliquod pathema ex pudore natum animo insederit, ut Cicero bellissime, & Plutarchus lib. de Vitiosa uerecundia tradunt. Nam hic uerecundiam, dolorẽ statuit quendam esse, in nobis efficientem, ut uultum demittamus: quod tum facimus, cum nos in errore deprehẽsos cognoscimus, uel nostris dissisi uiribus, magnum quid aggredi attentamus: ut cum apud magistratum quempiam de rebus serijs uerba sumus facturi, regemue adituri, aut magnam aliquam pro republica caussam susceptur: in his enim arduis negotijs, & metu, & sollicitudine premimur. Vnde fit, ut hæc subituri plena laboris munia, modò palleamus, modò circunfuso calore erubescamus, ut plus, minusue nobis fidimus. Nam in huiusmodi, dissidentia metum, palloremq;, fidentia audaciam, & animum, subindeq; uiuidum in ore colorem gignit. Philosophis nonnullis uirtus esse uerecundia uisa est: Aristoteles uirtutem esse negat, sed in adolescentibus præcipuè affectionem probam, bonæq; spei indolem demonstrantẽ esse affirmat: unde illud Comici natum arbitror, Erubuit, salua res est. In hoc igitur pathemate primum sese intrò calor colligit, quòd, teste Aristotele, timor quidam uerecundia sit: demum affatim ad exteriora redit, quòd non omnifariam intrò consederit: sed antequàm conquiescat, rursum fòras mouetur, contrà quàm in metu fiat: ut in quo nimirum ad intima celeri motu calor sese agat, ibiq; ueluti coactus consideat. Ac proinde rectissime hîc Galenus dixisse mihi est uisus, si fòras, contractus intrò non redierit calor, pathema huiusmodi non iam uerecundiam, sed timorem potius esse censendum: rectissime quoque & illud, uerecundiæ caussam, mollitiem animi quandam, natiumq; timorem esse, quum quis scilicet præstantioris congressum ueretur, eiusq; consuetudinem citra animi motum ferre non potest. Ex hoc nanque animi in uarias partes raptu, sese modo fiducia quadam proferentis, modo timore subterfugientis, uerecundiam nasci necessariò oportet: Easdemq; etiam uerecundiæ esse caussas præter Galenum Plutarchus doctissime confirmauit. Fiunt uerò potissimum motus ij uerecundiam constituentes, parte animæ rationali, eiusdem patibilem partem excitante, & impellente, nempe eam quæ & timore affici, & uerecundia potest: quam & ipsam irascibilem, & affectionum omnium susceptricem Plato in Timeo uocat: qua sanè ratione à timore uerecundia differt, quòd in eo pathemate neq; ratio patibilẽ animæ partem impellat, neque calor rursus, ubi primum se intrò collegerit, in externa feratur, contra quàm in uerecundia fieri consueuerit. Atque hæc horum inter se pathematum differentia: sicuti rursus timoris, & mœsticiæ hæc, quòd in timore confertim, in mœsticia paulatim natiui intrò caloris reuocatio fiat, sola duntaxat magnitudine distantibus inter se pathematis, tanto sanè interuallo, quanto quod citatius est, & confertius, ab eo quod remissius, & lentius distare creditur. Quæ inquam caussa est, cur ob timorem, repentina nonnulli morte sublati sint: quòd ualidum motum imbecilla animula ferre nequiuerit: unde uel nimia refrigeratione extingui, uel repentino sanguinis ad ima confluxu præfocari natiuum

Cur in uerecundia primũ palleamus dein erubescamus. Cicero 4. Tusc.

Arist. 11. problẽ. probl. 53.

Plutarchus lib. de uitiosa uere.

Cur ob timorẽ nonnulli repentina morte sublati.

tium calorem neceſſariò oportet. Non ſic uerò in mœſticia, ut in qua nimiram lentior ſit, & mitior motus: neque rurſus in ira, ut per quam ſcilicet, neque refrigeratione extinguatur calor, plus æquo ſcilicet nimium accenſus, neq; animæ diſſoluatur robur. Præ gaudio uerò expiraſſe multos uarijs autorum monumentis proditum eſt. Plinius certè, Chilonem Lacedæmonium illum inſignibus ſapientiæ titulis non intermoritura fama nobilitatum, ad hunc modum deceßiſſe ſcribit, dum uictorem in Olympia filium conſpexiſſet: ac præter hunc quidem, & Sophoclem, & Dionyſium Siciliæ tyrannum (utroq; accepto Tragicæ uictoriæ nuntio) gaudij exuperantia raptos: Pudore uerò, Diodorum quendam Dialecticæ ſapientiæ profeſſorem, quòd luſoriam quæſtionem ab Stilbone propoſitam non protinus diſſolucre potuiſſet. Conſtat igitur repentinis animi, & natiui caloris motionibus, ſæpenumero uitam auferri, diſſolutis utiq;, quæ in natiuo calore conſiſtunt, animæ uiribus, iiſdem uc nimia refrigeratione extinctis. Summa igitur ratione in Arte Medicinali à Galeno dictum eſt, ab ipſis cauere oportere animi affectibus, quod corpus alterent, & à naturali ſtatu euertant. Cicero hos motus, perturbationes quaſdam, & auerſas à recta ratione cõtra naturam animi motiones eſſe iure optimo exiſtimauit: quarum omnium naturam qui ſcire uolet, quartum Tuſculanarum librum adeat.

Plin. lib. Natu. hiſto. 7. cap. 32. & 53.

Qui gaudio nimio mortui. Vide in hoc argumento latius Valerium maximum lib. 9. tit. 12. de morte non uulgari, & Aulum Gellium lib. 3. noctium atticarũ. cap. 15.

IAM dolor ediuerſo cogens animam moueri, haud leuiora, quàm maximus timor, affert ſymptomata. Quippe laborantes, decolores apparent, refrigerantur, concutiuntur rigore, tremunt, pulſus minores redduntur, & abolentur: tandem, ueluti ſyderati, attonitiq; moriuntur. Nam & in iis fugit intimus calor ad principium, ac anima ſoluitur ſimul, & extinguitur. Itaq; quum mortem inferre poſſint huiuſmodi pathe, haud mirum uideri debet, ſi animi quoq; deliquium inducant: ac præterea ea ſymptomata, quæ ad animi deliquium ſequi conſueuerunt, tum alia, tum eas excrementorum ſecretiones, quæ uoluntatis imperium non expectant. Verum non eſt noſtri inſtituti, nunc in his diutius immorari. Itaque ad id quod propoſitum erat redeamus. Quum igitur rigor à calidis, ſimul & rodentibus ſuccis fiat, mirari haudquaquam oportet, ſi partes extremæ omnes refrigerantur, declinante animali facultate, una cum ſanguine ad interna. Quippe frigus hoc tempore, non internarum, ſed externarum partium ſentitur: nonnulli enim tum uehementi ſiti cruciantur, ut pote ſeruato ipſis intrinſecus calore. Iam quòd huiuſmodi ſymptomata non præter rationem eueniant rigore affectis, uel hac ratione colligere poteris. Si enim uehemens dolor unam partem occupans, animi de-

liquium,

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 306 sur 428

liquium, refrigerationem que inducit, haud mirum fuerit eum, qui in uniuerſo corpore conſiſtit, ſi neque animi defectionem, neque mortem affert, ſaltem algorem inducere poſſe. Nam dolores qui in rigore fiunt, cum reliquis doloribus omnibus cognationem habere uidentur: relinquuntur uerò ab iis qui rapere hominem ſolent, & magnitudine, & tempore: ſunt enim minores, breuioresq;. Sanè Colicus dolor ſæpenumero duobus diebus perpetuis cruciare ſolet: rigor uerò quò fuerit uehementior, eò quoq; breuior erit. Ac animæ motus in ipſo, non ei qui timentibus euenit ſimilis eſt, ſed illi potius, qui uerecundia affectis, aut frigida ſeſe lauantibus, accidere ſolet. Itaque pugnat, certatq;, contra ea quæ moleſta ſunt, facultas, donec radicitus euellantur, concutianturq;. At quia uehementes facit incurſiones, & in intimo corpore coaceruata, magna ui caloris ipſa inuadit, febrim à rigore ſuccendit, auxiliarem habens in hoc certamine materiam, unde & febris euadit uehementior. Quòd ſi aliquando inter certandum fatigetur, antea quam res noxias dimouere poſsit (id uerò uel ob facultatis imbecillitatem, uel cauſſæ magnitudinem euenire ſolet) neceſſario ſequetur mors, ut antea dictum.

SYMPTOMATA quæ infert dolor, ſi uel etiam mediocris ſit (nam ingens inſperatam ſæpenumero mortem afferre ſolet) nec ſanè minora ſunt, nec leuiora, quàm quæ metus inferre conſueuit, eo uidelicet argumento, quòd uehementer dolentes, æque ac qui timent, & tremant, & palleant, & perfrigerentur, & uiribus ſint deiectis, &, ſi urgere perſtet dolor, ueluti fulmine icti, attoniti; moriantur. Hos nanque antiquitas omnis ſyderatos iure ob id (arbitror) uocandos cenſuit, quòd quaſi ſydere afflati repente concíderent, nulla ſe corporea cauſſa prodente, cui merito adſcribi repentina, & inexpectata mors poſſet. unde merito etiam Syderationem id morbi genus eſſe uolunt, quo pars una aliqua corporis, ſæpe etiam penè totum corpus percutiatur ſubito, atque excitetur, ita, ut mors inopina ſequatur: quod quum repente, impetuq; maximo fiat, ui ſyderis factum exiſtimant, unde morbo nomen. Syderationem porrò & id dici ſcio, quod corpus ſtupore quodam attonito, ſubitò conficiat: qua certe ratione formidandum illum, prorſusq; inſanabilem morbum, quo ablatis ſenſus, motusq; functionibus, ueluti mortuum iacet corpus, recte ἀποπληξίαν, hoc eſt, ſubitam percuſſionem nominamus. Qui itaque extremè dolent, fugato concitatius in ima calore, tanquam attoniti, uitam cum dolore finire conſueuerunt. Quòd ſi necem ſubitam inferre dolor poſſit, quid ni etiam & animi defectiones, & decolorationes, & inuitas per aluum, ſudoremq; excretiones (quæ in ualido timore

Syderati qui.

Syderatio mor bus.

Doloris ſymptomata.

do timore fieri cuncta, paulò antè ex Aristotele monstrauimus) facere poterit? Atque hæc uniuersa de animi pathematis, deq; natiui caloris uario ab his agitatu, eò de industria huc à Galeno inducta sunt, ut intelligamus non sine euidenti causſa per rigores extrema refrigerari, quòd introsesse animalis facultas noxam sentiens colligat, unde frigus extrema ingredi sit necesse, abeunte, quod ipsas fouebat, calido innato. Intro uerò tum calorem colligi, euèniens per rigoris uehementiam sitis indicat: quæ & ipsa semper uel caloris abundantiam, uel humoris inopiam sequi consueuit, uel Galeni testimonio. Itaque non immerito quis per sitim, auctum esse intus calorem, eoq; excessu uentriculi succos & calfieri, & exiccari est indicaturus, idq; etiam, easdem à succi rigorem inferentis malicia in toto fieri motiones, quæ ab animi pathematis accidere solent. unde & dolores tum percipi, minime cuiquam mirum uideri debet, quòd ab his quæ uehementer immutant, & alterant, uel Hippocratis testimonio, & Galeni, dolor soleat nasci. Fit uerò in rigore motio quædam persimilis ei, quam in uerecundia fieri diximus, pugnante utique cum morbifica causſa, animali facultate. Quæ sanè causſa est, ut post refrigerationem insignem toti incalescamus, quòd se in extima calor diffundat, & quod molestum est excernere magnis incursionibus tentet: unde & febris oritur, & tandem uicto humore sudor, ut paulò antè à nobis est demonstratum. Quòd si facultatis imbecillitate uinci humor non posſit, mors necessario sequitur, ut ex Hippocratis sententia suprà ostensum.

Sitis in rigore quid indicet. Gal. 1. de simp. fac. cap. 30.

Gal. suprà ti. 4.

Hipp. 4. aphor. textu 46.

CAPVT VI.

POSTQVAM igitur hucusq; sermonem perduximus, imponamus ei summã, breuibus quibusdã capitibus, omnia quæ prædicta sunt, comprehendentẽ: quibus si quid derelictũ fuerit, id quoq; addere non grauabimur. Igitur tussis, sternutamẽtum, singultus, rigor, uiolenti, ualidiq;, expultricis facultatis sunt motus. Pandiculationes, & oscitationes, ad eandem pertinent facultatem, & modum seruant: atque in horrore moderatior motus est. Sed longè moderatior etiam est is, qui per inæqualitatem infestat: ut ipsum ferè non motum, sed sensionem duntaxat esse dixeris: qualis in ulcerosa lassitudine sensio est, ac multò magis etiam in pruritu. In hoc enim symptomate excrementorum duntaxat, quæ pruriginem excitare possint, sensus est. Neq; enim alio nomine explicari possunt, nisi quis ea aut nitrosa, aut salsa, aut amara, appellare uoluerit: quòd huiusmodi sit ipsorum natura, quam, ab externis rebus sumpto exemplo, discere licet, ut urtica, scilla, muria, aqua maris, & id genus reliquis: neq; non ab his quæ ad corpus pertinent. Quippe solet prurítus uexare eos, qui aut balneum

negligunt

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 308 sur 428

negligunt,aut ſtrigmentis referti ſunt,aut cruditatibus abundant,aut praui ſucci cibos ingerunt. Id uerò lõgè magis in pſora, & lepra : quòd in huiuſmodi affectibus & plus ſit ſucci,& ſuccus ipſe craſsior, atq; ob hunc magis,crebriusq; pruriunt hi,quàm reliqui omnes ſine huiuſmodi affectibus prurientes : ac nihil iuuantur, uel ſi uehementiſsime ſcalpentes cutem ſibi detraxerint. Succus enim noxius manet infixus,atq; (ut ita dicam) impactus in cute:neq; enim exiguus eſt, neque tenuis, ueluti in ijs qui balneum neglexerunt, aut ſordibus ſcatent : ſed & plurimus eſt,& craſſus,& nonnunquam lentus quoq;. Atq; huiuſmodi ſymptomata omnia à uitioſis ſuccis originem trahunt, ac differunt inter ſeſe,& qualitate,& quantitate cauſſæ. Præterea & quiete,& motu. Eſt enim exigua, tenuis, ſalſa, & immota in prurítu: item exigua,tenuis,erodens,& immota in laſsitudine ulceroſa. At multa,craſſa,ſalſa,& immota in lepra,pſoraq;: pauca uerò,tenuis,& mordax,ac breuem quendam motum habens, in horrore. Si uerò aut uehementius mouetur, aut multum abundat,aut mordacior eſt, iam non horrorem,ſed rigorem excitat : maximum quidem, ſi plurima, ſimul & mordaciſsima fuerit,uehementiſsimeq; moueatur:minimũ uerò, ubi aliquod ex iam dictis modicè auctum, efficit ut horror in rigorem tranſmutetur. Complures uerò inter hunc minimum, & illum maximum rigorem, medij ſunt, tum magis, tum minus inter ſeſe differentes : prout cauſſa magis,minus ue,aut mouetur,aut erodit,aut abundat.Præterea, prout cauſſa rigorem excitans, in dictis differentijs, uel omnibus,uel quibuſdam,uel earum aliqua fuerit aucta. Atque hæc ſymptomata omnia,tum in cute,tum in ſubdita illi carne,congeſta cauſſa conſiſtere ſolent.

Lib. 4. tuend. ſanit.

Cap. 4. lib. 10 meth.

DVOBVS *his capitibus quæ diffuſius antè dicta ſunt, compendio colligit, epilogo quodam prius recenſita in memoriam reuocans, indicansq; qui, qualesq; ſint facultatis expultricis motus, qui per tuſſes, ſternutamenta, ſingultus, & rigores fiunt : ſunt nempe uniuerſa hæc, ualidæ quædam cum impetu motiones factæ, quibus quod noxium eſt, natura explodere, ac foras ejicere nititur. Valentiores porrò motus ij omnes cenſentur, quorum adminiculo quæ in ima corporis penitius inſederunt, commodè uacuantur: cuius generis tuſsis, ſternutamentum, ſingultus, rigor eſſe poſita ſunt: imbecilliores, quibus nec ualidè corpus agitatur, nec ad motionem irritans excrementũ, aut multum, aut acre nimis*

Validi motus & ibecilli qui.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 309 sur 428

fuerit. Quæ ſanè cauſſa eſt, cur in horrore, pandiculatione, & oſcitatione exigui ſint naturæ motus, multoq; etiam in ea inæqualitate quæ morbos anteit, moderatiores, quum ſola fermè ſine motione effatu digna ſenſio per eam fiat. Nam tantùm extra naturæ noſtræ, moderationisq; fines, egreſſos nos eſſe percipimus: magnam uerò aliquam in nobis fieri motionem non ſentimus, multoq; minus in pruritu, ut in quo nimirum ſola excrementorum pruritum inferentium ſenſio, non ualidus ullus motus percipiatur. Hoc namq; pruritum dicimus, ſalſorum ſcilicet, nitroſorum, aut mordacium ſecundum cutem conſiſtentium ſuccorum ſenſum: qui ſanè tum fit, cum quæ ſecundum cutaneos meatus redundant excrementa, ſitu, & mora cutem inficere cœperunt: redundant uerò in his potiſſimum, qui uel ſui corporis negligentia cutaneas ſordes detergere non curarunt, uel qui incauta uictus ratione, crudorum, tum & alterius generis excrementorum copiam collegerunt. Quod & ipſum (ut docet Paulus) ex ætate, temperatura, uictu, tempore, regione, atq; reliquis hiſce cognatis facile deprehendes. Hoc porrò uitium Græcis κνηθὼς dicitur, eoq; à uocata nobis ſcabie (quam Lepram Galenus, & Græci omnes nominant) differt, quòd in hac & plus ſit ſuccι, & ſuccus ipſe craſſior, & ſæpe etiam lentior, tum etiam, quòd qui pſoram, & lepram faciunt ſuccι, hærentes non in cute tantum, ſed & in carne ipſa ſunt, uarijq; generis puſtulas excitant, in pruritu ea non eueniant, quòd & mitior & tenuior ſit ſuccus, & ſummam tantum occupet cutim: quæ Auicennæ etiam eſt ſententia. Ad cutis item uitium pſora, & lepra pertinent. Sed hoc tibi maximè lector duco cauendum, ne lepram hic à Galeno nocatam, eandem morbi ſpeciem cum ea quam ſimuli nomine Arabes nominant, eſſe exiſtimes, quum ſint certè longè à ſe diſtantia. Arabum enim lepra peßimi generis morbus eſt, ex atra bile in uniuerſum corporis habitum redundante: ut Auicenna, Raſis, Serapio, Haliabbas, cæteriq; eiuſdē factionis omnes. Verum hunc ipſum morbum Galenus, non Lepram, ſed Elephantiaſin potius iure optimo nominandum cenſuit: quòd quæcunq; de Lepra morbo, Arabibus dicta ſint, ea Elephantiaſi uniuerſa, à Galeno, Paulo, Aëtio ſint attributa. Vnde conſtat Arabum lepram, Græcorum elephantiaſin & eſſe, & nominari, uti ex Galeno, Aëtio, Paulo, Celſo Plinioq; colligi quàm apertißime poteſt. Qui ſiue morbi naturam, ſiue morbificas cauſſas, ſiue ſymptomata, curationem denique ipſam ſpectes, ea ab ijs de elephantiaſi dicta inuenies, quæ de lepra ab Arabibus referuntur. Lepra uerò Græcorum, cutis tantum uitium eſt ſcabiei proximū, idemq; quàm ſimilimum: uti ex Hippocrate lib. de Morbis, ex Galeno lib. de Tumoribus præter naturam, & in introductorio, ſiue is Galeni fuit, ſiue cuiuſuis alterius, ex Paulo item lib. IIII. cap. II. probari uel apertißime poteſt. Pſora uerò à uocata lepra hoc differre traditur, quòd λέπρα cum manifeſtis ſquammis cutem profundius depaſcitur, ψώρα extimam tantum ſuperficiem uarijs figuris lædit, & furfuracea quædam remittit: cui & ipſi propriè Latini Scabiei nomen accommodarunt. Conueniunt uerò, quòd in utriſq; aſpredo quædam cutis, cum pruritu, & corporis extenuatione ſubſit: uti latè doctißimus Manardus lib. Epiſt. Medi. VII. epiſt. 2. & Fuchſius in re medica, & bonis literis omnibus ap

Inæqualitas quę morbos p̄cedit qualis ſit motus.

Pruritus.

Excrementa in quibus abundent.

Paulus lib. 4. cap. eodem.

Auicēna. Fen. 3. 4. trac. 3. cap. 6.

Lepra Græcorum.

Pſora & lepra.

Scabies.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 310 sur 428

bus apprimè uerſatus, lib. Paradox. 11. cap. v 1. demonſtrant. Qui quum hæc omnia nõ minus accurate, quàm doctè pertractarint, idq; ampliſſimis illuſtrium in re medica autorum teſtimonijs, non eſt quod in his latius explicandis durioꝛe labore contendam. Quæ uerò hic de Horroris, rigoriſq; cauſis dicta ſunt, tam facilè patent, ut commẽtationis luce non egere exiſtimem. Quamobrem ad reliqua propero.

QVOD uerò ad tuſsim, ſternutamentum, & ſingultũ attinet, tuſsis quidẽ cauſſa, tum in pulmone, tum gutture, tum etiã thorace conſiſtit: ſternutamenti in naribus, ſingultus uerò in uentriculo, & gula. Porrò in omnibus quæ dicta ſunt, unum commune habetur, nempe expultricem facultatem, ſeipſam ad uehementiſsimos motus excitare, quo excutiat ea quæ infeſtant, quemadmodum antea dixímus, tum alia quædam de ipſorum generatione, tum etiam quòd ſternutamentum ex accidente nonnunquam humorum in pulmone reſidẽtium, remedium eſt, licet eius rei gratia non fuerit excitatum. Sic etiam uẽtrem, & gulam, in quibus ſingultus conſiſtit ſternutamẽta purgant, idq; per accidẽs. Atq; hanc ob cauſſam inter ſingultus remedia numerantur. Quippe uentriculum ſimul impellunt muſculi, qui per uentrem & intenduntur, & contrahuntur, ut uiolenta fiat in moleſtas cauſſas, quas diſcutere oportet, incurſio. Dixímus iam ferè omnia, tum facultatum, tum functionum animalíum ſymptomata, ac cauſſas quoq; à quibus illa oriuntur. Atqui in primo uolumine nulla naturalis ſiue functionis, ſiue facultatis, ſymptomata tractauimus: in hoc uero ſecundo, propter ſermonis communitatem, nonnihil quoque de his dictum eſt. Sed proprium illis librum dicabímus, nempe tertium qui hunc ſequitur.

CVIVS generis ſymptomata ſint, tuſsis, ſternutamẽtum, ſingultus, & quæ horum cauſſæ, tum etiã quibus in membris conſiſtant, fuſiſſime antea à nobis cap. ſcilicet 111. & 1111. huius libri dicta ſunt, idq; etiam, expultricem in his facultatem ualido motu niti, ut noxia excrementa abijciat. Atq; item & illud, ſternutamentum non raro excremẽtorum in pulmone degentium, opportunum auxilium eſſe, quòd ualidè tum expultrix mota, excrementa facile quatiat, ſubindeq; foras pellat. Quin & hoc quoq;, ſternutamentum ea ſæpe diſcutere, quæ uentrem, gulamq; infeſtant, proindeq; inter ſingultus remedia haud iniuria numerari. Atque hic finem capiti facimus, ne repetita ſemel enarratorum lectio nauſeam faciat. Crambe namq; (ut eſt in prouerbio) bis poſita, mors eſt.

Caput

©BIUM

CAPVT VII.

VERVM ut in his duobus omnia animalis facultatis ſymptomata complectamur, de his quoq; quæ principes functiones impediunt, diſſerendum uidetur. Atq; in ipſis tria ſymptomatum genera deprehenduntur: unum quũ aboletur functio: alterũ quum lædítur: tertium quum in alienã ſpeciem degenerat. Aboletur quidem in ſtultitia (ut uocant) & obliuione. Sæpenumero autẽ morbi in abſceſſum declinãtes, ſtultitiã, aut obliuionem induxerunt. Sanè uidi nonnullos & literarũ & artium omnino oblitos, adeò ut ne nominum quidem ſuorum meminiſſent. Ita enim Thucydides ſcribit in peſtilentia eueniſſe, ex qua nonnulli, quum ſeruati fuiſſent, neq; ſeipſos, neq; ſuos neceſſarios agnouerunt. Atq; uiſi ſunt aliqui quibus extrema ſenectus, huiuſmodi attulit ſymptomata. Vnde manifeſtum eſt, & ſtultitiam, & obliuionem à frigore naſci: quippe medicamentis, quæ huiuſmodi ſymptomata facere poſſunt, refrigerandi facultas eſt. Hæc igitur ſymptomata, cerebri corpus refrigeratũ eſſe declarant. Quemadmodum & apoplexia, & morbus comitialis, ob pituitæ in uentriculis ipſius aceruatæ multitudinem accidere uidentur. Proinde horum ſymptomatum, tum generatio, tum ſolutio, ſubitaria eſt: id quod per corporũ intemperiem fieri, haudquaquam poteſt. At modica offendicula, ac ueluti torpores, tum rationis, tum memoriæ, ob minorem eueniunt refrigerationem, aut ob frigidum aliquod medicamentum, uel corpori ingeſtum, uel capiti adhibitum, aut ob ſuccum aliquem frigidum in cerebro congeſtum.

Lib. 2. Anim. mem. Lib. 3. cap. 3.

Lib. 3. Loc. affect. cap. 10. & cap. 7.

QVVM *quatuor Galenus de Symptomatis in uniuerſum libros ediderit, in primo illorũ differentias tantum enumerauit, nulla naturalis uel functionis, uel facultatis mentione facta. In reliquis uerò ſubſequẽtibus libris, de ijs obiter nonnulla tractauit, ſperãs de huius ipſius facultatis pathematis diſputandi libro ultimo plenam ſibi copiã dari. Quò uerò omnem hoc libro de Animalis facultatis ſymptomatis tractationẽ abſolueret, de ijs quoq; quæ principes animæ facultates lædere poſſunt, ſermonẽ poſtremo hoc capite inſtituit. De quibus tamẽ nonnihil antea, cap.* 111. *lib. tertij uiſum. Earũ uerò principũ facultatũ noxas intelligere quis minime poterit, ni & functionũ quoq; prius meminerit. Sunt autem principis huius potentiæ functiones, ut uariæ, ſic non ſatis expoſitæ, & ab ijs quæ ab* Naturalibus *uocatis facultatibus fiũt, lõgè aliæ. Itaq; cõceptas rerũ ſenſatarum imagines tenere, meminiſſe, cogitare, eligere quicquã, & proſequi, aut contrà*

Principis facultatis functiones.

contrà odiſſe,& fugere:ratiocinari,aliud ex alio concludere:quæ ſecum mutuo pugnent,quæ conſentiant,intelligere: ſecretas item ab omni materiæ contagione,ſubſtantias concipere:uniuerſalia noſſe,harum facultatum munia peritiſſimi quiq; tum Philoſophi,tum Medici eſſe merito cenſuerunt. Læſam uero tum iure optimo unam quampiam ex principibus facultatibus dicimus, cum eius functio malè fit,hoc eſt,uel omnino perit,uel in alienam quandam naturam degenerat, uel tandem imbecilliter procedit. In obliuione igitur, & ſtulticia perit omnino principis facultatis actio:quum ſit,uel eiuſdem Galeni teſtimonio,ſtulticia,intellectus,& rationis amiſſio. unde cõſtat per ſtultitiam,ratiocinandi,intelligendiq; munus auferri. Quamobrem quum ſupremæ in nobis potentiæ ea ſint munia,qui ſic afficiuntur ut ratiocinari non poſſint,amentes ſeu mauis dementes,merito poterunt appellari:quòd mente, & intellectu prorſus careant. Vnde nec delectu agere,nec utilia proſequi,aut noxia uitare poſſunt:uti ſuprà lib.3.abunde nobis ex Galeno monſtratũ. Hiſtoria uero Thucydidis de amiſſa per Populares morbos memoria, eadem & ipſa quoq;,eodem lib.recenſita eſt. Nec ab peſtilentibus tantum morbis memoriæ fieri ablationem, ſed & per ſenectutem quoq; (unde matrem obliuionis eſſe dictam,prouerbio uulgatum eſt) teſtatum hic facit Galenus.ſicuti & illud, refrigerationem hæc omnia cerebri indicare.De apoplexia,& comitiali iam antea uiſum.

Gal.3.de Locis,cap.4 & 5.

Amentes ſeu. Dementes.

Suprà. lib.4.& 3.& 4.de loc.

PORRO omne delirium,deprauatus eſt principis facultatis motus,à prauis ſuccis,aut cerebri intemperie ortũ habens. Ac phrenitis nominatur,ſi febris acceſſerit:mania uero,ſi cĩtra febrim accidat. Hæc interim mordaces ſequitur ſuccos, qualis eſt præcipuè flaua bilis, interim uero à calidiori cerebri intemperatura naſcitur. Sola autẽ melancholica (ut uocant) dementia,à frigidiori ſucco,ut cauſſa,euenire ſolet. Nã phrenitis non ſimpliciter ob calidos ſuccos accidit, ſed quĩ phlegmonem,uel in cerebro, uel in ipſius membranis pariunt.in aliis uero febribus deliria mouentur,huiuſmodi ſucco in cerebro abundante. Atq; ea quæ in acutiſsimarum febrium uigore oriuntur,mordacem,calidumq; uaporem habent,cerebrum occupantem. Melancholicæ autem dementiæ,uariæ ſunt ſpecies,prout in ipſis particulatim,doloſæ,ſuſpectæq; imaginationes apparent.in omnibus autem unum cõmune habetur,quod Hippocrates quoq; dixit,Si timor, & mœſtitia diu perſeuerant,atram bilem ſignificant: Quippe omnes præter rationem mœſti ſunt. Quòd ſi eos interrogaueris quamobrem triſtentur,non habent quod reſpondeant. Ac non pauci ipſorum mortem, atque alia quædam haudquaquam timẽda,timere uidentur. Sunt qui uehemen-

Hippocrates 6.aphor. textu.23.

©BIUM

ter cupiant mori. Quòd uero atra bilis, rationalis animæ arcem occupans, timorẽ, mœſtitiam, & mortis expectationem inducat, nihil mirandum eſt, quum uideamus in rebus externis nihil magis quàm tenebras nos perterrefacere. Si igitur quidpiam tenebris ſimile, rationali parti animæ circumfundatur, hominẽ ſemper timere neceſſe eſt, ut potè qui ſemper timoris cauſſam in corpore circumferat. Quod enim nobis extrinſecus accidit, quũ ambiens nos aer, uaſtiſsimis tenebris fuerit obſcuratus, id melancholicis ab intimo corpore erumpere uidetur, occupante cerebrum, uel ipſamet atra bile, uel uapore quopiam melancholico, ut in eo morbo, quem & inflantem, & hypochondriacum appellant, euenire uidemus.

Cap. 6. lib. 3. aff. affectus.

Principis facultatis actionũ ſecundum naturã modus.

DEPRAVATI *hi certè principis facultatis motus intelliguntur, qui aliorſum quàm pro naturæ modo fiunt. Eſt autem hic naturæ modus, ut dum animo ualemus, mentiſq; ac rationis compotes ſamus, obiectarum quarunq; rerum notiones integras, delectumq; habeamus, ut iudicio, & exacta mentis intentione ſingula quæq; expendamus, noxia uitemus, utilia amplectamur, honeſta, & præclara proſequamur, turpia & humilia deteſtemur. Qui uero delirant, præcipites ad omnia ſine præmeditatione, conſilioq; feruntur, apprehenſionem quidem habentes, delectum conceptarũ rerum non habentes, quòd ſæpe pro utilibus noxia, pro honeſtis turpia proſequãtur. Decori autẽ cum nullam rationẽ ſeruant, tum certè ad audax quodq; facinus, & impudens maximè prompti, proniq; ſunt: præſertim quibus mordax bilis cerebrũ occupans, rationalem animæ partem tentauerit. Proueniunt uerò motus ij omnes ab acribus omnino excrementis: aut uaporibus calidis cerebrum intemperantibus. Atq; in horũ ſymptomatum albo, & Phrenitis, et Mania, & Melancholia iure certè optimo collocantur: quòd deprauatæ ſint ſuperioris in nobis potentiæ motiones. Phrenitis namque, cum febre delirium eſt, à calidis ortũ ſuccis, quum hi ſcilicet phlegmonem in cerebro, eiusue membranis acceruerint. Febris autem ob id perpetuò affectum hunc comitatur, quòd excrementorum acrimonia, unde is pendet affectus, febrim nullo labore accendere ſoleat: quòd etiam, inflammati cerebri noxam, cor per ſympathiam facile ſentiat. Maniam uero ſine febre delirium eſſe, à calidis tamen, & mordentibus ſuccis natum, Galenus ſtatuit. A Manibus uero dijs nomen traxiſſe docti plæriq; cenſent, aut ab Mania ipſa Laruarum matre, ac ipſis potius Manijs, quas Laruas nonnulli eſſe uolunt, & nutrices pueris, ut terreant, minitari ſolent: Nam qui ſic afficiuntur, mortem, tenebras, laruas inaneis meditantur, eáq; tanquam obtutibus eorum præſentia ſibi in animo fingunt, ſed hæc omnia cum furore, & animi impotẽtia. Melancholia porrò morbus eſt, à ſui generis humore, hoc eſt, melancholico, ſeu atrabilario ſucco naſcẽs, atq; principis facultatis functiones peruertens: hanc Galenus Dementiam melancholicam*

Phrenitis.

Mania.

Mania unde dicta.

Laruæ.

Melancholia.

lancholicam nominat. Porrò quæ per febrium incrementa, & uigores deliria fiunt, ad hoc quoq; deprauatarum functionũ genus ſunt referenda. Proueniunt uerò ab acutorum uaporum ſurſum elatione, non etiamdum ab cerebri inflammatione: Paraphroſyne delirium huiuſmodi dici ſolet. Commune id autẽ omnibus melancholiæ ſpeciebus habetur, ut eas omnes timor, mœſtitiáq;, ceu anteambulones, præcedant, inquiente in Aphoriſmis Hippocrate, ἢν φόβος καὶ δυσθυμίη πολὺν χρόνον διατελέῃ, μελαγχολικὸν τοῦτο, *id eſt, ſi timor, atq; mœſtitia longo tempore habentes perſeuerent, ex eo atra bilis ſignificatur. bona certè id ratione: quòd mœroris ac mœſtitiæ qui ſic laborant, internã ſecum habeant cauſſam, atram ſcilicet bilim cerebrum occupantem. Quæ quum & ipſa tenebrarum ſit quàm ſimilima, nihil mirum ſi tenebras, mortes, inferorum umbras, & huiuſmodi alia perpetuò meditantur. Quid enim non horrendum metuere poſſit anima, hoc contagio infecta? Sed quum abunde de tota re Hippocrates lib. de inſania, & Galenus 3. de Locis pertractarint, finem iam huic libro facere uiſum eſt.*

Hippocrates 6. apho. ſect. 23.

FINIS LIBRI QVINTI.

CL. GALENI DE SYMPTOMATVM CAVSIS, LIBER SEXTVS,

*

CVM FRANCISCI VALLERIOLAE MEDICI COMMENTARIIS.

CAPVT PRIMVM.

SYMPTOMATA quæ in naturalibus, tum actionibus, tum potentijs eueniunt, eandem habent inquiſitionis uiam, & rationem cum ijs, quæ animali potentiæ ſuperueníre ſolent. Ac operæprecium fortaſſe fuerit, ut quemadmodum in his particulatim per ſpecies exercitati ſumus, ita & in illorum ſpeciebus exerceamur. Itaque caput huius rei fuerit, ſi omnes cauſſas quæ potentijs noxam inferre poſſunt, noſcere uoluerimus, ut quo pacto dum ſanæ ſunt, ſuas actiones perficiunt, noſcamus. Etenim ſi terendo, uentriculus cibos cõcoquit, ſi, quo minus terat, impediatur, cruditatis efficit ſymptomata. Porrò, ſi nihil omnino

Concoctionis ſymptomata.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 315 sur 428

terat,etiam nihil omnino concoquere: si uitiosè terat, uitiosè quoque concoquere dicetur. Eadem ratione si putrefaciendo concoquit, nisi putredinẽ induxerit, haudquaquam concoquet. Verum si concoctio ipsa, ut nos demonstrauimus, alteratio est secundum qualitatẽ, quam nimirum uentriculus facit, dum sibi cibos similes reddit, nemo negauerit alterationis errorem, symptoma fore concoctionis. Quòd si nulla penitus fuerit alteratio, uocabitur hoc symptoma cruditas, haud aliter quàm uel immobilitas, uel sensus priuatio in animalis potentiæ actionibus, significans præcipuæ partis animæ actionum & abolitionem, & priuationem. si uero fiat quidem alteratio, sed non ut oportet, uocabitur & hæc cruditas, non priuationem, ut prius illud symptoma, sed uitium duntaxat significans. At uicium bifariam accidere solet, aut enim tarde alterantur cibi, ut uix propriam transmutationem suscipiant, aut corrumpuntur omnino, ut nullam concoctionem admittere possint: illud Bradypepsia, id est, tarda concoctio, nominatur: hoc, nullum proprium nomen obtinet. Atque huiusmodi sunt concoctionis noxæ.

Concoctio quid.

Cruditas qd.

Bradypepsia. Tarda concoctio.

Methodus cognoscendi morbificas causas & symptomata.

QVA *methodo animalis potentiæ, functionumq; eius symptomata sunt inuenta, eorumq; symptomatum caussæ perueſtigatæ, eadem sanè facultatis ad naturam spectantis symptomata inueniri posse pro confesso uult haberi Galenus. Qua in re præcipuũ illud haberi debet, ut si morbificas caussas quæ potentijs naturalibus noxam inferre possunt, noscere uoluerimus, omnium primum, actionum earum modum, quem secundam naturam seruare solent, noscamus. Nam ab eo modo aberratio, eius potentiæ iure symptoma dicetur: quod bellißime Galenus in uentriculi functione declarat. Equidem si uel terendo, uel putrefaciendo, cibum uentriculus conficiat, uitiari quidem eius actio dicetur, si uel non recte cibos conterat, uel non recte putrefaciat. Ita etiam si alterando, cibum concoquat uentriculus, ab huiusmodi alteratione aberratio, concoctionis certè symptoma erit. Concoctionem porro, alterationem quandam esse, Galeno pluribus locis testatum est: quum sit nimirum nutrientis in propriam qualitatem eius quod nutritur mutatio: à qua sanè si uentriculus uitio quopiam defecerit, uitiari quidem functionem ipsam pro magnitudine affectus, nemo est negaturus unquam: uocabitur que pathema huiusmodi, Cruditas: ἀπεψίαν Græci uocant. Abolita uero tum iure concoctio dicetur, quum alterationis in cibum nihil prorsus à uentriculi facultate ceciderit: quæ exacta cruditas nuncupari solet: qualis utique per intestinorum leuitates accidere consueuit: ut per quas quæ intrò esculenta, poculentaq;*

Gal. 3. de Sym. diff. 2. de facul. natu. & cõmentario. 1. ad lib. epidi. Hippocratis & 6. de cõpo. medi. secundum locos.

Cruditas exacta.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 316 sur 428

culentáq; assumpta sunt, ita deijciuntur, qualia fuerunt deuorata, eodem attestante Galeno. Atq; hæc concoctionis abolitio, similitudine quadam immobilitati, & sensuum priuationi respondet. Nam ut per huiusmodi symptomata animalis facultas ab sua ipsius functione cessare omnifariam dicitur, sic & in exacta cruditate uentriculus, naturalisq; facultas. Porro si quadamtenus, sed non ut oportet, alterari in uentriculo cibum contingat, cruditas & hæc censenda erit, at non abolitionem actionis (ut illa prior) significans, sed corruptelam, depravationemq; quandam, uel tardam immutationem: quam βραδυπεψίαν nominant: nam altera priuatim, nullum proprium nomen obtinet.

Gal. 6. aphoris. com. 1.

QVARVM causſa communis quidem est, alteratricis potentiæ à scopo aberratio, hæc tum per species, tum per genera diuiditur. Quippe duo prima sunt genera aberrationis, unũquum potentia ipsa affecta est, alterum ab externo quopiam errore nascitur. Atq; utrunq; rursus diuiditur. Nam potentia bifariam lædítur, aut per suam ipsius essentiam: aut per aliquem instrumẽtorum morbum. Error uero extrinsecus adueniens, & ipse triplex est: unus à uentriculi excrementis, alter à cibis, tertius à dormiendi tempore oritur. Iam in propria essentia noxæ intemperies quædam agentium qualitatum sunt. Ab instrumentis uero pendent Erysipelata, œdemata, phlegmone, scyrri, abscessus, & alij quidam huiusmodi morbi. Atq; horum alij simplices, alij compositi in uentriculo consistunt: propter quos omnes uentriculus malè concoquit, ipsius potentia qua concoquit noxam sustinente. per intemperies quidem, in sua ipsius essentia, per alios uero morbos qui instrumentales sunt, impedita dũtaxat. Quod si cum intemperie instrumentorum morbi componãtur, utroq; modo noxam patietur. Atq; ob omnes iam expositas causſas, uentriculus malè concoquere solet, uel nullo in cæteris incidente errore.

Aristot. 1. de anim. text. 1. Lib. 4. meteorol.

Lib. 14 meth.

CRVDITATIS omnis, siue absolute cruditas sit, siue tardà concoctio, causſa in uniuersum est, facultatis uentriculi alteratricis à proprio munere uel cessatio, uel certè aberratio: quam & ipsam non unice homini euenire contingit. Siue enim quis uel deprauatè, & in alienam quandam qualitatem cibos alterat, siue tardè conficit (quæ duo aberrationis sunt genera) id totum uel alteratrice affecta potentia, uel errore quopiam incidente euenire consueuit. Potentiam autem ipsam multifariam affici peritißimi quiq; existimant, ut interdum intemperie quapiam ex ijs quæ præter naturam sunt infestante, noxam ipsa sentiat. Non-

Cruditatis omnis causſa.

Ag dormientibus maxime pravus mixtus, atq; autem potestas altera pars operans videtur. Aristot. lib. de anima.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 317 sur 428

nunquam ab instrumentario quopiam morbo, ut obstructione, abscessu, ulcere, lædi eam contingit: & hæc quidem ad potentiam ipsam spectant. Erratur autẽ in concoquendi functione, uel ciborum, uel excrementorum in uentriculo contentorum uicio. Nam ab ijs in ipso degentibus, noxam uentriculus contrahit, ita 7. Methodi asserente Galeno. Erratur item somni parcitate, intẽpestiuo'ue usu: cuius si congruus sit modus, ad cibi concoctionẽ non minimũ momenti, & præsidij adfert, uti 4. de San. tu. & 7. Methodi latè explicatur. Itaq; per intemperies uentriculum lædentes (quas octo esse in medendi Methodo assertum est) coctionem uitiari constat, propria utiq; secundum sui essentiam facultate læsa. Quæ tum propriè per essentiam lædi dicitur, quum illius instrumentum primigenia quapiam affectione laborat, nempe intẽperie una quapiã ex ijs quæ præter naturam dici solent. Quòd si instrumentario quopiam morbo eadem pars teneatur, nempe erysipelate, œdemate, phlegmone, scirro, abscessu, noxam quidem per sui essentiam non sentit facultas, uerum à sua tamen actione impeditur, quominus recte eam perficere queat: tumq; impedita esse iure dicetur, læsa non item. Nam id tantum (uel ex hoc Galeni loco) lædi, noxamq; sustinere dicitur, quod secundum sui ipsius essentiam patitur: id impediri, quod à suo munere prohibetur, nulla in sui essentia existente lesione. Quod tum euenit, cum non in præcipua, & similari functionis effectrice parte, sed in alijs instrumenti partibus uitium constiterit: tum enim, lædi facultas minime dicitur (parte utiq; functionis principe minime læsa.) sed impediri tamen iure optimo dicetur. Cuius simile in organis sensuum suprà ostendimus. Nempe uidendi (exempli gratia) functionem propriè lædi dicimus, quum pars uisionis effectrix primò læditur ipsa. Quòd si alteri cuipiam parti uisioni usum aliquem præstanti, morbus acciderit, unde uisio ipsa minime fieri possit, crystalloidẽ nihil perpessa, uti in pterygio, & similibus morbis euenire sæpenumero solet, tum quidem impediri crystalloiden, non etiam lædi dicemus. Cætera in contextu posita, patent.

Errata in concoctionis functione.

Somni in concoquendo cibo utilitas.

Facultas alteratrix, per essentiam lædi quãdo dicatur.

Impediri quid. Lædi quid.

E CONTRARIO uentriculo haud quaquam affecto animãs non concoquit, aut propter ciborum, potionumq; immodicam quantitatem, aut prauam qualitatem, aut quia intempestiue, aut non recto ordine ingeruntur, aut excrementum inutile, aut somnum breuem. Porrò ubi uitiosa ciborum qualitas infestat, aut excrementa in uentriculo redundant, malam concoctionem corruptio comitatur: quãquam & ordo præposterus, & cibus intempestiue exhibitus, idem efficere possunt. Ordinem præposterum appello, si quis, exempli caussa, cotonea mala, aut punica in primis ingesserit, mox holera sumat ex oleo, & garo: intempestiuum uero cibũ uoco, si quis in aurora, anteaquàm uel ipse modicè fuerit exercitatus, uel hesternus cibus descenderit, prandium sumat. At corruptela, si nidorem referat, à calidis, biliosisq; cibis accidit: si acidus fuerit

Ordo præposterus.

Intempestiuus usus.

Nidorosa corruptela.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 318 sur 428

fuerit ructus, à frigidis natura, atq; pituitosis. Similiter de excrementis dicendum est: quippe acidum ructum excitãt, pituitosa, frigidaq;, nidorem bilíosa, & calída excrementa. Atq; uentriculus quoq; per morbos frigidiores, acidos ructus, per calidos uero, bilíososq;, nidorem ructat. Bradypepsia, id est tarda concoctio, fit, quia difficulter cibi corrũpuntur, uel, quòd potentia illos non superat, uel, quòd somnus breuior fuit, quàm ut eos uincere posset. ubi uerò citra corruptelam cibus omnino coctione priuatur, tum scire oportet uentriculum planè uictum esse, uel ab immodica multitudine, quam potentiæ imbecillitas ferre non potuit, aut à uehementi frigore. Quippe uentriculus in huiusmodi constitutionibus, ita à coquendo cessat, ut nè aggrediatur quidem omnino concoctionem.

Acida corruptela. Gal. 1. Lib. 6 aphor.

Acidus ructus & nidorosus.

VITIATAE *concoctionis causas latius persequitur hoc loco Galenus, indicãs, nullo subsistente in uentriculo affectu, uitiari nonnunquam concoctionem solere, idq;, uel ob ciborum immodicam copiam, uel eorundem qualitatem noxiam, intempestiuum usum, aut præposterum ordinem, aut etiam excrementorum in eo degentium corruptelam, aut somni deniq; inopiam. Itaq; si uel copiosior paulò, quàm par est, ciborum ingestio fiat, uel cibi ipsi unam aliquam qualitatẽ sint nacti à temperamento alieniorem, aut non in tempore cibus sumatur, aut præposteró ordine aut excrementum aliquod secundum ima uentriculi redundet, aut à cibo somnus non accedat, quodcũq; horum euenerit, concoctionem interturbare, & quo minus recte procedat, impedire potest. Nimia quantitas perpetuò: quòd natiuum calorem quasi præfocet, & obtundat: haud secus quàm solẽt uiridia fœco circumposita ligna, si multa fuerint: quæ docta Galeni est sententia. Quod enim copiosius est, deterius in uentre & uenis conficitur. Sic namq; ille 4. de Sani tu. Qualitates porrò ciborum hæ maxime lædere consueuerunt, quæ uel longissime à temperamento recedunt (quum familiaria magis, eadem sint & utiliora: eoq; maxime, si Galeno creditur, exhibenda) uel occultiore quadam ui, ac tota substantiæ (ut aiunt) proprietate lædere uentriculum possunt. Prioris ordinis sunt, uehementer calidi, item & frigidi cibi, ad hæc glutinosi, crassi, acuti, nidorosi, insipidi, molles, lenti, & in uniuersum quicunq; aduersa quapiã qualitate, naturæ negotium faciunt, & difficulter confici possunt: unde merito κακοχυμα, id est, uentriculo malo, dicuntur. Posterioris sunt ordinis uenenosa cibaria cuncta, fungi, tubera, uitiati fructus, & quæcunq; marcidam, putremq; substãtiam habent. Intempestiue porrò is sumitur cibus, qui priore nondũ confecto, necdũ in aluum demisso, ingeritur: quæ sanè ingestio eruditatis omnis certissima causa esse solet: qui item non præeunte corporis exercitio assumitur, intempestiue is etiam sumi iure dicetur. Quamobrem appositissime illud ab Hippocrate dictum uidetur, labores cibum præcedant. Atq; hic quantum hodie à*

Viciatæ coctionis causæ.

Gal. 1. aphoris. com. 14.

Gal. 4. therapeu.

Hippo. 6. epid.

plæriſq;

pleriſq; peccetur, ut ſunt corruptiſſima uitæ hominum inſtituta, & omni intemperantiæ, libidiniq; prorſus expoſita, paulò attentius uelim animaduertant, qui uentri, & gulæ ſeruiunt, quiq; curandi corporis (ut ipſi uocant) cauſſa, ut ego, negligendi, & perdendi, ſeſe à ſummo manè ad ueſperam, multo, uarioq; cibo ac potu implent. Qui & ipſi quàm longe à recta curandi corporis methodo, & ſeruandæ ualetudinis norma diſcedant, uel ex hoc uno Galeni loco perſpicere plenè poſſunt, iubentis, non ante congruam corporis exercitationem cibum ullum cuiquam eſſe ſumendum: quum tamen non paulo plurimi quaſi ſe abdomini nati exiſtimẽt, uix dum excitatis à ſomno ſenſibus, cibo, potuq; ſe ad ſummas uſq; fauces ingurgitant, cibumq; cibo excipientes, toti ſunt in tentaculis, compotationibus, prandijs, merendis, cœnis, antecœnijs, & comeſſationibus. Verum qui ita uiuunt, meminerint ſe neglectæ artis magno ſuo malo pœnas aliquando daturos, dum ſcilicet crudis ex intemperantia aceruatis ſuccis podagras, lepras, carcinomata, putredines, febres, malos habitus non ſine uitæ diſcrimine excitabunt. Quòd ſi leuiora hæc fortaſſe putauerint, acerbam ſaltem diuini uatis Eſaiæ, iramq; plenam metuant comminationem. Vt (inquit) qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum uſq; ad ueſperam, ut uino æſtuetis. An non igitur præſtat temperantia, & parcitate animum corpusq; uegetum, ac ſanam ſeruare, quàm crapula, delicijs, & immoderatione infirmum, morboſum, Deoq; ipſi Optimo, Maximo odioſum reddere? Sanum autem ita ſeruabimus, ſi dictis Galeni audientes, nos illi regendos permiſerimus, ut ſcilicet, nec ante exercitationem cibum ſumamus, nec prius etiam quàm probè inanita ſint uaſa, & ſuperioris concoctionis uacuata ſint excrementa. Quæ ſanè omnia ad tempeſtiuum ſumendi cibi modum pertinent: Sicuti ad præpoſterum ordinem illa, ſi quæ prius ſumi debent, poſterius ingerantur. Debent autem, ſecundum Galeni ſententiam, ea præponi, quæ facilius, ac nullo fermè labore ſubſidunt: quæ tenacius hærent, & difficulter labuntur, ea poſtremo, ac modicè ſumenda. Verum in huiuſmodi ordine ſeruandum eſſe modum, habendamq; tum aſſumentis, tum uentriculi rationem maxime opportunum cenſeo. Nam ſi cuipiam natura ſit uentriculus laxior, huic præſtiterit ſtiptica, & adſtringentia magis, laxantibus præpoſuiſſe, quò ab illis roboratus uentriculus reliqua melius conficere poſſit: Quæ Auicennæ, eſt ſentẽtia. Fen. 3. primi. An uero craſſus, ſolidioráq; natura cibus leuiorem, cõcoctuq; facilem præcedere, an ſubſequi debeat, id pro uaria hominum natura ita diſtinguendum erit, ut cui natura robuſtior, & calidior fuerit uentriculus, ualidaq; concoquendi uis (quod calidiore temperamento præditis peculiare eſſe ſolet) is tutò quidem ualentiora cibaria minus ualentibus præponere poſſit: quòd uehemens uentriculi uis, ſubtilia ſi præmittãtur, quaſi uorax ignis abſumit, craſſiore uero oblato, & qui non facile uincitur, obtuſa ignea ui perfectior concoctio ſequetur. Contra uerò cui imbecilla eſt concoquendi uis, ipſeq; natiuus calor modicus, huic tenuia craſſioribus præpoſuiſſe ex uſu eſt: longiore enim mora craſſiora conficere infirmus uentriculus ſolet. Quamobrem ſi tenuioribus præponantur, corruptam omnino ſubtilium concoctionem ſequi oportebit. Haliabbas autem inter Arabes Medicos haud contemnendus,

Gale. 1. de alim. fa. ca. 11. & 19. & hic.

An craſſus cibꝰ leuiorem an cõtrà præcedere debeat.

Haliab. 1. practi. cap. 6.

nendus, bene degente corpore craſſiora tenuioribus præponi debere cenſet. Quod mihi ſic nude prolatum maxime non probatur, quum id ſæpenumero fallat, ſi exiguus ſit conficiens calor, & inualida concoquendi facultas, ut mox demonſtratum. Idipſum etiam quod Haliabbas, Auicenna fen. tertia, primi ſenſit. Verum non omnimodam ueritatem (ut dixi) continet: quum in his tantùm locum habeat, qui calidiore ſunt ſecundum uentriculum temperamẽto, & multa pollent concoquendi uirtute. In alijs minime tutum exiſtimo ualentiora imbecillioribus præpoſuiſſe: quæ docta Galeni lib. de Alimentis 11. fuit ſententia. Vt autem ad Galenum reuertamur, id quoque ſciendum, Quod in concoctionis euerſione poſſunt immodica cibi quãtitas, qualitas, intempeſtiuus uſus, & præpoſterus ordo, idipſum ſanè excrementa in uentriculo redundantia, & ſomni à cibo penuriam poſſe. Nam ut accedens ſomnus concoctionem maxime iuuat, ſic deficiens nocet. Diſſipatus nempe ob uigiliam calor, cibum nequaquam conficere poteſt. Excrementa porrò ſi nidoroſa ſint, & acuta, cibum corrumpunt, item & frigida. Ab his uerò acidi ructus, ab illis nidoroſi. Ex ſuccis autem in uentriculo conſiſtentibus, non minimam ipſi noxam inferri Galenus ſeptimo Methodi abundè monſtrauit.

Vide Galen. 1. aphor. cõment. 15. & 7. metho.

Vide Galen. 6. aphor cõment. 1. & 8. metho.

HVIVSMODI exemplis facile intelliges eas, quæ in uaſis accidunt cruditates, nam ad eoſdem modos reducuntur. Similiter & eas, quas tertia coctio parit, quas mox totius corporis nutricatio ſequitur, eandem habente proportionem ad uenas cibo, qui à uentriculo ipſis tranſmittitur, atq; ad carnes eo, qui à uenis in ipſas digeritur, quam habent cibi, potioneſq; ad uentriculum. Atque hæc omnia nobis indicauit præagnita concoctionis ratio. Quum enim temperiem huiuſmodi, quæ ex quatuor conſtat elementis, & quæ corporis uentriculi proprietatem conſtituit, ſciuerimus eſſe cauſſam alterationis ciborum, quodq; ad hanc rem non mediocriter confert calidum elementum, facile nobis uia oſtendetur, qua cruditatis quoq; cauſſas inueniamus. Atqui non ſolum per cruditates, uerumetiam in reliquis omnibus, tria ſymptomatum genera deprehenduntur: unum ueluti abolitio, uel priuatio eſt, uel quomodolibet nominare uolueris: alterum defectus, uel imperfectio actionis: tertium cum prauа, & erronea fit actio. Iam uẽtriculus (ut nuper dicebamus) actione priuatus dicitur, quum ne minimum quidem cibos alterat, imperfecte concoquit per bradypepſias, id eſt, tardas concoctiones. Deprauata uerò, & erronea actio uocatur, ubi cibos corrumpit.

Lib. 4. ſaniorum tuum.

Vide 1. lib. 6. aphor.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 321 sur 428

QVEMADMODVM quæ ad uentriculum referuntur, concoctionis euersiones, ex uaria uentriculi in cibos agentis affectione dignoſcuntur, ſic certè quæ in uaſis crudıtates fiunt, ex diuerſa ipſorum in ſuccos actione deprehenduntur. Sicut rurſus quæ in tertia concoctione uitia contingunt, ex membrorum ad alimentum uaria habitudine. nempe ut ſe habẽt cibi, potionesq; ad uentriculum, ita qui ab eodem ad uaſa mittitur cibus, & rurſus qui à uaſis ad carnes, & membra cætera tranſmittitur. Quamobrem ſi uentriculus ob læſam in eo alteratricem potentiam, uel externum quempiam errorem à cibi copia, noxia qualitate, intempeſtiuo uſu, præpoſtero ordine, aut tandem ſomni inopia prouenientem à ſuo ipſius munere defecerit, unde crudum relinqui cibum oportcat, conſequẽs quidẽ erit, ut, qui ad uaſa crudus mittetur cibus, illaboratus permaneat. Quòd ſi uaſa ſuccos non concoxerint, nec membra quidem ipſa conficere eoſdem poterunt: quum ita natura comparatum ſit, ut quæ ſeſe excipiunt concoctiones, poſterior priorem emẽdare minime ualeat. Quamobrem ſi prior à ſuo ipſius munere defecerit, & reliquas quoque quæ illam ſequuntur, errare neceſſe erit. Sic enim de eare IIII. de Sanitate tuenda Galenus, Ergo, inquit, ſiue panis non ſatis eſt coctus, ſiue caro, legumen'ue intra modum elixum, fieri nequit, ut hæc uenter probè concoquat. Eadem uerò ratione ſe habent, & quæ in uentre malè ſunt confecta, ad ſecundam concoctionem, quæ agitur in uenis, qua malè præparati cibi, ad concoctionem, quæ eſt in uentre. Quin etiam quæ in uenis malè ſunt concocta, ſic ſe habent ad concoctionem, quæ agitur in carne, quemadmodum ſe habebant cibi, ad eam quæ eſt in uentre, & quæ ex hoc ſubeuntia, ad eam quæ eſt in uenis. Ergo nec uenter externa quæ ſumpſit, exactè concoquit, nec uenæ hæc quæ à uentre excipiunt: ſed nec carnes quæ ex uenis, ubi probè antè non ſunt confecta. Ex quibus ſanè uerbis teſtatiſſimum relinquitur, quod mox aſſumpſeramus, nempe, priorum facultatum in coctione munia à poſterioribus corrigi minime poſſe. Quam & ipſam ſententiam rurſus idem autor tacitè explicare uelle eſt uiſus II. de Alimentorum facultatibus, dum de uuis loquens, bonum eas, & innoxium præbere corpori alimentum aſſeruit, modo exactè prius in uentriculo concoquantur: quaſi id ſenſerit, nihil prorſus bonum poſſe corpori alimentum præſtare, ni prius exactè à uentriculo elaboretur, & concoquatur. Itaque quemadmodum uentriculus iuſta temperie quadam cibos conficit, ſic uaſa quoque. Atque etiam ſi ab eo temperamenti modo receſſus fiat, conſtat certè nec uentriculum ipſum, nec uaſa probè ſuum munus exequi poſſe: unde eruditatem oriri conſequens quidem erit. Quicquam uerò à ſuo munere deficere, trifariam contingit: Nam aut tollitur in totum, & perit actio, aut imbecilliter fit, aut deprauate. Priuari tum actione (exempli cauſſa) uentriculus dicitur, quum ne minimum quidem cibos alterat (quod ſanè uitium, exactam eruditatem nominare ſolemus) & magnam in ipſo euerſionem, aut per eſſentiam, aut per conſenſum factam eſſe indicat: quum nequicquam cibos uentriculus immutare poſſit. Quod in leuitate maxime euenire uidemus, ut in qua, atteſtante Galeno, talia deijciuntur aſſumpta, qualia deuorata fuere. Deprauata tum eius in cibos fit actio, cum in alienam quandam qualitatem

Cruditatum in uaſis dignotio.

Concoctiones ſeſe inuicem emendare non poſſe, ex Galeno probatur.

Exacta cruditas.

Gale. 6. aphor. comment. 1.

litatem immutat: infirma, cum ægrè, & magno cum labore conficit: quod pathema tardam concoctionem uocamus. Eadem de Vasorum concoctione dici debent, quæ de uentriculo dicta sunt.

Tarda concoctio.

PORRO in uenis actionis priuatio deprehenditur, ubi humores omnino crudi relinquuntur. Eiusdem uerò defectio, quum semiconcocti sunt: sed deprauata actio fit, ubi uitiosi euaserint. Haud aliter in uniuerso animantis habitu, uelut priuatio actionis dicetur, si ibidem crudi cõstiterint humores: Defectio, ubi semicocti: Prauitas, quum fuerint uitiati. Ex huiusmodi uitiatis succis generantur Erysipelata, cancri, gangrænæ, phagedænæ, carbones, Herpetes, atq; alij id genus morbi. Atque omnium horum symptomatum causæ non diuersi generis sunt à prioribus quas de uentriculo diximus. Etenim aliæ ad potentiæ imbecillitatem, aliæ ad errorem qui circa cibos committitur, aliæ ad studia, & ea quæ extrinsecus animanti accidunt, referuntur, idq; eadem qua in illis ratione. Nam potentiæ imbecillitas interim peculiarem similarium partiũ intemperiem, interim non hanc, sed instrumentorum morbos comitatur. Porrò cibi deprauatio, tum ad multitudinem, tum ad succorum qualitatem refertur, quemadmodum & studia & ea quę extrinsecus occurrunt, ad ordinem præposterum, & intempestiuam (ut opinor) assumptionem pertinere uidentur. Atqui studia uoco equitationem, piscationem, uenerea, balneas, deambulationes, nauigationes, uenationes, atq;, ut simpliciter dicam, quicquid corporis seruitio gerimus.

Vitiati succi quid pariant.

Potentiæ alicuius imbecillitas unde.

Studia.

SICVTI *uentriculus eorum quæ ingeruntur, facultatem alterantem habet, ita & uasa: quod hic bellè Galenus docet: concoquunt enim succos uenæ, uti uentriculus cibos.* 11. *Præsagiorum, commento primo. De quarum concoctione sic loquitur* 11. *de Alimentis Galenus, Ergo quibus cucumeres (ait) benè concoquere datum est, dum in hoc fisi intrepidè, affatimq; his se explent, longi temporis tractu gelidum, & utcunque crassum humorem in uenis aceruari contingit: qui per eam, qua uenæ funguntur, concoctionem haud facile in probum potest conuerti. Eius enim quæ in uenis fit coctionis, succorum in nobis uarietas perfectionem, imperfectam'ue actionem demonstrat. Quibus nempe æquales, & bene temperati fuerint succi, his bonam in uasis fieri coctionem confiteri oportet: quibus crudi, aut quàm par sit calidiores, ijs imperfectam, & uitiatam: cuius sanè affectionis uenarum, lotium ipsum indicium efficax esse solet, uel Galeni sententia. Itaque ubi humores illaborati, & omnino crudi in uasis constiterint,*

De ea quæ in uenis fit coctione.

Gal. 4. de sa. tu.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 323 sur 428

Gal. 4. de simp. fac. cap. 14. noux uer.

abolitam uenarum functionem demonstrant, si semicocti sint, imbecillam, si uitiati, corruptam. Vocantur autē semicocti humores, uel Galeni testimonio, quicunque à calore nostro alterationem perpessi, non etiam perfectè ab eo fuerint superati. Ex crudis uerò succis mali habitus, anasarcæ, obstructiones, decolorationesq́;, Ex uitiatis herysipelata, cancri, gangrænæ, depascentia ulcera, carbones, herpetes, & id genus, fiunt: idq́; optimo iure. Cum enim ob eorum prauitatem, naturæ usui esse non possint, expultrix facultas his se exonerare cupiens, ad extimam superficiem, ceu inutilia, expellit, interiora nobilioraq́; membra purgans. Horum porrò omnium causſæ ad id referri debent, ad quod uitiata uentriculi functio, nempe, uel ad immutantis in toto potentiæ imbecillitatem, uel ad ciborum corruptelam, uel denique ad ea, quæ extrinsecus animanti occurrunt: unde transmutationi noxa sequitur. Sunt autem ea, uaria studia, uariæq́; motiones, quibus sese plerique hominum exercent, idq́; nonnulli à cibo. Atque huius generis motionum sunt equitatio, piscatio, congressus, balneum, inambulatio, uenus. Per hæc enim intempestiue assumpta, non minus quàm per uentriculi intemperies, & debilitatem eius potentiam, uitiari tum ciborum, tum succorum concoctionem contingit. Quin & longa, aut fortis à cibo meditatio, commentatio, lectio, scriptio, non minus ijs lædunt. Proinde literarum studiosos doctus probè Cornelius monet, ut si lucubrandum sit, ne post cibum id, sed post concoctionem efficiant. Præfata uerò studia ob id concoctionem impedire dicuntur, quòd eis motionibus conficiens minuatur calor, alioq́; euocetur, unde uel crudus in uentriculo manet succus, uel intempestiuus agitatus, & detrusus, illaboratus in uiscera fertur. Vnde obstructiones mali habitus, & quæ dicta sunt symptomata, fiunt.

Studia.

Celsus lib. 1. cap. 1.

IAM non satis fuerit Medicum sola symptomata, ipsorumq́; generationem inuenire, uerum generationis quoque modum, ut uarium inter effectrices causſas ordinem obtineant, scire necesse est. Neque enim solum id nosse conuenit, num uentriculus nihil omnino concoxerit, sed quamobrem ita euenerit, sciendum est, an ob uehementem coctricis potentiæ imbecillitatem, an ob immodicam multitudinem, an ob prauam aliquam ciborum qualitatem. Quippe si ciborum causſa symptoma acciderit, facilè corrigitur: si uerò ob extremum potentiæ casum, in lienteriam, id est, intestinorum leuitatem, aut in aquam intercutem, quam tympaniam uocant, permutabitur. Haud aliter de uenis quoq; dicendum est: non solum enim num sanguifica uis à scopo deciderit, inquirendum est, utrum ob sanguificæ potentiæ imbecillitatem (nec enim ineptè ita uocabitur) an ob multos, frigidos, eosdemq́; crudos humores, quos uentriculus uenis reddidit: si

Lib. 2. Coac. aphoris.

Tympania.

Lib. 4. humid. comment.

dit: ſi quidem hoc facile ſanari poteſt, illud in aquam inter-
cutem tranſit. Similiter in corporis habitu inquirẽdum eſt.
Quippe ob crudos humores afficiuntur, qui à morbis im-
modicè ſatiati, mox flatibus impleti per uniuerſum corpo-
ris habitum, aqua intercute infeſtãtur. Quibus uerò ob po-
tentiæ imbecillitatem id euenerit, in eam ſpeciem aquæ in-
tercutis incidere ſolent, quam Anaſarca uocant. Anaſarca.

QVO *ueram medendi methodum aſſequaris, cui intentus, curandi rationem*
omnem dirigas, non ſat quidem eſt ſymptomata inueniſſe, ſed & generationis
quoq; modum noſſe oportet, quem inquam effectrices inter ſe cauſſæ ordinem
obtineant. Vt ſi parum probè ſuo uentriculus munere fungatur, errare ipſum
ab ſcopo, id quidem cognoſcere non ſatis eſt Medico, ni & id quoq; ſciat er-
rare ipſum uel ſuo ipſius uitio, uel ciborum immodica copia, uel qualitate.
Nam ſi ſuo uitio laboret, atque ob id minus concoquat, in leuitatem inteſtino-
rum animans decidere conſueuit: quum ea nihil planè ſit aliud, quàm carentia
coctionis. Si ciborum culpa id euenit, ſoluta aluo, aut uomitu corrigi ſolet. Sic
de Venarum functione: ut quarum ab ſcopo aberratio, aquam intercutem ut
plurimam creare conſueuit, crudis nimirum in toto redundantibus ſuccis. Vnde
fit, ut facultas eos probè conficere non potens, à ſuo munere plurimum defi-
ciat. Atque hæc ipſa à ſuo munere ceſſatio eam aquæ intercutis ſpeciem facit,
quam Anaſarcam, ſeu λευκοφλεγμαϑίαν uocant. At de his ſub finem huius libri
plura dicemus. Vide Galen. 6. Aphor. com. 1.

CAETERVM, omnis intemperies ſi uehemens fuerit, uires
deijcit: quod ſi frigus uicerit, frigidos affectus efficiet: con-
tra, ſi calor: itidem in reliquarũ duarum qualitatum oppoſi-
tione conſiderare oportet. Porrò omnia quæ iam dicta ſunt,
una in re cõmunicant, nempe quòd maxime ab eo quod ſe-
cundum naturam eſt, aberrant. Nam ſi uentriculus in cibos,
quos conſueuerit quis accipere, & qui modũ non excedant,
omnino nihil agere uideatur, maxima ipſum intemperie af-
fici conijciendum eſt; quæ ſi immodico calore graſſetur, illi-
co cibi corrumpentur. ac communiter quidem corruptela
nidorem refert: priuatim uero quilibet cibus id nidoris ge-
nus refert, quod naturæ ſuæ proprium eſt. Sunt enim cibi,
qui poſteaquam corrupti ſunt, uirulentiam, aut cœni fœto-
rem reddunt. Nonnulli piſcium crudorum, aut alterius ab-
ſurdæ, explicatuq; difficilis putredinis nidorem referunt.
Nullus enim cibus, ſi immodice fuerit calfactus, ſine pu-
tredine permanere poteſt. Qui ſic affecti ſunt, ſiti cruciãtur,
atque in

Omnis uehemens intemperies uires deijcit.

atq; interdum paruis, tenuibus, ac hecticis febribus corripiuntur. Si ob frigoris uehementem intemperiem, cibus omnino crudus permanserit, ita affecti, neq; sitiunt, neq; febricitant, atq; ciborũ ipsorum qualitatẽ exacte percipiunt, siue ad ructum, siue ad uomitionem prouocentur. Quòd si leue aliquod coctionis uestigiũ cibis imprimatur, fueritq; ciborum natura, aut modicè temperata, aut frigidior, acidi ructus excitabuntur: si uero calidiori fuerint intemperie, aut suapte natura flatum excitare possint, uapore spiritúq; uentriculum implent. Atq; in huiusmodi intemperies facile labitur uentriculus. Verum ad tantam uel siccitatis, uel humiditatis intemperiem, ut actio eius aboleatur, uentriculus, nisi in multo tempore, peruenire non potest. Quippe oportet, ut aqua intercus, humiditatem, senectus uero, aut tabes, siccitatem præcedat. Sed huiusmodi differentiarum explicatio alterius fuerit negotij.

Vires corporis in quo præcipue sitæ.

VEHEMENS *omnis intemperies, ob id meritò uires conuellere dicitur, quòd in temperamento quodam, & symmetria eæ consistere soleant. Nam uirium substantia tum ex spiritu, tum ex carnosa specie, tum solidis ipsis completur, ut recte* X I. *Metho. Galenus sentit. Quamobrem si suam hæc symmetriam seruent, prorsus constare uires necessarium erit: si uero à iusto temperamenti modo recedant, tanto maiorem fieri uirium deiectionem oportebit, quanto ipsa uehementior intemperies fuerit. Vnde non immeritò à Galeno dictum est, omnem immodicam intemperiem, operationem, nedum uirtutem exoluere. Nam si uires deijciat, uti hìc docet Galenus, multo certe fortius operationem, quæ à uiribus, tanquam à caussa prouenit: functionis namque omnis facultas ipsa caussa est, si Galeno creditur. Itaque quum quicquid longissime naturæ modum superat, à symmetria sit alienissimum, eò certe fit, ut uehemens intemperies omnis uires maxime tentet, & deijciat. Secundum quem modum dolor, maxime uires deijcere Galeno dicitur, quum sit subita quædam, & uehemens à naturali symmetria euersio, ut suprà lib.* I I I I. *ostensum. Constat autem depranationes has omnes, in eo maxime communicare, quòd ab scopo aberrationem sequantur. Hæc uerò aberratio, intemperiem, ut plurimum sequi solet. Cætera quæ in contextu, patere ex se arbitror.*

Gal. 1. Aphor. com. 10.

Gal. 1. de fa. na.

Gal. 1. prædicti. com. 38.

Dolor quid.

CAPVT II.

Retentricis potẽtiæ symptomata.

IAM AD retentricem potentiam ueniendum est. Nam & in hac triplex occurrit, prima symptomatum differentia, si omnino non comprehendat, si debiliter, si deprauatè. Nam si nihil penitus, aut debiliter

biliter retineat, uel flatum, uel fluctuationem in cauſſa eſſe putandum eſt: flatum quidem, ubi alimenta ſuapte natura ut flatum pariant, ſunt idonea, ac uentriculus non ita multo frigore affectus eſt. fluctuationes uerò, quum nihil in ipſo continetur, ex quo flatus excitari poſsit, aut ipſe nimio frigore laborat: nam huiuſmodi affectus nullum uaporem ſuſcitare ſolet. Porrò manifeſtum eſt fluctuationem non ſine potione in uentriculo prouenire. Vltimæ uerò imbecillitatis eius cauſſa, morbus eſt: atque alius quidem ueluti ſimilaris partis uentriculi morbus, alius, ueluti inſtrumenti.

Lib. 7. meth. cap. 6. ſub finem. et cap. 3. lib. 10.

CONCOCTRICI *faculati, de qua mox dictum à nobis eſt, duæ præterea ei muneri ſeruientes Attractrix, & Retentrix ſimulantur. Niſi enim congruè quod ingeritur, & in ima uentris trahatur, & ibi tanto tempore degat, quoad in qualitatem animanti familiarem conuertatur, confici rectè cibus non poterit. Huius ergo retentricis potentiæ ſymptomata ex profeſſo nunc tractat Galenus, indicans quot, qualia que in ea ſymptomata cadant, eorumq; ſymptomatum cauſſas aſsignans. Pro functionis autem huius imbecillitate, uel deprauatione, aut denique ablatione, uaria contingit in uentriculo pathemata oriri. Si enim aut nihil omnino, aut imbecilliter contineat, flatum, aut fluctuationem in cauſſa eſſe cenſendum eſt. Flatus enim, aut fluctuatio, ſpatium quoddam medium in uentre parit, cuius occaſione fit, ut uenter cibum minime complecti poſsit. Nam tum debiliter complecti cibos uentriculum dicimus, cum non omnifariam comprehendit: nempe retentrice in eo probè ualente, ita cibos uentriculus complectitur, ut nullum prorſus relinquatur inter ipſum, & cibos ſpatium uacuum, ita aſſerẽte Galeno. Atq; hic maxime id animaduerſione dignum cenſeo, ſtatuere Galenum, flatum, fluctuationemq; debilis complexus eſſe cauſſam, quum tamen lib. III. cap. IIII. ſenſerit ad debilem complexum, flatum, fluctuationemq; ſequi, quòd ſcilicet non probè complexus cibus, atq; in ſpatium uacuum ſe attollens, flatum, fluctuationemq; pariat. Quam ego controuerſiam (ſi modo controuerſia eſt dicenda) ita componendam cenſeo, ut dicatur debilem complexum flatus, & fluctuationis cauſſam eſſe, ut ſuprà lib. III. atque etiam rurſus hæc ambo interdum debilis complexus eſſe cauſſam, quòd hîc ait Galenus, nec id ullo pacto aduerſum eſſe ei quod citato loco dictum eſt. Fieri namque poteſt ut unum alterius reciproca ſit cauſſa, uti in conuerſiuis cauſsis uſu uenire ſolet. Nam quemadmodum halitus, & uapores ſurſum lati imbrium ſunt cauſſæ, & rurſus decidens imber uaporum, itidem ſicuti humoris ad uentriculum è cerebro fluxio uitiatæ concoctionis cauſſa eſt, & uitiata concoctio defluxionis, ſic ſanè & debilis complexus, fluctuationis cauſſa erit, & hæc illius: uocanturq; recurrentes huiuſmodi cauſſæ, & conuerſiuæ, quum altera alteri, ut ſit, occaſionem præſtat. Itaque flatus, debilis comprehenſionis eſt cauſſa*

Gal. ſuprà, lib. 3. cap. 4.

Pugnantia ex Galeno loca cõciliantur.

Reciprocæ & cõuerſiuæ cauſſæ.

Flatuoſi natura cibi.

cauſſa, quum ingeſtus cibus ſuapte natura fuerit flatulentus. Cuius generis legumina penè omnia, & ex cerealibus plurima, crudi præcocesq; fructus omnes & olera cenſentur. Nam tum cibus in flatum conuerſus, ſe à uentriculo complecti non ſinit. Diſtentis enim, atque ab ſe diductis uentriculi partibus, flatu medio diſtinguente, fieri nequit, ut uentriculi partes ingeſto cibo arcte ſeſe applicent, quod, ut recta fiat comprehenſio, fieri oportere cenſent. Quòd ſi ingeſtus in uentrem cibus, in flatum uerti idoneus non ſit, aut multo frigore uentriculus ſit affectus, fluctuatio inferetur, hoc eſt inordinatus, & uagus cibi in uentriculo motus, inſtar fluctuum in uaſto mari excitatorum. Nam quum cibum ſuſtinere uentriculus nequeat, (utpote quem non ſatis comprehendere poſſit) expellere à ſe nititur, ac proinde uago quodam, & inordinato motu exagitans fluctuationem parit: flatum autem minime, quòd præ frigore nimio excitari flatus non poſſit, ut paulò pòſt hoc ipſo capite explicabit Galenus. Inter fluctuationis uero cauſſas, ea ex præincipientibus, uel præcipua, ponitur, quæ ad immodicam potionem refertur: Nam ſine ea fluctuatio minime conſiſtere poteſt. Sed hæc quidem imbecillitatem quandam uentriculi planè indicant, non extremam autem infirmitatem. Equidem extremè imbecillum tum membrum quodpiam iure dicimus, cum per uehementem quempiam affectum ſui muneris functioni non ſatis ualet: tumq; eius membri abolitam eſſe prorſus functionem oportet. quòd præ intemperaturæ lædentis magnitudine ſuis uiribus deſtituta facultas, in opus ſuum exire non poſſit: quòd immodica omnis intemperies operationem, iuxta Galeni ſenſa, exoluat. Eum uerò extremum uirtutis caſum, ultimáq; imbecillitatis cauſſam, Galenus hîc morbum eſſe uult ſimilaris cuiuſpiam in membro partis, hoc eſt, intemperiem ualidam præter naturam, aut ex inſtrumentarijs unum quempiam, nimirum obſtructionem, Plegmonem, Eryſipelata, ad quæ omnino (ſi ingentia fuerint) extrema facultatis infirmitas (hoc eſt à ſuo munere omnimoda ceſſatio) ſequi conſueuit. Deprauati uerò uentriculi motus, ij eſſe dicuntur, qui aliorſum, quàm pro naturæ modo fiunt, uti dum in continendo cibo uel tremit, uel palpitat, uel concutitur, uel tandem conuellitur, uti in ſingultu. De quibus ſanè omnibus tum libro III. tum V. dictum abunde eſt, dicenturque in poſterum nonnulla. Nunc tantum id noſſe ſufficiat, flatum, fluctuationemque, debilis comprehenſionis reciprocam eſſe cauſſam, ualidoſque morbos ultimas facultatum infirmitates creare ſolere.

Fluctuatio.

Extreme imbecillum membrum quãdo dicatur.

Gal. 1. Aphor. com. 10. & infra hoc eod. lib.

Validi morbi quid faciant.

DE MOTIBVS autem in ipſo deprauatis, utpote quum uel tremit, uel palpitat, uel quodãmodo concutitur, uel conuellitur, in libro de Symptomatum differẽtia iam dictũ eſt. Porrò cuiuſmodi ſit unaquæq; dictarũ motionum, quæue ſit uniuſcuiuſq; ipſarum cauſſa, proximo libro oſtẽſum eſt. Atqui in præſentia hoc adijciendum uidetur, nempe quòd

Cap. 4.

muſcentur

miſcentur & morbi,& ſymptomata,tum retentricis, tum expultricis facultatis,ut in ea uentriculi commotione,quæ uelut conuulſio eius eſt,ac illi per ſingultũ accidit. Neq; enim abſoluta conuulſio eſt, hæc enim ſolis muſculis ineſſe ſolet: atqui neq; uentriculus ipſe,neq; ipſius oſtiolum muſculus eſſe cenſebitur. Porrò utriſq; potentijs commune quoddam ſymptoma,ueluti conuulſio quædam, attribuitur:retentrici quidem,quòd uentriculus per ſingultũ prauè,& non ſecundum naturam,cibos amplectitur: expultrici uero,quòd præcipuè ad eam pertinet deprauatus ille motus, dum ea quæ moleſta ſunt,expellere conatur.

Cap. 39. Lib. 6.

NON *recta cibi comprehenſio,deprauatus iure cenſetur uentriculi motus. Tum uerò non recte appræhẽdere dicetur,cum in complectendo cibo tremit, uel palpitat,uel inæquali quodam motu agitatur,uel tandem conuellitur:quorum ſanè nihil prorſus,probè continente uentriculo,fieri ſolet. At quum horum omnium cauſſæ iam ſuperiore libro dictæ ſint,non longius eſt in ijs immorandum. Illud adijciendum,miſceri quandoq; poſſe tum retentricis, tum expultricis facultatis ſymptomata,ut in eo deprauato uentriculi motu oſtenditur,quo,quaſi in ſe totus conuellitur:ſingultum uocant. Nam etſi propriè is cõuulſio non eſt,quòd ea muſculorum tantum ſit propria,ita aſſerente Galeno,eſt tamen illi cõſimilis fermè motus.in quo ſanè & ipſo,tum retentricis,tum expultricis noxam facile eſt uidere:illius, dum per huiuſmodi motus cibum complecti uentriculus non niſi ſummo labore poteſt,eoq; in continendo tremit,inſtar eorũ qui ſub uaſto onere preſſi, uiribus deſtituuntur, tremendoq; onus geſtant:huius, dum quæ moleſta ſunt,expultrix facultas expellere nititur. Per ſingultum igitur ambas ſimul facultates lædi hinc teſtatiſſimum eſſe puto,quòd ſcilicet utriuſq; functio hac una deprauata motione uitietur. Nam per ſingultum neq; retentrix probè ſuo munere fungitur,inimicum contractiuo quodam motu cibum continens, neq; expultrix item,ut quæ non in tempore cibum pellat,neq; per conuenientia loca, quum bona ex parte uomitus ſingultũ ſequi ſoleat, præſertim ſi & uehemens, & à magna quapiam cauſſa fuerit excitatus.ſed de his ſatis.*

Singultus. Gal. 7. aphor. cõ. 3.& hoc loco.

IAM uero & uomentibus,& ijs qui ſingultu uexantur,ut non idem eſt motus,ita nec affectus idem. Nam per uomitiones, ea quæ in ſpatio continentur,ejiciuntur, per ſingultum uero,ea quæ uentriculi corpus imbuerunt, haud diſſimili tum affectu tum motu, qualem fieri oſtendimus ijs, qui ob intemperiem tuſsi moleſtantur,cum omnes uentriculi partes, id quod cruciat exprimere tentant. Hanc ob cauſſam quibus uentriculus obriguit,ij huiuſmodi ſymptoma experiuntur.

Cap. 3. Lib. 5. aut. 4 Com. 39. Lib. 6. aph.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 329 sur 428

©BIUM

itidem qui piper affatim deuorãt,aut calidum aliquod pharmacum,deinde calidam potionem ſuperbibunt : atq; eo magis mouebit ſingultum piper,quo fuerit in tenuiores partes contritum: ita enim facilius uentriculi corpus ſubingredietur.Sic de reliquis quoq; omnibus intellígẽdum eſt:quippe ſiue calida ſint,ſiue frigida,ſi in uentriculi corpus penetrãt, ſingultum excitabunt:qui primum quidem expultricis potentię motus quidam eſt,deinde retentricis quoq;,quã Amplexatricem etiam uocare licebit.Similiter nauſea quoq; expultricis facultatis deprauatus motus eſt,quo per gulam celerrime uacuetur id quod uentriculo noxiũ eſt. Atq; in hoc ſymptomatum genere haud abſurde numeratur lienteria,id eſt inteſtinorum leuitas,ubi uentriculus à re quapiam mordaci uel grauante,ſic irritatur,ut eam expellere cupiat. Etenim quum duo ſint uentriculo hoſtiola,unum ad gulam ſuperius,alterum inferius ad pylωron,id eſt,ianitorẽ,ad quodlibet horum deriuetur id quod infeſtat, illo ad expulſionem utetur. Quod ſi utriſq; eiuſmodi affectus ſuperuenerit, utrumq; ſimul hoſtium,ad hunc uſum accõmodabit,ut in eo affectu quem choleram uocant,uidere eſt.

Vomitus & ſingultus differentia.

VOMITVS quidem,& ſingultus,etſi expultricis facultatis motus quidam eſſe credantur,ſunt tamen uarij,affectuq;,atq; motu uario, longiſſime à ſe diſidentes. Siquidem uomitu,quæ in imo uentriculi redundant, protinus expelluntur: ſingultu,quæ impacta uentriculi partibus hæſerunt, diuerſiſſimo quodam motu eiiciuntur,hoc eſt,planè ſimili ei,per quem tuſsi laborãtes,ipſo uentriculi compreſſu quod moleſtat exprimere tentant. Atq; ea cauſſa eſt, cur nimium perfrigerati ſecundum uentrem ſingultum patiantur. Nam coacto in ſe ipſum frigoris exceſſu uentriculo,exprimi inde oportet quæ penitius corpori eius inhæſerant. In uomitu etiam,eius quod lædit pulſio ſemper fòras ſequitur, in ſingultu non item: quanquam ad hunc nonnunquam ſi ualidus ſit,uomitus conſequatur. Vomitum rurſus nauſea,ac auerſio,inappetentiaq; fermè ſemper præcedere ſolent,ſingultum minime. Per uomitum item mitior,per ſingultum uehementior agitatio ſequi conſueuit. Sola rurſus uehemens qualitas uentriculo noxia ſingultum ſæpenumero,uomitum,non qualitas ſola creare ſolet. Quamobrem meritò nec affectus in utriſq;, nec motus certe ijdem erunt. in ſingultu namq; conuulſiuus: in uomitu,quaſi grauatiuus,& contenti effuſiuus apparet motus. Vomitum item perpetuò uitioſus aliquis ſuccus,cibus ue corruptus comitari ſolet: ſingultum,nuda interdum qualitas creat. ut in ijs qui piper affatim ingeſſerunt, monſtrari perfacile poteſt: qui & ipſi nõ ob aliud certè ſingultiunt,quàm quòd caliditate nimia ſecũdum uentrẽ affecti,quà ſe piper immiſerit,noxam ſentiunt,

Cur refrigerati ſecundũ uentrẽ ſingultũ patiãtur.

Cur qui piper affatim ingeſſerũt ſingultu tẽtentur.

ſubin

ſubindeq; expultrix facultas mordaci qualitate irritata, cõuulſiuo quodam motu uentriculum agitans, ſingultum parit. Porrò nauſea, & inteſtinorum leuitas ad hoc quoq; ſymptomatũ genus ſunt referenda: ſunt enim deprauati quidam uentriculi motus. At in altero eorũ, nempe nauſea, irritus apparet expultricis facultatis motus: in altero minime uanus, ſed planè efficax. Nam conatũ eum quo per leuitatem inteſtinorum expultrix potentia uentrem exonerare contendit, mox excretio ſequitur. in nauſea uerò, etſi maxime impactum excrementũ eijcere faculas conetur, fruſtratur tamen ſuo fini, nec id perficit quod erat aggreſſa, ea uidelicet ratione, quòd hærens humor expultrici potẽtiæ non facile pareat. Illud uero imprimis attendendũ, eam eſſe præcipuam naturæ in uacuandis excrementis cautionẽ, ut in quam ſe illa partem inclinent, eò uires ſuas omneis traducat, & eam per partẽ eijcere noxia excrementa conetur. Quæ cauſſa eſt, cur ſuperno uentriculi hoſtiolo in ijs pellendis ſæpe faculas utatur, uti in uomitu, quòd eò ſe excremẽta noxia proripiant: interdum inferno (quod πυλωρὸν Græci uocãt) quum ad illud, quæ moleſtant, deriuantur. Non raro utroq;, ut in cholera morbo, in quo ſcilicet per utrumq; meatũ noxia depelluntur. Ex hoc uero Galeni loco (præter alios multos) id apertiſſime conſtare puto, pylorum uentriculi, non inteſtini eſſe partem, ut Neotericorum nonnullis uiſum eſt. Quam rem quum ampliſſime, & doctiſſime Fuchſius, uir in re medica, & bonis diſciplinis omnibus abſolutus, exactiq; iudicij lib. Paradoxorum tertio pertractarit, non eſt quod in ijs longius immoremur.

Nauſea.

Quid in expellendis excremẽtis natura maxime curet.

Quibus ſe modis uentriculus exoneret.

Vide Fuchſiũ lib. 3. Paradox. cap. 1.

SVPEREST quartum potentiæ genus, quam attractricem uocãt: quę etiam tríplici ſymptomatũ genere corrípi poteſt: quippe uel omnino nequit trahere cibos, uocaturq; huiuſmodi ſymptoma, gulæ paralyſis, id eſt reſolutio: uel difficulter trahit, quum uidelicet iam incipit quidẽ reſolui gula, ſed nondum reſoluta eſt: tertium ab his genus eſt, quum deprauata fit attractio. Verũ de motione deprauata, iam ſæpe diximus, quemadmodũ & de affectibus, à quibus oritur. Porrò ſolet nonnunquã ſuperuenire carneũ tuberculum, quale in externis quoq; partibus uidere eſt, quod ita gulam occupat, ut interim totam ciborum uiam, interim partem aliquam eius obſtruat: uocanturq; huiuſmodi affectus, morbi inſtrumentorum, de quibus in libro de Morborum differẽtia iam diximus. Quum enim ſecundum naturam ſe habuerit uentriculus, è ſupernis partibus ad ſeſe trahit, atq; per inferiores deijcit: quum uero præter naturam affectus eſt, etiam ab infernis aliquid aſſumit. Quippe nonnullis clyſteres adeò aſcenderunt, ut uomitione reijcerentur, quemadmodum & ſtercus per letales uoluulos. Atqui ſatius fuerit per huiuſ-

Cap. 7.

Vide lib. mot. 13. cap. 17. Gal.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 331 sur 428

modi affectus, ut dicamus uentriculum non trahere, ſed ſuſcipere dumtaxat ea, quæ ob inteſtinorum compreſsionem uiolenter ſurſum feruntur.

Attractricis potentiæ munus.

ATTRACTRICIS potentiæ munus eſt, quod animanti eſt uſui futurum, quaſi comprehenſum manibus, attrahere, atq; eò trudere, ubi alterationē quod immittitur eſt ſuſcepturum: ſic ſanè cibus in uentrem, in reliquum omne corpus ſanguis attrahitur. Huius ergo uentriculi facultatis eadem ſunt penè quæ reliquarum ſymptomata, ut cuius functio uitiatè, debiliter, & omnino aboleri in totum penitus poſſit. Vitiatè procedit actio in ſingultu & eius notæ corruptis uentriculi motionibus. Debiliter, quum quæ hanc actionem efficiunt partes, reſolui incipiunt: omnino autem non fit, quum integrè ſunt reſolutæ: uocaturq; huiuſmodi affectus, Gulæ reſolutio. Quæ illi tum maxime contingit, quum qui ad eam ueniunt nerui, quos & ipſos Recurrentes, & Vocales nominare diſſectores conſueuerunt, affectum aliquem notatu dignum ſuſtinent. De inſtrumentarijs autem morbis functionem hanc impedire potentibus, qui, qualesq; ſint, apertius eſt, quàm ut dici oporteat. Is porro attractus, qui ſecundum naturam è ſupernis fit, muſculorum, ſeu uillorum in longitudinem protenſorum adminiculo fieri creditur, ut Galeno, & Medicis omnibus eſt comprobatum. At ijs præter naturam affectis, contrarium omnino fieri cernimus, ut ex imis partibus ſurſum uentriculus trahat, atque per ſupernas partes deijciat, ut in letalibus accidiſſe uoluulis ſæpe eſt uiſum. in quibus & aſſumpti in auxilium clyſteres uomitione redditi ſunt, & quæ infernè deijci alui recrementa oportebat, ſurſum ferri, & uacuari ſunt uiſa. Nam per huiuſmodi affectus quum noxam haud parum multam attractorij muſculi, ſeu uilli, ſuſtineant, fit, ut ſuo probè munere fungi non poſſint, eoq; oporteat naturæ in attrahendo ordinem omnem peruerti, ut quod deorſum trudi debebat, ſurſum feratur. Eo certè uicio factum, Antonius Beniuenius uir in re medica ſummus, maximusq; morborum obſeruator, quandoq; teſtatur, ut menſes mulieri cuidam ſtatis temporibus uomitione reijcerentur: ſic & alterum quendam uirum tenuioris inteſtini morbo affectum recenſet, cui aluus nihil prorſus reddebat, etiam ſi acribus tentaretur excretio medicamentis: uomitu uerò, & cibi, & excrementa unà redderentur. Quæ ſanè omnia ab eodem autore ſunt lib. de abditis morborum cauſsis repetenda. Propius uero huc pertinet, quod ab Ioanne Mattheo à Gradi. in uaſtis illis ſuis ad Almanſorem commentarijs cap. de uomitu pro monſtroſo adducitur, Vidiſſe ſe puellam quandam, atq; ſanaſſe, cui ex tenuioris inteſtini affectu, & clyſteres omnes, & alui recrementa ſurſum uomitu educerentur. Quæ cum omnia iam penè ad deplorationem urgerent, & curandæ iuuenculæ uel nulla omnino, uel exigua eſſet relicta ſpes, nihil non præſidiorum in eam rem non expertum, atque tentatum. cumq; in morbi leuationem glandes & acutæ ualdè, & benè magnæ ano ſubderentur (quò ſcilicet uis illa uentriculi attractrix retunderetur, & acri balani ui deorſum excrementa ferrentur) mòx impetu facto

Gulę reſolutio.

Vocales nerui ſeu recurrētes.

Clyſteres uomitione reiecti.

Hoc ipſum refert Raby moſes ſectione 24. aphor. de muliere mēſes uomitu reijciente.

Cap. 31. & 42.

Hiſtoria animaduerſione diguiſsima.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 332 sur 428

facto ſurſum & ſerebantur, & uomitu pellebantur. Quæ cum Medici maximè mirarentur, filis etiã fortißimis præfatas glandes fœmori ægrotantis nectentes, fore putabant, ut ſic melius continerentur. Sed poſt paululum temporis abruptis filis, uicq; maxima facta, ſurſum perlatæ ſunt. Tumq; longißimã glandem parari iubentes, manu fortißima, & benè ualida cõtineri imperarunt: erat autem quæ glandem continebat, puellæ mater: quæ cum & ipſa à Medicis percuntaretur, ecquid ipſa fieri in filia ſenſiſſet, reſpondit, tantum, tamq; ualidum fieri glandis attractum, ut manu etiam qua glandem continebat, uim inferri maximam perſentiſceret, talem certè, ut niſi glandem properè ſummouiſſet, etiam ad uentriculum reliquarum more repſiſſet. Hunc uero monſtroſum, rarumq; cuentu affectum pinguibus, & iurulentis curaſſe ſe idem autor teſtatur, quòd hiſce rebus ſoleat attractoria facultas obtundi, prorſusq; infirmari, quo maximè in præfato affectu curando opus erat. Qui uero harum rerũ lectione, & obſeruatione delectatur, Raſium legat, & Moſen in ſuis aphoriſmis: ij enim latißimum præbent in eo argumento cuiuis obſeruandi campum, afferentes ſcilicet non tam quæ monſtroſa, & mirabilia in morbis ipſi adnotarũt, ſed etiam qua methodo in pleriſq; fuerint uſi recenſent. Hæc quiſquis diligenter obſeruauerit, & cauſſas reddere, congruamq; curationem adhibere pernouerit, is certè nè minimum operæpretium in re medica fecerit.

Monſtroſi affectus curatio.

NAM quòd inteſtina (etenim aliquid de his dicere operæpretium fuerit) conſtringuntur, id ipſis ſecundum naturam conuenit (id quod in alijs libris iam diximus) atq; conſtrictionis auxilio adiuta, cibum ad infernas partes deijciunt. Verum per affectus quoſdam, quum cõſtringi incœperint, ea quæ in ipſis continentur, ab infernis ad ſuperiora feruntur. Ita ſolet euenire nonnullis, quibus non licet uentris onera deponere, quia uerſantur uel in foro, uel in alio loco, uel negotio, ut humor quiſpiam acris ad ſedem uſq; deſcendat, ibiq; uiolenter retentus, rurſus ad ſupernas partes referatur, atq; tum & uentriculũ rodat, & caput uaporibus impleat. incipit enim motum à podice, animalis potentiæ inſtrumento, deinde quodlibet inteſtinorum ipſum à ſe expellit ad proximum, quod loco ſuperiori cõſtitutum ſit, haud aliter quàm antea, quum deorſum trudebatur. Atq; ad hunc modum flatus interdum retentus recurrit. Itaq; non mirũ uideri debet, ſi per tam uiolentas inteſtinorum conſtrictiones, aliquando tum clyſter, tum ſtercus, ad uentriculum præter naturam referatur, atq; ſic uomitionis impetum excitet. Porrò alij ipſorum motus ſub genere eorũ, quæ ſecundum naturam ſunt, continentur: qui ſi uel debiles, uel deprauati fuerint, inter ſymptomata numerari debent, atq; proportione ad eos motus quos de uen-

©BIUM

triculo diximus, referendi ſunt. Ita etiam ubi inteſtina motu priuantur, non mediocre ſymptoma fuerit. Atq; hãc ob cauſſam fit nonnunquam uoluulus: itidem & tumores præter naturam obſtant aliquando, ut uel nihil omnino excrementorum deorſum ferri queat, uel non ſatis copioſè deijciantur. Eſt ubi induratum ſtercus in quorundam inteſtinorum reuolutionibus infixum, prohibet quominus ſuperiora excrementa deorſum labantur. Cæterum hoc loco obſeruandum eſt, ut omnia ſymptomata inteſtinorum, ad ea quę de uentriculo dicta ſunt, proportione referantur, ſiue per intẽperiem, ſiue ob tumorem aliquem præter naturam, ſiue per ea quæ continentur in ipſis excrementa, eueniant.

COGI *in ſe inteſtina, quò coactionis huius adminiculo cibum deorſum trudant, id illis maxime ſecundum naturam ineſt: iuuanturq; non minimum à circumpoſitis muſculis, id ſcilicet officij præſtantibus, ut eorũ præſidio tum cibum attrahant, tum & contineant, tum etiam illius excrementa deorſum pellant,* Prius illud munus Longitudinalium ope, ſecundum Obliquorum, tertium Latitudinalium *munere perficitur. Atq; ad hunc modum inteſtina ſecundum naturam uentris onera deponere conſueuerunt. Verum ſi, quod foras pelli excrementum debet, intrò ui cogatur (quod nobis ſæpe in honorato quopiam loco uerſantibus uſu uenire ſolet) ad ſuperna id quidẽ ferri neceſſarium certe erit, ac tum pro ſui natura, uel caput uaporibus implere, uel uentrem rodere oportebit. roſionem efficiet, ſi acre, & mordax fuerit excrementum: impletionem, ſi copia abundet. At uero uti inteſtinorum in pellendis excrementis motio, animanti ſummè eſt neceſſaria, ac ſalutaris (quòd ad tutandam ualetudinem, corpusq; integrum ſeruandũ, inſtrumenta hæc, quibus excrementa pellimus, libera, & ab omni penitus obſtructione uacua eſſe oporteat) ſic certè eorum à ſuis munijs ceſſatio ingentem corpori noxam præſtare ſolet. Quid non enim mali ſperes, intrò detẽtis, quæ omni ope uacuari poſtulabant? Nam congeſtis in uiſcera recrementis, & obſtructionem ualidam ſequi, & inteſtinorum coangуſtationem, & in reliquo corporis plenitatẽ neceſſariò oportebit. Vnde nõ mirum ſi & uoluulus eam ob cauſſam interdum naſcatur, quòd uel Galeni teſtimonio, intercluſa in tenuibus inteſtinis exitus uia, gigni is ſæpiſſime ſoleat. Vnde ſi uel inflammatio ingens, uel durus quiſpiam tumor, uel tandem ſiccum ſtercus, ea inteſtina obſideat, ut nullus ſit uacuationi locus, uoluulum certè creari neceſſario oportebit. Quin & continua ciborum corruptio (eorum præſertim quibus non aſſueuimus) & aſſatim ingeſta ſudante corpore frigidæ potio, inflictáq; eo loci uulnera, aut deniq; deleteriorum medicamentorum quorundam exitialis uis, huic morbo occaſionem non raro præbere ſolent, ſi modo Aëtio fides habenda.*

Vide Gal. 8. de Sani. tu.

Gal. 6. aphoriſ. cõ. 44. & 3. de facul. natural. Aetius Sermo. 8. cap. 19.

IAM ne temporis iacturam faciamus, ſatius fuerit, ut uitata prolixitate,

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 334 sur 428

prolixitate, ad aliud ſymptomatum genus noſtra conuertatur oratio. Igitur alimẽti per corpus digeſtio (Græci anadoſin uocant) inter naturalia opera numeratur, quum ex uẽtriculo in iecur, atq; ex hoc in uniuerſum corpus, alimentũ digeritur: atq; iam oſtendimus eam perfici, quũ quælibet partiũ, peculiarem ſibi cibum allicit. Porrò huic actioni tria ſymptomatum genera accidere ſolent: nam uel imbecilla, uel depraua eſt, uel omnino ceſſat. Ac cauſſarum quoq;, quemadmodum ſupradiximus, triplex diſtinctio eſt: nempè aut trahentium partium intemperies, aut inſtrumentorum morbi, aut digerendi alimenti prauitas. Per intemperies facultas reddi-

Cõm. 48. lib. 7. aphor. et cap. 5 lib. 2. de morbo. dep. cum.

tur imbecilla: inſtrumentorum uero morbi, ciborum meatus adſtringunt: Prauitas autem dicetur, ſi uel craſſior eſt cibus, uel uiſcoſus. Verum quibus notis hæc dignoſcantur, oſtendere in præſentia fortaſſe fuerit intempeſtiuum.

CIBI *in corpus uniuerſum diſtributio, ex naturæ operibus unum eſt, ut animanti maxime neceſſarium, ſic certè mira naturæ prouidentia conſtitutum. Diſtributionem porrò hanc, Græci* ἀναδόσιν, *Latini omnes congruè* Digeſtionẽ *nuncupant: etſi Philobarbari Medici, ut nullã neq; nominum, neq; rerum rationem habentes, digeſtionis nomen concoctioni accommodare contendant, eiq; magis quàm ciborum diſtributioni conuenire aſſeuerent: cum ſi rem ipſi recta reputẽt uia, longo inuenient hæc duo inuicem diſſidere interuallo. Quippe in ea quæ uentriculi, uenarum ue adminiculo fit concoctione, quod conficitur, in aliam quandam mutatur qualitatem, ſcilicet animanti familiarem, in diſtributione uerò, nulla prorſus in eius quod diſtribuitur ſubſtantia mutatio fieri cernitur, ſed ſola ipſius per corporis partes deductio. Rurſus quod conficitur, fixum ſtabileq; manet: quod digeritur, loco cedere, moueri, ex alio ſubinde in alium locum mutari, ex uentriculo in hepar, ex hoc in uenas, è uenis in habitũ corporis trãſferri oportet. Concoctionem etiam nutritio longiore inueruallo, digeſtionem ea ipſa propriore ſequitur. Vt enim facultatis, inſtrumentorumq; naturalium beneficio cibus per corpus diſtribuitur, ſic ubi diſtributus eſt, non magno negotio in membri ſubſtantiam tranſit. Apertiſſime igitur ex his conſtare puto, digeſtionem à concoctione rem eſſe longe diuerſiſſimã: quum ſit concoctio, Cibi in qualitatem animanti familiarem mutatio, ut ſuprà lib. 3. uiſum: Digeſtio, Cibi peculiaris in quamq; partẽ, quæ nutriri debet, diſtributio. Idipſumq; rurſus ex quarto de Sani. tu. corroborari firmius poteſt, quam à cibo Galenus ea quæ digerant, & cibum diſtribuant, dari prohibet. In quam item ſignificationem digeſtionis nomen Celſus aptiſſime uſurpaſſe eſt uiſus. Digeſtionis itaq; munus ad facultatem attractricem propriè pertinet, ut cuius unius opera partium quælibet familiarem ſibi cibum alliciat: quod ſine cibi diſtributione contingere nullo pacto poteſt. Quam certè functionem, triplex ſymptomatum genus,*

Digeſtionis nomen concoctio ni non conueni re.

Digeſtionis & concoctionis diſcrimen.

Gal. ſupra li. 3. cap. 4. Digeſtio quid.

Celſus lib. 2. & 3. cap. 13. & 32.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 335 sur 428

©BIUM

genus, ut cæteras omnes comitari ſolet. Nam uel omnino ceſſat, uel depraua tè, uel tandem imbecilliter fit. Sed omnem hanc aberrationem corporis marcor ſequitur: quòd ſcilicet alimẽti penuria corpus ali deſinat: quam affectionem Græci ἀτροφίαν uocare ſolent.

IGITVR de excrementorum expulſione ſermonẽ aggrediamur. Atq; in hac triplices etiã inueniuntur cauſſę: una, quum partes quæ excrementa expurgãt, ſunt imbecillæ: altera uiarum anguſtia: poſtrema eſt excrementi malicia. Imbecillitatẽ intemperies, anguſtiam uerò parit uel obturatio, uel aliquis inſtrumentorum tumor. Atqui tumorum cauſſa eſt humorum fluxio, quum in ipſa inſtrumentorum corpora effundũtur. Obturationem facit, humorum uel craſsitudo, uel uiſcoſitas, uel innatum aliquod tuberculum. Excrementorum malitia oritur tum à multitudine, tum à craſsitudine, tum etiam à uiſcoſitate.

EXCREMENTORVM depulſio quo minus rectè procedat, in cauſſa eſſe ſolet uel earum partium quæ huic muneri inſeruiunt, intemperies aliqua, uirtutem, quo minus ſuo fungi munere poßit, impediens: uel earundem partium coanguſtatio, & alioqui ab inſtrumentarijs morbis impedimentum: uel deniq; excrementorum ad exitum ineptitudo. Porrò intemperies ut ſimilaribus, obſtructio, tumoresq; cuiuuis generis omnes, ut inſtrumentis accidunt. Tumoris autem cauſſam Galenus cum hic, tum in lib. de tumoribus præter naturam, & 14. Metho. humorũ fluxionem eſſe uult, quæ pro ſui natura calidos, frigidos, molles, duros, laxos, preſſos, altos, exedentes, acuminatos (ut uarius fuerit qui fluxionẽ parit humor) creare ſolet. Fit autẽ fluxio omnis, quum à fortioribus partibus in imbecillas noxius humor procubuerit: diſtentis nempè maiuſculis uaſis, nec iam fluxioni ſufficientibus, in minora fluentis humoris deductio fit. A' quibus rurſus in alia, atq; alia tranſfuſus humor, in ea tandem ſpatia foras exudat, quæ ad membra, carnemq; finiuntur, ſicq; tumorem excitat. Obturationẽ creãt, humorum copia, craßities, lentor, ut in arte medicinali & 9. Metho. aſſerit Galenus: ea uerò efficitur, ut neq; ſanguis, nec reliqui quoq; humores liberè in mẽbra permeent. uti ſuprà à nobis lib. 1. eſt dictum. Excrementa porrò, uel acrimonia uel lentore, uel multitudine deteriora fiunt, & naturæ moleſtiam inferunt.

De cauſsis fluxionis uide Gale. 2. de diff. feb. cap. 11. & item in de inæquali intemp. 10. & 14. metho. & 2. ad Glauc.

CAETERVM per concoctionem in uenis factam tria quoq; redundant excrementorum genera: unum quidem bilis amara, alterum atra bilis, tertium ueluti ſerum. amarã bilem ueſica iocinori adiacens expurgat, atram bilem lien ad ſe allicit, ſerum renes trahunt. Porrò quicquid uicioſè expurgatur, id uel ob inſtrumenti proprij imbecillitatem, uel ob uiarum anguſtiam,

anguſtiam,ſic expurgari putandum eſt. Quum uiarum autem duo ſint genera: unum per quod trahitur excrementum: alterum per quod expellitur,utriuslibet anguſtia excretionem lædere poteſt. Quinetiam ipſis haudquaquã læſis, ſi fuerint excrementa multa, fuerintq; immoderata omnia, ita ut excerni non poſsint, ipſa per uniuerſum corpus unà cum ſanguine feruntur. Ipſius uerò immoderationis duplex affertur cauſſa,nempe alteratrix potentia malè affecta, & alimentorum prauitas. Potentia læditur ob partium intemperiem, ueluti iam ſæpe diximus. Quæ uerò ex alimentis oritur prauitas, in quolibet excrementorum proprium obtinet modum.Quippè alia ſuapte natura ad atram bilem magis declinãt,alia ad aquoſitates,alia ad bilem amaram, quemadmodum in libris quos de ipſis edidimus, iam dictum eſt. Igitur intemperies, quæ alteratricis facultatis imbecillitatem peperit, calidior quidem quàm oportet, interdum biliosum, interdum melancholicum excrementum efficit (atqui cuiuſmodi ſunt hæc excrementa, in alijs libris oſtenſum eſt) frigidior uerò pituitam, & aquoſum excrementum parit.

SIMILE quiddam in noſtri corporis ſuccis, quod in uino recens ab uuis expreſſo euenire, Galenus in de Facultatibus naturalibus prodidit. Vti enim eo alterationem ab natiuo calore ſubeunte,uaria ſecernuntur excrementorum genera,ut ſit alterum ſcilicet leue, tenue, & aëreum magis: alterum graue, denſum, & terreſtre: ſic certè per eam quæ uenarum adminiculo fit coctionem, tria quidem non tam nomine, quàm ſubſtantia uaria excrementa gignuntur: amaram bilem,atram,ac ſeroſam quandam humiditatem huiuſmodi nominant. Horum porrò ſingulis peculiaria eſſe à natura dicata membra, quorum ui, & officio hæc ipſa nullo naturæ uſui futura excrementa à reliquo omni laudabili ſucco ſeparentur, Galenus in de Vſu partium libris quàm appoſitiſsimè demonſtrauit. Nam flauam bilim ueſica iocinori adiacens,eo ſcilicet meatu,quo ſe illi ſecundum cauam ipſius partem inſinuat, ad ſe trahit: altero ad intestina producto,eandem pellit,intestinaq; ad excretionem excitat. Melancholicum porrò ſuccum lien exugit, eius uaſis adminiculo quo hepati ſecundum cauam ipſius partem coniungitur. Renes, ſerum ad ſe emulgentium ope pertrahunt. Itaque ſi non ſatis probè actio hæc à dicatis illi membris perficiatur, conſequens quidem eſt,ut horum excrementorum contagione uitiatus ſanguis, atq; in uniuerſum corpus delatus Regium morbum, Lepram, Vitiliginem, Alphos, Elephantiaſin, Splenes, Decolorationesq; procreet,prout uel atra,uel flaua bilis,ſeruue multum ſanguini fuerit immiſtum. Quod quum fit, tum certè aut inſtrumenta,

Succorum corporis ad uinũ recens expreſſum collatio.

Excrementis ſanguini mixtis qui affectus ſequantur.

quorum eſt ſuperflua hæc à ſanguine ſecernere, ob intemperiem unam aliquam, inſtrumentarium ue morbum, imbecilla eſſe conijcere oportet, aut excrementorum copiam ſuſpicari: quæ ſanè & ipſa perpetuò uel facultatis concoctricis uitium, uel alimentorum prauitatem ſequi conſueuit. Tanto enim plura gigni in corpore excrementa oportet, quanto in ſuo munere obeundo infirmior fuerit alteratrix facultas: uti econtra, probè ipſa munus ſuum exercente, bonam, multamq; eius quod conficitur partem immutari, exiguam, in excrementa tranſire, neceſſarium prorſus erit. Cætera contextus, ipſa per ſe patent.

NEQVE ullum eſt excrementum, quod non ſequatur propria ſymptomatum ſpecies. Pallida bilis, ſi per uniuerſum corporis habitum redundat, Regium morbum (Græci ἴκτερον uocant) ſi uerò in una duntaxat parte, eryſipelata, & herpetes excitat. Atram bilem, ſi in uniuerſo fuerit corpore, elephas, ſi in una aliqua parte, cancer ſequitur. Pituitam, ſi per uniuerſum corpus increuerit, ea ſpecies aquæ intercutis quam Leucophlegmatian uocant, comitatur, in una uerò parte, œdema: ita enim appellant tumorem laxum, ac doloris expertem. Seroſa excremẽta ſi redundãt, aquam intercutem (quam Aſciten nominãt) generare ſolẽt: quæ ſi in unam aliquam partem incubuerint, in ea phlyctænas, id eſt, puſtulas, excitant. Ita accidere uidemus, ubi ſingula excrementa ſyncera redundauerint. Vbi uerò uel inter ſeſe, uel cum ſanguine fuerint permixta, multas tum ſymptomatum, tum morborum ſpecies inducunt. De quibus non opus eſt hîc longiorem producere ſermonem.

HOC *quidem multis locis Galeno dictum eſt, Omne ſcilicet excrementum ſui generis morbum creare, ipſumq; pro ſui natura, uaria ſolere ſequi ſymptomatum genera.* Regium *nanque morbum bilis pallida in uniuerſum corpus tranſmiſſa creare ſolet: quod tum maxime fit, cum uel nimio iocinoris calore, bilis nimia, progignitur: uel cum obſtructio quæpiam ſecundum felleos meatus conſtiterit, ea potiſſimum parte, qua folliculus hepati coniungitur: uel tandem, cum corruptus ab extranea aliqua occaſione ſanguis bilioſus efficitur: quod à feris mordentibus, & id noxæ in ſanguinem inferentibus, factum aliquando fuiſſe* Galenus v. de Locis affc. cap. VII. *monſtrauit. Sed pathema huiuſmodi, bilis in toto redundantiam apertiſſime monſtrat, quemadmodum in una quapiam parte, herpes, & eryſipelas: germina enim hæc ſunt bilis ſecundum unam aliquã partem conſiſtentis uti* II. ad Glauco. *& lib. de tumo. præter naturam, Atra bilis uniuerſè diffuſa elephantem creat: in parte quapiam conſiſtens, cancrũ. Ex quo ſanè loco illud apertiſſime uideri poteſt, Græcorum elephantiaſin, Arabum lepram eſſe, quod quæ hîc de Elephante Galenus, eadem de Lepra Auicenna prodiderit.*

Regius morbus.

Auicẽna fen. 3. quarti. tract. 3. cap. 1.

diderit. Et melancholia (inquit) quandoq; expellitur ad membrum unum, & facit accidere duritiem, aut ſephiros, aut cancrum. Et quandoq; ſpargitur in corpore toto: et ſi conculcetur, & non putrefiat, eueniet lepra. An non idem hic Auicenna de Lepra, quod de Elephantia ſi Galenus recẽſuit? Sed de hoc aliàs plura: illud nunc tantùm conſequentiæ ſermonis cauſſa adnotaſſe ſit ſatis. Ad excrementa redeo, nempe pituitam ipſam, cuius nimirum in toto redundantia, Anaſarcam, uel λδυκοφλεγμαπίαν parit, aquæ intercutis ſpeciem: ſi in una quapiam parte obfirmetur, tumorem laxum & doloris expertem, ὐδημα uocant, ſic ſeroſum excrementum aſcitem, ſi in toto abundet, uel ulcuſcula, ſi in parte, creare ſolet. Has Græci φλυκτάινας dicunt. Pro excrementorum autem inter ſeſe uaria mixtione, uaria item ſymptomata creabuntur.

SED reuertamur ad ea quæ ſuprà propoſuimus. Nutricatio, ut naturalium actionum prima eſt, ita ferè perquàm neceſſaria eſt, quippe quæ alteratricis facultatis ſpecies cenſetur. Si quidem & concoctio quę in uentriculo fit, alteratio eſt, itidẽ ea quę in uenis, & quæ in qualibet parte. Quibus quarta alterationis ſpecies annumeratur, quę aſsimilatio uocatur. Quæ licet nomen diuerſum à nutricatione ſortita ſit, idem tamen eſt utriuſq; opus. Porrò nutricatio aberrat à ſcopo, ſi uel omnino nihil agit, uel à perfecta actione deficit, idq; ob altricem facultatem, quæ ſub alterationis genere continetur, uel ob materiæ tum defectum, tum prauitatẽ. Defectus quidem cibi eſt in eo affectu, quo corpus aſſumpto cibo nõ paſcitur, (Græci atrophian uocant) ſiue exiguus cibus, ſiue omnino nullus ingeratur. Deprauatus uerò cibus facit elephantem, leucas, id eſt, uitiligines, atq; alios huiuſmodi morbos. Nam ubi carni cibus aſsimilatur, ſi pituita refertus ſit ſanguis, accidit ut caro quoq; magis pituitoſa efficiatur: neq; enim idẽ eſt carnem eſſe, & carnem phlegmaticam eſſe. Neque etiam idem eſt carnem eſſe, & melancholicã carnem eſſe, neq; hercle uel bilioſam, uel temperatã in primis (quas uocant) qualitatibus, uel humidiorem, uel ſiccioremm, uel calidiorem, uel frigidiorẽ. Facile uerò credes ea quæ diximus, ſi animalium carnem cõſideraueris, tum eorũ quæ ſanguine prædita ſunt, tum eorum quæ illo carẽt, præterea ſerpentum, qui uere gigni conſpiciuntur, eorum maxime, qui uiridium herbarum imitantur colorem. Atqui horum caro herbis eſt ſimilis: reliqui albam habent carnẽ, & ſanguinis expertem, ueluti ſcarabeus, & polypus: atq; aliorũ aliter caro affecta eſt: ſed horum differentias, ob infinitã multitudinem, nominare nemo

Cap. 2. Lib. 2. mutyod.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 339 sur 428

poteſt. Quum igitur (ut dicebamus) pituitoſo, uiſcoſoq; ſanguine diutius alitur, caro quidē manet, ſed mutatur eius differentia, & in aliam ſpeciē conuertitur, & media caro fit, inter eam quæ ſanguine prædita eſt, & eam quæ ſanguine caret. Atq; quum ſic fuerit affecta, accidit ut ne tentet quidem poſtea affluens ſibi alimentū in rubentis carnis ſpeciē tranſmutare, haud aliter q̄ polypis, ſcarabeisq; accidit. Hac occaſione q̄ celerrime ipſa tota, & alba, & pituitoſa euadit, quādo & ipſa cibum in ruborē poſthac tranſmutare non poteſt, & id quod ei influit, pituitoſum eſt. Qualis enim protinus ab initio & ſcarabeorum, & teſtaceorū ferè omniū caro eſt, talem ex tranſmutatione acquirunt ij, qui leuce, id eſt, uitiligine, infeſtantur: ita enim huiuſmodi affectū in carne appellare ſolent, à colore nomē inſtituentes. At ubi caro nigra, & pallida fuerit, Elephas nominatur, ab animali elephanto mutuato nomine. Nec aliter hic affectus generari ſolet, q̄ leuce, quū longo tempore cibus melancholicus ad carnē fluxerit. Iam alphi haud diuerſum à prædictis habēt generationis modū: uerū per hos nō tota caro afficitur, ſed corporis dūtaxat ſuperficies, ueluti ſquāmis quibuſdā inſpergīt. Atq; albi quidē ex pituita, nigri uero ex melācholico humore ꝓdeūt.

Nutritio quid. NVTRITIO Galeno, *ea naturæ actio definitur, qua ſolidis animalis particulis ſine ampliatione, appoſitio accedit.* Atq; *hoc quidē 1. de Facul. nat. III. autem de Temper. aſſimilationē quandā perfectā eſſe ait. IIII. uerò de Simpl. fac. inaniti repletionē familiarē: quā & ipſam hic Galenus naturaliū actionū omniū primam, & maximè neceſſariā facit.* Dicuntur *eæ uerò naturales operationes, quas noſtri corporis rectrix facultas (quam Galenus naturæ nomine honeſtandā cenſuit) in corporis tutelam, & diuturniorē permanſionem facit. In quarū ſanè albo præcipuæ ſunt Generatio, Auctio, Nutritio. Harū uerò, natura, & tempore, Generatio prima cenſetur: augeri nanq;, nutririq;, nihil non genitū poteſt.*

Naturales functiones. Gal. 5. de ſymptomatum cauſſis.

Dignitate autem, perfectioneq;, *nutritionē cæteris anteſtare uult Galenus, quòd eius unius adminiculo animal diutius ſeruetur, & eius partibus (alioqui breui perituris) perfecta quædā acceſſio fiat: quòd item, quæ ex uiriū, humidiq; natiui diſſolutione noxa contingit, ea ceu ſalutari, præſentiq; auxilio ſarciatur.* Quæ *quum nobis cuncta à nutricatione eueniant, meritò omniū primā, & dignitate, & perfectione, atq; utilitate exiſtimare oportet.* Alteratricis *uerò cuiuſdā potentiæ, nutritoriā ſpeciē eſſe, cibi, qui per eam tranſmutatur, alteratio planè indicat.* Nam *dum in membri ſimilitudinē, & ſubſtantiā tranſit, alterari omnino ipſum neceſſe eſt: quæ ſanè actio, Aſſimilatio hic Gal. uocatur. Tū enim certè nutrire alimentū dicitur, cum iam membro quod nutriturū eſt, ſimile fuerit factū, in eiusq; ſubſtantiā tranſſumptū.* Huius *porrò functionis ſymptomata, uti & reliquarum*

Nutritionis dignitas.

Nutritoriam facultatem, alteratricis eſſe ſpeciem.

Aſſimilatio.

quarum omnium, triplici differentia diſtinguntur. Nam aut omnino non fit, aut à perfecta actione deficit facultas: ad utraq; hæc tabes conſequi ſolet, nonnunquam etiam interitus. Interdum uerò deprauatè ea editur functio. Fiunt uerò euerſiones huiuſmodi, uel ob altricis facultatis imbecillitatem, uel ob ciborum penuriam, uel denique prauitatem. Quam ferè perpetuò Vitiligines, Elephantes, Pſoræ, Lepræ, eiuſq; generis morbi ſequi conſucuerunt: quòd neceſſe ſit ex deprauata nutritione, uitioſos gigni humores, qui cutaneis morbis anſam præbeant, idq; certè ratione optima: nam carnem ſucco ex quo gignitur, hoc eſt, ſanguini, ſimilem quadantenus eſſe oportet. Quæ cauſſa eſt, cur ex pituitoſo ſanguine pituitoſior caro reddatur, uti maxime in Anaſarca, & malo habitu uidere licet, ut in quibus flaccidior, mollior, & alba magis inſtar pituitæ appareat caro: ſic rurſus in elephantiaſi nigra, maculoſa, liuens, & ſcabra, prorſusq; melancholicum ſuccum referens, uidetur. Quæ ſanè carnis ad ſuccos ſimilitudo, non uni tantum homini eſt peculiaris, ſed ipſi quoq; cum multis alijs communis. Nam genus quoddam ſerpẽtum ob id uiride conſpicitur, quod herboſi generis ex quo alitur, imitetur colorem. Scarabæus, & Polypus albã pari certè ratione carnem obtinẽt, quòd pituitoſo uiuant aliměto. quanquam Ariſt. Scarabeis, & inſectis omnibus, carnẽ ineſſe minime uelit, ſed quidpiã uice carnis, quod nec teſtam imitetur, neque quod in teſtaceis genus carnis habetur, ſed mediam quandam inter hæc referat naturam. Illud igitur fide indubia conſtans manet, carnẽ pro ratione aliměti, ſucciq; unde gignitur, talem prorſus euadere. Quæ ſanè cauſſa eſt, cur in uitiligine immutata appareat caro, atq; ob id λευκὴν à colore albo, quem caro imitatur, id uitij dici uelint, ſicuti elephãtem, quum in nigrum colorem caro cum ſcabritie, & inæqualitate uergit, ab animante elephanto utiq; mutuato nomine. Solet uerò hic tum affectus maxime naſci, cum quis longiore tempore melãcholici ſucci cibarijs fuerit uſus. Sic quoq; alphi in corpore generantur, ubi uitioſus ſuccus in carnẽ confluxerit: qui & ipſe ſi pituitoſus fuerit, albos, ſi melancholicus, nigros creare ſolet. Vna uerò omnium communis hæc eſt ratio, quòd uitioſum alimentum, deprauatamq; altricis potentiæ actionem ſequuntur. Hoc uero à ſeſe inuicem diſtant, quòd ἄλφος uocatur, uel Celſi teſtimonio, ubi color albus eſt, ferè ſubaſper, & non continuus, ut quædam quaſi guttæ diſperſæ eſſe uideantur: μέλας, quòd umbram referat, & nigro ſit colore: λευκὴ, quòd magis albida ſit, & altius deſcendat, in eáq; albi pili ſint, lanugini prorſus ſimiles. At de his ſatis.

Ariſt. 4. de nat. animal. cap. 7.

Elephas morbus ab animante.

Celſus lib. 5. cap. ultimo.

CAETERVM quãta ſit alimentorũ uis, & quàm uehementer carnem permutare poſſint, Ariſtoteli quoq; dictum eſt, ubi meminit terrarũ, ad quas deducta pecora, immutari conſpiciuntur, tum in colore, tum in alijs quibuſdã, quæ ne ſenſum quidem fugiunt, differentijs. Qui uero negant alitũ ab alimento mutari poſſe, quòd uincẽtis, non uictí, alimentũ ſit nomen, ij neq; de animantiũ, neq; de plantarũ trãſmutatione quicquam ſanum dicere poſſunt, hallucinariq; circa literas,

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 341 sur 428

©BIUM

nemini non manifeſtiſsimè apparẽt. Etenim quæ de Perſica planta in Aegyptũ translata narrãtur, nemo ignorat. Similiter (ut opinor) & de uitibus quæ apud nos natæ ſunt, ſi in aſſenam deferantur terrã, uinũ longe diuerſum reddunt: itidem de reliquis quoq; plantis ruſticæ rei ſcriptores oſtẽderunt, quemadmodũ & de herbis, ij qui herbariam poſteris tradiderunt: quippe quum ex ſuis terris in alienas deferuntur, etiã minori quàm duorum ſtadiorũ interuallo, non paucis alterationis differẽtijs immutãtur. Proinde nõ ſatis erat quod ſcirent, ac dicerent alimentũ nomen eſſe rei quę uincitur, alteratur, mutatur: ſed diſtinguere debuerũt, quo pacto uitiligo, id eſt, Leuce generetur. Etenim huiuſmodi affectus cauſſa eſt, uel caro quæ alitur, uel alimenti ipſius prauitas: quòd ſi (ut ipſi uolunt) alimentũ non eſt, neceſſariò dicendum erit, quòd ſit caro. Quid igitur obſtat quominus ipſa ſibi alimentum omnino aſsimilet? ita enim quod natura huius affectionis cauſſa ſit, dicere oporteret. Igitur longe melius fuerit, ut dicamus alimẽtum eſſe cauſſam. At licet eius quod alitur, munus ſit, alimentũ ſibi reddere ſimile, alimẽti uero pathos, ut immutetur, alitoq; ſimile efficiatur: non dixeris tamen, id quod afficitur, agẽti uel minimã quandã talionem non poſſe referre. Hoc enim quàm longe à ueritate recedat, iam diximus, quũ huiuſmodi argumentũ tractaremus. Neq; nos ſolũ ita ſentimus, uerũ etiam Philoſophorũ qui naturæ, tum functiones, tum affectus enarrauerunt grauiſsimi. Vnde cõſtat rem omnem (etiam ſi fuerit multò potentior) affici ab illa, cum qua uerſatur, idq; ſenſu haud obſcure percipiente. Quod etſi ad primam applicationẽ latet, temporis tamen progreſſu facile apparebit. Ita gladius, licet ad ſecandum ſit efficaciſsimus, ubi carnes uel molliſsimas ſecat, obtuſior redditur: ac duriſsimum lapidem, aquæ gutta, ſi diutius in eum diſtillauerit, excauare poteſt.

PERMAGNAM eſſe in alterãdis corporibus alimentorũ uim, tum ex Ariſt. ſentẽtia, tum indubia experimẽti fide conſtat. Et quidem ut ea familiari quadam nobiſcum natura in noſtri corporis ſubſtantiã conuerti ſolẽt, ſic certa qualitate quadã ſua, dum nobis adhuc ſimilia effecta nõ ſunt, alterare, & immutare haud parum poſſunt: quod in ijs facit animãtibus Ariſt. manifeſtũ in quibus à ſua eorum natura immutationẽ eſſe non minimã factã pabuli uarietate confirmat. Sic idem ipſe Ariſt. pabuli eſſe genus quoddã teſtatur, quod copiã lactis, præcipuè ruminantibus extinguat, aliud quod augeat: extinguit Medica herba, auget Cytiſus

Ariſto. lib. 3. de hiſto. animal.

Ariſto. lib. 3. de hiſt. ani. ca. 21.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 342 sur 428

Cytiſus, & Eruum. Sic rurſus animalium plurimam pro loci, in quo degunt, uarietate, differentiã eſſe, longißimo idem cõtextu alibi apertißime mõſtrat. Facit enim certè regio, atq; adeò ipſa cœli facies, et ſoli uaria natura, ut pro alio, atq; alio ſui poſitu, & temperie, longe diſſimilima ferat cum animantium, tum plantarum, & arborum, fructuumq; genera. Nam ut probè Poëta canit,

Lib. 8. hiſt. ani. cap. 28.

—Leges, æternaq; fœdera certis
Impoſuit natura locis.

Virgilius 1. georgicon.

Hinc fit, ut alijs alia locis & naſcantur felicius, & proueniant temporius, & ſeruentur, ac perennent diutius. Sunt animalia, quæ non niſi locis calidioribus proueniant, ut elephanti, leones, ſerpentes: alia, quæ locis tantum frigidioribus, ut biſontes, uri, Alces, tragelaphi: multa, quæ locis omnibus generentur, ut boues, equi, aſini, ſues. Hinc illud Ariſtotelis natum, locis nonnullis gigni omnino aliqua nõ poſſe, alijs quidẽ poſſe, ſed pauciora, & uita breuiore, nec proſpera. Amnis eſt in Cephalenia (ut idem tradit) inſula, in cuius altero latere cicadæ multæ, in altero nullæ gignãtur. In Boëtia, agro Orchomenio talpæ multæ habentur, at in Lebadico illi uicino nullæ: neq; ſi aliunde eò transferantur, degere poſſunt. Quæ ſanè omnia cibi uarietate, cœli, ac terræ ſitus cõditione prouenire, idem autor teſtatur. Quod & ipſum in plantis, nedum animantibus, euenire (non inquam omnia in omnibus locis naſci, nec translata uiuere) certò experimur: hocq; aliàs faſtidio, aliàs contumacia, ſæpius imbecillitate eorum quæ transferuntur euenit, aliàs cœlo inuidente, aliàs ſolo repugnãte: ut de balſamo, Palma, Cinnamũ frutice, amomo, nardo, myrto & lauro Plinius exactißime docet: ut uerißimum illud Maronis exiſtimem,

Ariſt. lib. 8. hiſt. animal. cap. 28.

Plinius lib. 16. na. hiſt. cap. 30.

Hic ſegetes, illic ueniunt felicius uuæ,
Arborei fœtus alibi, atq; iniuſſa uireſcunt
Gramina. non'ne uides croceos ut Tmolus odores,
India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi?
At Chalybes nudi ferrum, uiroſaq; Pontus
Caſtorea, Eliadum palmas Epeiros equarum?

Vergilius 1. georgicon.

Nec certè mirum: nam ſua cuiq; regioni attributa eſt dos, ſua ſoli natura, peculiariſq; cœli facies, et clemẽtia. Eam ob cauſſam euenisſe puto, ut Perſica planta in natali ſolo letalis, in Aegyptum translata edendo fuerit facta. Sic enim de ea Dioſcorides, Galenus, Theophraſtus, Plinius q; affirmãt. Ita certè natura comparatum eſt, ut uel à terreno, uel à paſtione, uel ab ipſo demum cœlo, ut mox dictum, non ipſa animalia tantum, ſed & fruges, & fructus, meliores, deteriores'ue alij alijs locis proueniant. Quamobrem meritò probare ficus è Liguria Itali ſolẽt, Etruſca Perſica, Veſuuinas uuas, à Clodia foſſa, Padiq; oſtijs melopepones, Appulas amygdalas, Campana punica mala, Picentes oliuas, è Romano agro apia poma, è Sabino muſtea pira, Tarentinas iuglandes, caſtaneas è Clauonia. Ex animantibus autem, boues Inſubres, iuuencas Romanas, Tuſcos apros, uitulas Surrentinas, hœdos Vmbros, arietes Piſtorienſes, gallinas Patauinas, & columbas Interamnenſes. Non ipſo uerò tantum cœlo, & pabuli uarietate, immutari animantia contingit, ſed & ipſo quoque in rem unam quampiam

Dioſc. li. 1. cap. 198. uerſione Hermolai.
Gal. 2. de Alimen. cap. 36.
Theophr. 4. de hiſtoria plant. cap. 2.
Plin. lib. Natu. hiſt. 13. cap. 9.

Animantium ex contuitu uarietas.

©BIUM

piam intentiore contuitu, præſertim ſi conceptus tempore uehemens is fiat. Quo ſanè pacto legimus in Biblijs ad uerſicolorum uirgarum conſpectum Iacob Iſraelitici armēta maculoſos, & uarios peperiſſe fœtus, pro conſpectorum ſcilicet colorum uarietate. Quid nūri igitur ab alimētis magnam in nobis fieri mutationem, ſi à ſola oculorum in rem quampiam intētione fiat? Nam etſi alimenti proprium eſt à natiuo noſtro calore uinci, uti III. de temperamētis, tamen ipſum dum patitur, agere nōnihil certè poteſt: quòd illud, Agens omne in agendo, ab eo quod actionem ſuſcipit, nōnihil & ipſum pati, non Medicorum tantum, ſed & ſummorum ſemper Philoſophorum cenſura ueriſsimum ſit habitum, quum id quod patitur, ſuarum qualitatum, uiriumq; portionem agenti communicet. Quippe res omnis ab ea cum qua uerſatur (etiam ſi multò ſit potentior) contagionem ſuſcipit. Sic ſaxum, quantumuis durum, ac ſolidum, à molli unda diutius profluente cauitatem concipit: de quo appoſitè id dictum eſt, Mollior aſſiduis ſaxum cauat ictibus unda. Sic gladius, alioqui ad ſecandum appoſitiſsimus, à mollis cuiuſpiam ſectione, ſi id crebrius fiat, obtuſior reddetur: & uniuersè quæcunq; actionis cuiuſpiam editionem moliuntur, ipſa quadantenus pati eſt neceſſe.

Gen. cap. 30.

Alimenti proprium.

Agens omne in agendo pati.

IAM quid de his, quæ inter ſeſe miſcentur dicēdum ſit, nemo neſcit. Quippe ſi in aquæ feruētis amphoram, gelidæ aquæ heminam effuderis, id quod ex utriſq; mixtum eſt, non ſolum heminam uictam eſſe declarat, ſed uincentis quoq; affectum, quem gelidæ hemina, in feruentis aquæ amphoram retruſit. Rurſus ſi in frigidæ amphoram, feruētis aquæ heminam effundas, ſuccumbet quidem hemina: at afficietur interea, licet non ita multum, amphora. Verum ut antea diximus, non eſt inſtituti noſtri in hoc opere neq; contendere, neq; ſermonē protrahere, ſed quoad eius fieri poteſt, quàm celerrime docere. Igitur Leuce, id eſt, uitiligo, maximus alteratricis facultatis eſt error. Sunt alij quoq; multi, paruiq; errores, cum uel per humiditatem, uel ſiccitatem, uel calorem, uel frigus, caro immutatur. Sed non ſolum ob facultatis alteratricis imbecillitatem, pars aliqua priuatur alimento, uerum etiam ubi attrahēdi uis fuerit imbecillior, aut expultrix immodicè mouerit. Atqui tum immodice mouet expellendi uis (ut & antea diximus) cum retentrix potētia grauatur, aut ob excremētorum uel multitudinem, uel acrimoniam, aut ob propriam imbecillitatem. Tunc enim neceſſe eſt, ut cum eo quod redundat, ſimul etiam quod utile eſt, excernatur: ut in lienteria, dyſenteria, cholerāq; fieri ſolet. Quòd ſi expellendi facultas fuerit imbecilla, neceſſe eſt carnem tum humidiorem fieri, tum pluribus excrementis impleri.

impleri. Atqui multorũ excrementorũ redundantia, ob alteratricis facultatis imbecillitatẽ accidit. Itaq; simul utramq; potentiam à sua functione aberrare contigerit, ut attrahendi uis multũ allicíat succũ, non possit autẽ alteratrix quicquid attractum est, conficere: tum multa redundare excrementa, ac expultricẽ uim hoc tempore minus probè, imbecilliusq; suo munere fungi, & hanc ob rem complura in carne excrementa consistere necesse est. Ita fit, ut pro excrementorũ tum specie, tum quãtitate, alias aliter caro immutetur, ut interim œdematis, id est mollis tumoris, interim inflationis, nonnunquam aquæ intercutis, referat speciẽ. Atq; hoc genere continetur illa aquæ intercutis species, quam anasarca nominant. Verum non est nobis immorandum (ut opinor) in ijs, quippè qui non omnia particulatim explicare decreuimus: satis enim uidetur, ea quæ ad studiosorum exercitationem conducere possunt, proposuisse.

Lib. de Inæqual. Intemp.

QVOD *proposuerat, exemplis in id appositißimis confirmare, & demonstrare Galenus contendit, hoc inquam, Agens omne, nonnihil & ipsum agendo pati: idq; præsertim ex his, quæ in uarijs contrariarũ qualitatum mixturis apparent, ut in quibus, uincentis nonnunquam qualitatis facultas uicta apparet. Quippe (quod bellè Galenus docet) si in feruẽtis aquæ amphorã, egelidæ heminam effuderimus, non tam feruentis aquæ uictoriam, quàm eiusdem ab gelidæ hemina retusionẽ ad tactum experiemur: sicq; ecõtra, si ad satis magnam frigidæ mensuram, feruentis aquæ nonnihil inijcias, inuenies frigidam quidem in tota mixtura superare, sed tamen ab ipsius feruẽtis aquæ calore tantillum remissam, & à summo suo gradu deiectam. Quæ sanè res indicio est uel maximo, quod agit, si modo eandem eum eo quod patitur materiam sit nactum, prorsus in agendo aliquid pati. Quæ docta summi Philosophorũ Aristotelis est sententia. Nam quæ eandem materiam non habent, ea quidem citra passionẽ (ut idem tradit) agere cõsueuerunt, ceu medendi ars: quæ & ipsa etsi sanitatẽ efficit, ab eo tamen quod sanum efficitur, patitur prorsus nihil, quòd scilicet in materia non cõmunicent. At cibus dum agit, & corpus alimonia auget, pati quoq; nonnihil solet, utiq; dum calefit, & in minimas distribuitur partes, & attenuatur. Atque hæc satis quidem esse uidentur, ut id asserũ, & firmatũ maneat, quod initio propositum fuerat Galeno, ut demonstraret. Quòd uerò amphoræ, & heminæ meminit, proposito exemplo ut inseruiret factũ fuisse existimandũ est: ut inquam indicaret, si uerũ id est, in tam disparibus misturis, quod multo interuallo superat, ab eo quod multis numeris superatur, nõnihil pati, longè quidem in ijs actionibus id uerius esse, in quibus nõ tam longo interstitio agens, ab eo quod patitur, superatur. Sed quando in amphoræ, & heminæ mentionẽ ipso orationis transcursu incidimus, quid utraq; sint maioris explicationis gratia, ex probatorũ sentẽtijs adferre nõ*

Aristotel. 5. de genera. cap. 7. textu. com. 53. & cap. ultimo eiusdem lib.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 345 sur 428

Amphora quid.

Colu. libro 12. cap. 20.

Hemina quid.

Georgius Agricola. Portius.

Cutis uicia unde.

Atrophiæ causæ.

Excretoria facultas unde irritetur.

intempestiuum fortasse uidebitur. Amphoram igitur peritißimi quiq; Italicam mensurã esse uolunt pedis quadrati, octo & quadraginta sextariorũ capacem: hanc eandem Quadrantal antiqui uocabant. Amphoræ dimidium, urna est: quæ, ut tradit Columella, quatuor & uiginti sextarios cõtinet. unde constat amphoram, urnas duas in totũ complecti. Heminã autem ex Græco ἥμισυ, quod est dimidium, ductam, Festus Pompeius scribit, quòd sit sextarij dimidia pars. liquidorũ esse mensuras tum amphoram, tum heminã, uarijs Columellæ, Horatij, & Ciceronis locis apertißime demonstratur: quæ qui scire uolet (quoniam ad rem nostram minime facere uidentur) Georgium Agricolã lib. de Ponderibus, & Mensuris 1. & Portium adeat. Nobis autẽ hæc de hisce rebus tantum dixisse ad pleniorẽ Galeni intelligẽtiam satis uisum est. ut autem eò redeat, unde digressa est, oratio, id memoria tenendum, quæcũq; in cute uitia fiunt, alteratricis potentiæ imbecillitatẽ sequi, hoc est, nutritoriæ, quum ea alteratrix etiam facultas quædã, & immutatrix tum sit, tum habeatur. Ea igitur ipsa facultas, quum deprauatè suo munere fungitur, uitiatũ præstat corpori alimentum: unde uitiligines, psoræ, lepræ, & eius generis mala nascuntur, uitiosi utiq; alimenti germina. tumq; pars ipsa congruo priuari alimento recte dicitur: uti etiam quum attractoria eius partis facultas allicere ad se præ imbecillitate alimentum non potest: uel quũ expultrix nimium promouerit, non inutilia modo excremẽta, sed & ipsum quoq; salubrem succum, & mox futurum alimentum uacuans. Irritatur uero excernendi uis excrementorum uel ninia copia, uel acrimonia commota, & ad expellendũ concitata: quod & 2. de febrium diff. & millies in mille locis Galeno dictum est. Quamobrem in leuitate intestinorũ, & difficultate, Choleraq; uocato morbo euenire uidemus, ut & utile cum inutili excernatur, & tabescant alimenti penuria partes. Atq; hæc quidem ualente expultrice potentia fiunt: quæ imbecilliori reddita, & humidiorem reddi partium substantiam, & excrementis impleri, utiq; minime uacuatis, consequens quidem est. sed de his, quum iam à nobis lib. 3. cap. 6. abunde sit dictum, hæc sufficere uidebuntur.

IGITVR haud importunum fuerit ad aliud symptomatum genus transire, quod non longe abest ab ijs, quæ in actionis noxa consistunt. Hoc genus in excrementorum, tum quantitate, tum qualitate cõspicitur, siue potẽtiæ noxa aduenìat, siue intempestiue irritetur, siue ad prauum motũ excitetur: Aut instrumentum aliquod hianti ore pateat, aut rumpatur, aut erodatur: id quod in sanguinis excretione uidere est. Satius enim fortasse fuerit, ab hac initium sumere, quippe quæ ferè semper ex genere uidetur esse præter naturã. Nam excepto eo sanguinis fluore, qui mulieribus ab utero defluit, reliquæ omnes sanguinis expulsiones, toto genere præter naturã esse cẽsentur. Atqui uteri profluuia, tunc solũ præter naturã sunt, quũ modũ in quantitate excesserint. igitur uasa

rumpun

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 346 sur 428

rumpuntur.aut ob plagã extrinſecus illatã,aut aliquo calci-trante,aut percutiẽte,aut aliàs hominẽ uehementer feriente: rũpuntur & ſalientibus,& ab alto cadẽtibus: præterea iſs,qui acuta,magnaq; uoce clamauerint:quippe per huiuſmodi cla morẽ,uocaliũ inſtrumentorũ partes non mediocriter tendũ-tur,atq; eandẽ ob rem diſrũpuntur eorũ uaſa,quos ſaltatio-nes læſerunt.Sed illorũ qui ab alto cecíderũt noxa,ad plaga-rum genus referẽda eſt. Níhil enim refert, ſiue ob cadentem ſuper te lapidẽ,ſiue quía uehemẽti impetu in terrã delapſus es,pars quæpiã affligatur. Ob has ferè cauſſas uaſa rumpũ-tur,quæ adeò ſunt euidẽtes, ut nemínem latere poſsint.Sunt alía fluxionũ genera, quæ à corporis affectíbus ſcaturíunt: ut ſi quis ultrò è naríbus ſanguínem mittat, aut ipſum uo-mat,aut tuſsiendo, aut ſcreando reíciat, aut à ſede deíciẽ-do,aut meiendo cum urina ſanguínem expellat: omnes hu-iuſmodí fluxiones toto genere præter naturam ſunt. At mu-liebre profluuíum,ut iam díximus,nõ toto genere, ſed tunc ſolum præter naturã eſt,quum quãtitatis modum exceſſerit.

QVAE *in excrementis ſymptomata eueniunt,ad actionis noxã pertinere cen-ſent omnes. Siquidem ſi uel iuſto copioſiora,uel acutiora, exedentia'ue magis, aut craßiora reddantur,expultricis omnino facultatis uitiatam actionẽ demon-ſtrant.Deprauari autẽ illius actio tum uel maxime poteſt, cum uel intẽpeſtiua ab excrementis irritatione,uel inſtrumentorũ excretioni ſeruientium hiatu,ru-ptione,eroſione,& id genus alijs ad expulſionẽ immodice cõcitatur.inſtrumẽ-torum porrò ora patentiora fieri ipſa humoris copia,& plenitate, firmè ſem-per cõtingit.Rumpi uero,quũ plenitudini extranea quæpiam qualitas cõiuncta eſt: quamquàm ſola interdũ plenitas ruptura facere poßit.Eroſionẽ, acris mor-daxq; humor exedendo ſæpenumero facit,ut plerumq; in ſanguinẽ à pulmone reiectantibus eſt uidere,in quibus & calidus,& acutus ſanguis, bilisq; ſpecicm referens,ore reijcitur.omnis autem ſanguinis excretio,præter muliebre profluuium,toto eſt genere cõtra naturã: quòd qui per illam excernitur humor,ſecũ-dum naturã cõſiſtere,in uaſisq; cõtineri debet,ut ſup.lib.3.capite 6.ab eodem Galeno proditũ. Muliebrẽ tamẽ excretionẽ,quæ illis ſtatis,certisq; diebus recur rit,ſecundum naturã eſſe (quòd ſuperfluũ tantũ,ac inutile excrementũ expella-tur,idq; naturæ opera) Galenus ingenuè cõfitetur. Et merito quidem, quòd id omne dici ſecundum naturam debeat,quod & in tempore,& naturæ opera,& multo cõmodo expellitur: qualem eſſe menſtruũ fluxum,ſi modum ſeruet,omnes ſcimus: quẽ tamẽ,ſi modum exceſſerit,iam omnino præter naturã eſſe nemo du-bitat.Rupturæ autẽ uenarũ,excretionisq; ſanguinis cauſſas omnes externas ita adamußim Galenus explicat,ut ſibi metipſe cõmẽtarij uice ſit.Quare in his ſer-monẽ proferre non admodum utile putauimus:cõuenire autẽ magis,ut ad expli-*

Menſes muliebres ſecundum naturam eſſe. Secundũ natu-ram eſſe quid.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 347 sur 428

candas reiectionũ ſanguinis omniũ internas cauſſas ſtylum uertamus: quod ſanè ſumus ſequẽti cõmẽtario effecturi. in quo eruptionis ſanguinis per nares, os, podicẽ, & colẽ cauſſæ corporeæ adducẽtur omnes: quòd ſcilicet ad medẽdi methodum nõ minimi ſit omnino momẽti, fluctionũ harũ internas cauſſas nouiſſe: ſine quarũ animaduerſione mancã reddi totã curãdi methodũ omnibus eſt in cõfeſſo.

HORVM omnium cauſſa trifariam diſtinguitur: quippè uel facultas ora uaſorum aperit, ut in ſanguinis fluore è naribus uidere eſt: uel ſanguis ipſe malè affectus eſt: aut uaſorum aliquod malè affectũ. Sanguinẽ malè affectũ dico, uel quũ adeò uitioſus eſt (Græci cacochymon uocãt) ut uaſa, quibus continetur, erodat: uel adeò eſt auctus, ut à uaſis cõtineri nõ poſſit: atq; hìc ut uas ipſum rumpere nõ poteſt, ita uaſorum ora aperire poteſt. At uaſa malè affecta dicuntur, ſi uel molliora, uel duriora, uel tenuiora fuerint: id quod nõnullis à natura contingit, quorũ figmentũ ſtatim in utero uitiatur: quãquã etiã molliora à redundante humiditate, duriora ab ariditate, tenuiora ab inedia, nonnunquã proueniũt. Quod immodice molle eſt, facile rũpitur ob imbecillitatẽ: At ualde durũ, quia haud facile multũ extenditur, tenue ob uenarum utraſq; huiuſmodi affectiones, non ſolũ ab internis cauſsis, uerũ etiã ab externis rumpi facilè poteſt. uerũ non omnia uaſa ſimiliter erodi poſſunt. Nam durũ, craſſumq;, erodi contumax. ita de hiatu quoq; dicendum eſt. Nam uaſa imbecilla, mollia, & tenuia, prona ſunt, ut ora ipſorũ pateant: Robuſta uero & craſſa, & dura, ſunt ad hiatũ inepta. Accidit autem hiatus, ab his, quæ uaſorũ ora irritant, & à plenitudine grauante, nonnunquam à natura, quum excernit ea quę ſibi moleſta ſunt. Sunt qui iam dictis quartũ genus addant, ipſumq; pedeſin, id eſt, ſaltũ ſanguinis, uocãt. ſed non ita res ſe habet: quippe haudquaquam quartũ genus eſt. ſed uel ob exiguarum uenarum hiatum fit, uel ad genus cruentæ excretionis reduci non debet. Quippe ſeri ſpeciem refert, quale per iocinoris, renumq; imbecillitatem ſubinde euenire ſolet, ut uel cum urina, uel cum aluí excrementis, ſerum cruentum eijciatur. Sed de ijs poſtea dicemus.

EXCRETIONIS *ſanguinis quacũq; eruperit, triplicẽ eſſe cauſsã Galenus affirmat, nẽpe, uel facultatis robur, uel ſanguinis uitiũ, uel uaſorũ deniq; iſanguinẽ cõtinentiũ noxã. Facultatis autẽ opera tum ſanguis aut in ſecũda, aut in aduerſa ualetudine excernitur, cũ redundantiã, qua uaſa premũtur, expultrix potentia*

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 348 sur 428

tētia minuere reſeratis uaſorū oſculis nititur, ut in bene habitis corporibus per ueris initia accidere magnus ubiq; Hippocrates confirmauit. In morborū autem decretorijs eadem ipſa facultas ſæpenumero hanc ſanguinis expulſionem molitur, ut pulſo noxio humore, ab ægritudine corpus uindicet. Et hæc quidem à facultate. A' ſanguine uero, cum uel acrimonia, & caliditate ſua, expultricem ad ſui excretionem proritat, uel alioqui tenuitate nimia, & ſeroſa ſubſtantia ad fluxum eſt paratior. Vaſa autem malè tum affici iure dicentur, cum uel laxiora, uel duriora omnino, aut alio quopiam uitio affecta fuerint, quamobrem ſanguinem pro naturæ modo, continere non poßint. Horum quodcūq; in corpore fiat, ſanguinis fluxum neceſſariò ſequi oportet.

Hippocrat. 3. apho. texta 10.

IN præſentia de his quæ uomitione reiiciuntur, dicendum eſt. Fiunt autem huiuſmodi excretiones, interim grauato ob multitudinem uentriculo, ut quum plurimum cibi ingeſtum eſt: interim ob rem mordacem ueluti mœſto, quēadmodum ubi per cruditates cibus ingeſtus, uel acidum ructum uel nidorem, uel amarorem, uel acrimoniam refert. Eodem genere continentur & biliоſa, & pituitoſa, & ſeroſa excrementa, tum inibi nata, tum ex uniuerſo animantis habitu in ipſum deriuata. Eſt præterea tertium cauſſarum genus, quibus uentriculus ad uomendi impetum concitatur, nulla uel graui, uel mordaci re ipſum irritante, ſed ob id duntaxat, quòd præter naturam quidpiam in eo continetur. Eſt autem communis omnium quæ præter naturam ſunt, definitio, ſi, poſtea quàm concocta ſunt, alere non poſſunt. Hac ratione (ut opinor) nō ſolum acida pituita, aut ſalſa, uerum dulcis quoq; nonnunquam in uentriculo conſiſtens, ipſum ad uomitum prouocat. Haud aliter ſanguis, ubi in uētriculum effuſus eſt, ipſum ad uomitionem impellit.

Vomitus.

VOMITIONEM, *motum quendam uentriculi eſſe omnes ſtatuunt, quo ſupernè per gulam, quod moleſtat, expellere nititur. Hanc concitant quæcunq; uel grauiore mole uentriculum onerant, uel acrimonia, lentore, craßitie, acore aut alia quauis noxia qualitate infeſtant. Promptum enim, expeditumq; huic membro motum natura ad ſuperflua depellenda excogitauit. Nam cum iniurijs bene multis obnoxium eſſet huiuſmodi membrum, ſagax, prouidaq; natura probè conſulens, uomitu, ceu præſenti quodam auxilio, à tot, & tantis iniurijs alleuationem eſt meditata. Quæ enim grauitas à nimio ingeſto cibo, uel acrimonia ab acribus, uel euerſio à craſſo, & lento ſentitur, prorſus uomitu tolli experimur. Proinde & cruditatis omnis, & contracti ab humoribus uicij, non aliud certè uomitu efficacius auxilium inuenias: præſertim ſi & calidi, leuesq; ſint na-*

Vomitus commoda.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 349 sur 428

tura ſucci, & in uentriculo ipſo innatent, nec fixi hæreant. Huiuſmodi nanq; ſuccos facilius uomitu expelli poſt Hippocratem Galenus pluribus in locis prodidit. Quamobrem appoſitiſſimè mihi certè diuinus idem Hippocrates, uomitum tantopere laudaſſe, quibus præcipua ſeruandæ ualitudinis cura, & ratio haberetur, eſt uiſus. Vt qui plenitudinis morbos auferat, leuiora corpora ſenſuſq; omnes reddat, uaſa confirmet, uentriculi inappetentiam adimat, à morborum demiq;, qui à plenitate eueniunt omnium iniurijs, corpus tutum faciat. Quibus ego rationibus adductum Hippocratem facile crediderim, ut biduo continuo, ſingulis quibuſq; menſibus concitandũ, plenitatis inaniendæ cauſſa, uomitum cõſuluerit. id uero in uniuerſum de uomitu ſtatuendum, motum eſſe præter naturam ad ea reijcienda quæ uentriculum infeſtant, ſiue ea grauitate ſua, & pondere premãt, ſiue acrimonia irritent, ſiue tandem aliunde ad ipſum deriuẽtur. Quinetiam ubi præter naturam quidpiam in ipſo conſtiterit, & ipſum quoq; ad uomendũ concitare iure optimo poteſt. Ea porrò præter naturam dici debent, quæ etſi maxime elaborentur & uentriculi uim ſentiant, tamen aut contumacia, aut ſubſtantiæ ineptitudine ſuæ, alere non poſſunt. Qua certe ratione pituita uel ſalſa, uel acida, uomitum concitare quandoq; poteſt: quòd alendo non ſint, quæcunq; minime familiarem cum corpore noſtro ſubſtantiam habent: eoq; cõcoctionem ueram non admittunt, quantumuis ab ſtomacho elaborentur. Quamobrem meritò in uentre conſiſtentia uomitum ciere poterunt. Cum uero quæ præter naturam ſunt, ita diſtinxit Galenus, ut poſteaquam concocta ſunt, alere minime poſſint, concoctionis nomen pro qualicunq; uentriculi in ſuccos elaboratione, non pro tranſmutatione illa, qua in qualitatem animanti familiarem conuerſio fit, accipere te oportet: ni certè errati Galenum arguere non pudeat: falſum enim eſt, quæ uerè concocta ſunt, alere non poſſe. Sed quum ſint quædam eiuſmodi, quæ, etiam ſi maxime à uentriculo elaborentur, in alimoniam tamen tranſire non poſſunt: hæc certe, meritò præter naturam eſſe Galeno dicta ſunt, uti ſanguis, acida, uel ſalſa pituita ſecundum uentrem conſiſtentes. Sed confluentis in uentrem ſanguinis longè alia, quàm pituitæ, & aliorum excrementorum cõfluentium, eſt ratio. Nam ut uomitu ſanguis reijciatur, referari quoquo modo uaſorum oſcula oportet, quod interdum nimia copia, interdum acrimonia fit ſanguinis: ut reliqua uero excrementa ducantur, nihil tale fieri eſt neceſſe: eoq; ſanguinis uomitus cæteris perniciosior.

Vide Hippo. & Gale. 4. aphoriſmo.

Vomitus quid conferat corpori.

Hippocra. lib. de uictus ratione 2.

Quæ præter naturam in uentriculo eſſe dicanſ.

Concoctionis nomen.

Apertionis naſorum cauſſæ.

SOLET uentriculus etiam ad inferiores partes excrementa tranſmittere, idq; aliquando celerius, aliquando tardius, aut minus, aut plus, aut ſæpenumero, aut raro, uel utile alimentum, uel corruptum, aut à ſupernis in ipſum deriuatum, aut in ipſo genitum. At excretio ſolitum tempus præuenit, uel quia uentriculus ob multum cibum aſſumptum grauatur, uel pungitur, uellicaturq; à re mordente, quam ut alienam, ac extraneam expellere nititur. Cęterũ meminiſſe debemus, quum

Excremẽtorum per inferiora deiectio.

Cita deiectio

quum multum quid dicimus, id trifariã fieri poſſe, aut quia potentiam, ut potè imbecilliorem uincit, aut aſſumptum alimentum immodicum eſt, aut ob utrancq; cauſſam. Præter iam dictas cauſſas alimenta quoq; tum humidiora, tum uiſcoſiora ingeſta, uelocem deiectionem efficiunt: quæ tum celerius delabuntur, quum leuiter poſt eorum aſſumptionem ambulaueris, ut concutiantur quidem, ſed non ante tẽpus per corpus digerantur, id quod per concuſsiones interdum accidere uidetur. At quoniam complures ſunt inteſtinorum circũuolutiones, neceſſe eſt, ut alimenta per ſingulas, ex ſuperioribus ad inferiores deferantur. Deinde quod grauitatis preſidio fieri non poteſt, nempe ut propellantur ea, quæ per inteſtinorum circumuolutiones fixa continentur, id potentiæ haud difficile eſt: quippe habent inteſtina inſitam uim qua expellant ea quæ ſibi moleſta ſunt. Atqui humida, uiſcoſaq; alimenta facile permeant, ſiue id ab ipſorum grauitate, corporisq; quaſſatione contingat, ſiue à facultatis efficacia protrudantur. Atq; de citæ deiectionis cauſsis, hæc dixiſſe ſatis fuerit.

Multum.

Lib. .. tuend. ſanit.

NON *ſupernè tantum, ſed & per infernas partes ſolet uentriculus, quæ moleſta ſunt, reddere. Quod & ipſum prærogatiua penè ſingulari, eſt uentriculo à natura tributum, ut cui uidelicet duo inſint ad ea munia obeunda ingenita oſtia: ſuperum alterum, quo uomitu ſuperflua redduntur, infernum alterum, piloron Græcis uocatum, quo inteſtina delabuntur: quæ infernè eijci oportet. Celerius uero quàm pro naturæ modo uentriculus infernè deijcit, uel ob nimiam plenitatem, qua ueluti onere grauatus ad excernendum cogitur, uel ob mordicationem à re acri, cuius ſanè uellicationem ſentiens uentriculus, excretione, ab ea tanquã re moleſtiſsima ſe liberare cõtendit. Multũ porrò quidpiam non unicè dici debet. Nam quodcunq; facultatem ipſam ſuperat, id recte multum dicitur: tum & id quoq;, quod nimia ſua copia grauat: ad hæc, quod & mole, & uiribus ſimul facultati negotiũ facit. Diſtinguuntur uero hæc inter ſe hoc pacto, ut non id omne quod facultatem uincit, abſolutè & ſimpliciter multũ dici debeat, ſed facultatis tantum reſpectu, ut quæ nimirum imbecillior reddita, à modico etiam cibo ſuperari perfacile poſsit. At quod mole ſua, & copia, negotium facit, multoq; magis quod utraq; ratione grauat, id recte multum dici debet. Citæ quoque deiectionis ſunt & pleræq; aliæ cauſſæ, nempè uel humida cibi natura, uel deiectoria facultas cibo indita, uel uentriculi contentiua potentia imbecillior facta, uel expultrix ualidior reddita, uel intempeſtiuus à cibo motus, uel potus exuberans. Vniuerſa inquam hæc, celerem deiectionem, ſicuti contraria tardiorem, efficere ſolent. De cuius cauſsis proximo commentario nonnulla ſamus dicturi.*

Vẽtriculi oſtia.

Tardius

TARDIVS quàm pro consuetudine, excernit uenter, aut ob intestinorum uel imbecillitatem, uel obtusum sensum, aut ob alimentorem tum paucitatem, tum qualitatem. Quippè quæ imbecilla sunt, protrudere non possunt: quibus uero sensus obtusus est, non facile percipiunt ea quæ ipsis molesta sunt. Atqui hanc molestiam expulsio sanare solet. Iam alimenta pauciora quidem quàm oportet, pauca continent excremenꝛta, proinde non adeo grauant: crassa uero & acerba, non ut humida, uiscosaq; facile labuntur, sed contrà lento mouentur per meatus incessu. Neq; solum intestinorum, sed musculorum quoq; uentris imbecillitas deiectiones retardat, præsertim ubi duriora fuerint excrementa. tum enim non solùm musculorum uentris, uerum eorum quoq; qui per thoracem tenduntur, efficaci auxilio opus est. Atqui pauciora quàm pro portione multitudinis ciborum, redduntur excrementa, ubi plus ex ipsis transit in anadosin, id est, digestionem per corpus. Econtrario plura quàm pro portione ingestorum, deijciuntur interdum ob defectum digestionis per corpus, interdum ob excrementa quædam è supernis ad uentris spatium defluxa. Porrò assiduæ excretiones, uel ob imbecillitatem uel rasionem eueniunt. Imbecillitatem instrumentorum uentriculi (ut subinde dictum est) intemperies efficit: at erodunt ea quæ in ipsis continentur. Mordicationis quatuor inueniuntur caussæ: una est uis pharmaci, uel cibis coniuncti, uel seorsum assumpti: altera est alimẽtorum corruptela: insuper excrementa mordacia, quæ ex corpore ad uentriculi partes defluunt: postremo eiusmodi excrementa in ipso genita, quemadmodum fit in dysenteria pendente ab ulcere maligno. Potest & quinta huiusmodi symptomatum caussa superaddi, nempè uehemens corporum sensus, siue is à natura, siue ab ulcere procedat. Est alius assiduæ deiectionis modus, ob caussæ genus ab omnibus iam dictis discretus, quum musculi extremæ parti, per quam effluunt excrementa, adiacentes, resoluuntur. Quippe huiusmodi deiectiones, à uoluntatis imperio pendent minime: proinde & intempestiuæ, & inordinatæ, & assiduæ sunt. Sed satis de excremẽtis iã dictũ.

SI QVIS *celeris deiectionis caussas præcedenti commentario explicatas, probe tenuerit, nullo fermè labore tardioris excretionis caussas est cogniturus: quòd contraria cum sint, contrarias quoque caussas habere oporteat. Quæ sanè omnia,*

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 352 sur 428

omnia, quum mira facilitate hìc à Galeno pertractentur, non eſt quod cõmentatione omnino ulla ea amplius explicare conemur. Id tãtum de aſſiduæ deiectionis cauſsis, & natura dicemus, eam quidem aſsiduam Galeno deiectionem dici, quæ ſæpe, & multum urgeat, ægrumq; perpetuò ad deſidendum cogat: quod uel nimia inteſtinorum laxitate, uel humorum acrimonia prouenire uno omnes ore affirmant. Sed hæc à Galeno melius.

Aſsidua deiectio.

RELIQVVM eſt ut de uaporante ſpiritu, quem flatũ quoque nominant, deinceps dicamus. Nam & is in uentriculi ſpatijs oriri ſolet, quum uel humores pituitoſi, ibi contenti, uel cibi, ab imbecilli calore in uapores reſoluuntur. Etenim abſolutum frigus ut uaporem haudquaquam excitat (neq; enim extenuare, neque conficere, neq; diſſoluere cibum poteſt) ita uehemens calor, magna ex parte uincens ea quæ comprehendit, pluſquam pro uaporis generatione, cibum extenuat, niſi is ſuapte natura facilè in flatum tranſeat. Verum ſpiritus ita genitus, & turbidus erit, & (ut ita dixerim) nebuloſus, quinetiam paucus, & parum duraturus, ut ad unum aut alterum ructum ſtatim euaneſcat. Calor autem in cibos agens, ſi parum ualidus fuerit, ut eos quodammodo diſſoluit, ita non omnino conficit: deinde ſic flatus ſiue ſpiritus exoritur.

Arist. lib. 2 meteorol. cap. 4.

SPIRITVS *nomen uariè à Medicis accipi, & ualde multa eius ſignificatu deſignari, omnibus eſt in confeſſo. Hippocrati ſæpe flatus quiſpiam eſſe uidetur, unde ægritudinum multarum in nobis origo ſit. Qui enim ſpiritus extra corpora eſt, aër (ut idem Hippocrates ait) qui in nobis incluſus, flatus meritò appellatur. Interdum eidem quoque autori pro Reſpiratione aſſumitur: quod planum locus ille Hippocratis facit, In febribus ſpiritus offendens, malum. Et item, Spiritus crebrior ſignificat dolorem. Reſpirationem hìc quidem ſpiritum ſignificare docta Galeni ad ea loca commentaria declarant. Galenum item uariè eo nomine uſum certò conſtat. Nonnunquam enim tenuiorem in nobis, calidioremq; ſanguinis partem eſſe uult, & omnium quæ in corpore ſunt, leuiſsimum, & tenuiſsimum, ut* III. *de Naturalibus facul. & lib. de Inæquali intemperie. Innati interdum caloris ſubſtantiam eo nobis ſignificari, tum Aphoriſmorum primo commento* XIIII. *tum* V. *de Simplicium facul. apertè monſtratur. Eſſe autem hunc ipſum ſpiritum, animæ præcipuum ad functiones omnes obeundas inſtrumentum, tum lib. huius tractationis* V. *tum eiuſdem numeri de Simplicium facultatibus lib. à Galeno proditum eſt. Huius autem ſpiritus ſubſtantiam, roburq; conſeruare quanti ſit ad uitam momenti, quibus etiam præſidijs id fieri oporteat, cum* X I. *tum* X II. *Methodi medendi edocetur. Rurſus uerò aliud quidpiam ſpiritum eſſe, nimirum ſtrepentem, aut uaporãtem flatum,*

Hippoc. lib. de flatibus.

Flatus.

Hippocr. 4. aphor. textu 69. & 1. prædict. textu 17.

Spiritus.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 353 sur 428

©BIUM

tum præsens Galeni locus, tum tertius, & uigesimus secundi Prædictionum Hippocratis apertè indicant. In qua significatione persistentes, Galeni de eo ad hunc modum sententiam explicabimus, ab ipsa rei natura exorsi. Est itaq; flatus uaporosa quædam, aëreaq; substantia, in eam naturam à debili calore degenerans. Cui sanè uapori materiam suggerunt, quæcunq; lentore, humiditateq; circunfusa debilem sunt nacta calorem: hæc enim ut in flatum transeant, sanè quàm appositissima ab omnibus esse creduntur. unde fit ut pituitosi in uentriculo succi, eiusue generis cibi in flatum facile degenerent. Quamobrem pisculenta, & cerealia fermè omnia, ad hæc oleracea, & quæcunq; horarijs fructibus uocatis adnumerantur, ut spiritum hunc gignan, tmaxime & sunt idonea, & habentur. Extenuari autem quæ in hanc naturam transeunt, omnia oportere, nubes uentiq; indicant: qui, uel Aristotelis testimonio, ex uaporibus, Solis, astrorumq; ui attenuatis sursumq; latis fieri creduntur. Quumq; attenuatio caloris peculiare quoddam sit munus, fit, ut quæ frigidiuscula sunt, uaporem excitare non possint. Sic neq; nimius calor idipsum facere potest: plus enim quàm pro uaporationis modo attenuat, dissipando, ac in halitum, insensilemq; trãspiratum diffiando. Qui uerò inter hos medius est, ut exactè imbecilli sit paulò ualidior, forti inferior, hic sanè calor ad flatum procreandũ est longè aptissimus. Nam ut cibos quodammodo dissoluit, in nõ omni ex parte superat, nec ex integro conficit. Vnde uaporantem gigni spiritum, superfluo utiq; humido dissoluto, necdum satis confecto, necessarium quidem est: quod Galenus exemplis ab externis rebus oppido quàm certissimis, planum nobis facere contendit.

flatus.

Aristot. 1. meteo. cap. 4. & 3. lib. cap. 4. & 5.

ATQVE, ut uno uerbo absoluam, quemadmodum in externis rebus uidemus, ut frigidissima constitutio, maxime spirante borea, aërem serenforem reddit, ac calidissima per æstatem constitutio, ambientem nos aërem purum efficit, mediæ uerò constitutiones nebulas pariunt, ita in animantibus accidit. Neque enim calor per extremam imbecillitatem, neque cum uehementes sunt ei uires, sed cum medium inter has affectiones obtinet, flatum gignere potest. Hic si per os reijcitur, ructum facit: si uerò per inferiorem, extremamq; partem demittitur, flatum reddit, interim strepentem, interim sine strepitu. Quum uerò per neutram partium defertur, flatum, seu inflationem (ut uocant) efficit, symptoma nimirum uentriculi, ob imbecillitatem non potentis spiritum, tum redundantem, tum nebulosum expellere. Atque intestinorum alias alię partes, quum huiusmodi spiritus in ipsis continetur, & mouetur, uarios excitant strepitus. Qui licet non omnes sortiti sint nomina, possunt tamen sic declarari, ut nemo, uel mediocris ingenij, non intelligat, & quale, & quantum

quantum ſit excrementum,& in qua potiſsimum parte circumuoluatur.Quippè ſi acutum,tenuemq; ſonum reddiderit ſpiritus, per tenue,& omnino anguſtum defertur inteſtinum, ipſeq; & purior, & magis aëreus eſſe deprehenditur. Quòd ſi ſpiritus inflandi uim habeat, exiguum ſimiliter ſtrepitum excitabit, dum per tenuia inteſtina reuoluitur, ſed non adeò exacte acutum tenuemq;. Atque omnes huiuſmodi ſtrepitus,in ieiuni inteſtini ſpatijs conſiſtere ſolent: eoq; minus reſonant,quò magis ad reliqua,inferioraq; inteſtina deſcenderint. Porrò ſunt alij bombosi (ut ita dicam) bombis latiſsimarum tibiarum non abſimiles, quales habere ſolent ij, qui tymbaulæ,id eſt,Siticines,nominantur: quæ ob materiam ex qua conſtant, purum ſonum reddere non poſſunt: & uiæ qua ſpiritus tranſit, latitudo, ſonum efficit grauiorem. Atqui huiuſmodi flatus in craſsis inteſtinis conſiſtunt, ubi uacua fuerint ab excrementis. Quòd ſi humiditas aliqua in ipſis contineatur, ab hac quoque prodibit quædam bombi ſpecies, quam Murmurillum uocant, futuram nuncians humidi excrementi deiectionem. Etenim eiuſmodi ſtrepitus ſpecies,utrunque ſignificat:deiectionem quidem, quia à mouente natura fit: humidum uerò excrementum, quia murmurationem habuit comitem. Porrò ſtrepitus flatum foras miſſum ſequens, ſi murmurilli ſpeciem refert, deiectiones ab ipſo fore ſignificat: ſi uerò purus,& ut ita dixerim,reſonans,clarusq; fuerit, alterum duorum, aut inteſtinum eſſe inane, aut in ſuperiori eius parte excrementa admodum dura contineri, ſignificat. Eſt & alius inter hos medius ſtrepitus (ut ita dicam) bomboſus, ab affectione inter iam dictas media ortum habens. Qui uerò ueluti ſtridorem refert (Græci τρυσμὸν, καὶ τρισμὸν dicunt: quippè utroque uocabulo utuntur, alij per υ, alij per ῑ, priorem ſyllabam ſcribentes) is ab inſtrumentorum anguſtia, & inflante ſpiritu, atque pauca humiditate procedit. Sed de his, quantum præſenti inſtituto opus eſt, ſatis iam dictum eſt.

EXTREMAE *anni conſtitutiones, ut quæ frigidiſsimæ, item & calidiſsimæ, gignendis flatibus omnium cenſentur ineptiſsimæ: quòd illæ cogendo denſando q;, uaporem unde flatus gignitur,attolli prohibeant: hæ diſcutiendo ac diſſipando, omnem funditus materiam auferant. Ita fit, ut nec hyeme media per nimium frigus, nec æſtate per immodicum æſtum, caliginoſum aërem, ſed pu-*

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 355 sur 428

©BIUM

rum, ſerenumq; conſpiciamus: autumno, & uere, nubibus obductum aërem, plenioremq; quandam cœli naturam contueamur: quòd & uapor multus ſurſum feratur, & elatus diſcuti, ac diſſipari ob imbecillitatem caloris nequeat. Vnde fit, ut per id temporis & flatus plurimi, & nubes quàm plurimæ excitentur. Ita ſanè & in animantis corpore accidere uideas. Nam qui caloris natiui robore conſtant, uti pueri, iuuenes, & quicunque felicem ſunt nacti temperaturam, ij nullis omnino flatibus premi ſolent, ut quos ne gignant quidem: quibus uerò modicus eſt natiui calidi uigor, ijs inquam flatuum copia ſubeſt. Ructus uerò tum certè appellari ſolet, cum intrò contentus flatus ore reijcitur: Strepens flatus, quum deorſum per ſedem: inflatio, quum neutram per partem eductus intrò fluctuat, & diſtenſionem facit. Atq; pathema hoc ut imbecillitatem uentriculi maiorem indicat, ſpiritum reddere non potẽtis, ita ſanè moleſtiam ſolet inferre maiorem, ac nonnunquam interim ſæuos dolores omnẽ medici curam, ſollicitudinemq; ad ſe uocantes. Varios autem fieri flatuum in emiſſione modos, ut acuti alij, tenuesq;, ſonori, & graues nonnulli, obſcuri plurimi reddantur, ipſa in emiſſione uarietas docet. Eius porrò tam uarij diſcriminis cauſſam Galenus ad excrementi ipſius quantitatem, qualitatem, & locum referre uidentur, uti ex ipſa contextus ſerie monſtrari apertiſſime poteſt. Quem locum totum, (ne immenſum, & ſpiſſum reddatur opus) commẽtari exactius deſinemus, ſi hoc modo tantum adiecero, ualentes in flatuum emiſſione ſtrepitus, aut inteſtinorũ uacuitatem, aut excrementorum ſoliditatem monſtrare: quòd per inane ductus ſpiritus, à nulloq; refractus, ualentem edat ſonum, ut qui per amplas tibias prodeunti ſit non longè diſſimilis. Hinc per inediam nobis dum fame urgemur, eiuſmodi plurimi flatus, murmurillaq; oriuntur. quod Paraſitus ille apud Plautum bellè ſic adnotauit, Mihi (ait) præ inanitate inteſtina obmurmurant. Durior autem in ſumma inteſtini parte contenta materia, ob id ſonorum flatum edit, quòd infra ſpiritum detrudens impetum adijciat, uniuerſa nimirum ſpiritus ui eodem collecta. Qui uerò ſtridentes, & quaſi præfocati emittuntur, tum meatuum anguſtiam, tum exiguum inflantem ſpiritum, humiditatemq; modicam arguunt. Porrò quòd Siticinum tibias, ob materiam ex qua conſtant, purum ſonum reddere non poſſe Galenus affirmet, non id modo ad ueteres illas tibias, quibus Siticines apud ſitos, hoc eſt, uita functos & ſepultos, canere ſolebant, unde Siticines dicti ſunt, ſed et ad hæc noſtra Muſica inſtrumẽta, quæ uulgo à Græco ducto nomine Tymbala etiam uocare ſolemus, referendũ exiſtimo. Cõſtant autem æreis tabulis concauatis, atq; in paruorũ tympanorum formã redactis, membranaq; ex aſini tergore ſumpta contectis: quæ ligneis uirgis percuſſa obſcurũ quidem, ſed ualidum edunt ſonum. Quo certe concentu ad tibias paruas coniuncto plebei apud Monſpeſſulum choreas, & ſaltationes ducere ſolent. At de his ſatis.

Ructus.

Strepens flatus inflatio.

Varij flatuũ in emiſsione modi unde.

Plautus.

Siticines.

PROINDE ad ea tranſeamus, quæ à ſupernis in uentriculum confluunt: diximus enim has ob cauſſas, tum humidiora, tum plura congeri excrementa. Porrò fluxio à ſupernis partibus in uentriculum fit ſubinde, ubi præualida fa-

Lib. 2. febr. cap.

culas

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 356 sur 428

cultas expellit excrementa: interdum quum adeò imbecilla facultas eſt, ut ne id quidem quod utile eſt, ferre poſsit. Itaq; excernitur id quod redũdat, tum in criſibus, tum nonnunquam per bonam ualetudinẽ, quemadmodũ in mulieribus ſingulis mẽſibus fieri uidemus. Itidem per cruentas dyſenterias Hippocrates accidere dixit ijs, quibus membrorum aliquod mutilatum eſt. Atqui uidemus id non ſolũ illis, ſed alijs quibuſdam, per definitos circuitus euenire. Quotquot autem ita inanitos uidimus, omnes prioris uitę exercitationem, cũ ignauo otio permutauerant: atq; huiuſmodi excrementum, ſola quãtitate abalienatum eſt. Alterum qualitate peccat, & magna ex parte in acutis morbis critice expellitur, nonnunquam in his quoq; quorum habitus liqueſcit. Porrò inter hoc quod omnino inutile, prauumq; excrementum eſt, & illud utile, de quo diximus, aliud tertium, excrementorum genus medium inuenitur, ut in uentriculo cibus ſemicoctus.

Cap. 7. Lib. 5. Coac. aph.

A SVPERNIS *partibus, atq; adeò toto corpore, in uentriculum fluxiones decidere, non hoc ipſo capite modo, ſed &* VII. *Methodi exactiſsimè Galeno dictum eſt. Vnde fit, ut quò maior hæc in uẽtrem fluxio deſcẽderit, eò humidiora in ipſo, & plura congeri oporteat excrementa. Quem ſanè defluxum tum uel maxime gigni contingit, quum reliquorũ facultates membrorum ualentiores, uentriculi uero infirmior fuerit: quæ communis fluxionum omnium cauſſa, ſi Galeno credimus, eſſe cenſetur. Sed & nonnunquam iuſto ampliora in ipſomet uentriculo excrementa redundant, quòd concoctrix facultas præ imbecillitate, quod ingeritur conficere nequeat: unde ne ipſum quidem quod utile futurum erat, ferre poteſt. Quamobrem crudo ſenſim accreſcente ſucco, uitioſum reddi eſt neceſſe. Porrò quod moleſtat, per criſes interdum expelli nouum certè non eſt. Sunt autem eæ, ueloces quædã ac ſubitæ, eorũ quæ infeſtant, alterationes, quibus uel in mortem, uel in ſalutem (quod frequẽtius eſt) morbus finitur. Nam quum acutorũ, & à plenitudine prodeuntium morborũ, eæ propriæ ſint (quanquam & alijs nonnunquam cõueniant: ſed quæ uerius ſolutiones, quàm decretoria dici debeant) fit ut quod redundat, cõmodè per criſes pellatur, morbum ſuperante natura. Facultatis item beneficio, corporis ſuperflua expurgantis, mulieribus menſes fluere, & nõnullis alijs per integrã ualetudinem diuerſi generis excrementa pelli, dicuntur. Quæ uero per cruentas dyſenterias expelluntur, non tam facultatis opera, quàm humoris uitio ad exitum concitantur. Quemadmodum ſola quantitate in ijs excretiones fiunt, qui ſtatis circuitibus, uel de mariſcis, uel de næuibus ſanguinem fundere cõſueuerunt, uel ex alijs quibuſdam locis certos quoſdam humores. Quibus uero mẽbrum aliquod mutilatum eſt, ijs ſanè ſtatæ excretiones certis interuallis recurrere conſueuerunt,*

Gal. 1. de Diffe. feb. cap. ulti.

Criſis.

Gal. 2. Aphor. com. 13. & 3. de criſibus, cap. 22.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 357 sur 428

uti bellè de his Hippocrates dixit, hanc (ut puto) adferens cauſſam, quòd quæ adempti mẽbri ratione ſuperfluunt, quum naturã grauare nimia copia ſoleant, natiuo quodã impetu extra feruntur: in quibus uero citra particulæ cuiuſpiam oblæſionem, hæ excretiones recurrunt, aut uitæ ignauiam, aut ualidum naturæ motum, multamq; plenitudinẽ conijcere, certò oportet. Quod uerò per hos motus excernitur excremẽtum, ſola copia moleſtiam parit: quod autem per morborum decretoria, non tam quantitate, quàm qualitate ipſa alienum factum eſt. Medium obtinet locum, cibus ſemicoctus, qui partim inutilis eſt, quã nõ exactè elaboratus, partim uſui futurus, qua concoctionis à calore nonnihil obtinuit. Galen. 4. de ſimpl. fa. ca. 14. Hunc enim ſemicoctum ſuccum, uel cibum Galenus nominare ſolet, qui à uentriculi calore alterationem paſſus, ab eo perfectè ſuperatus non eſt.

HOC per hepaticas maximè affectiones excernitur. Nominantur autem Hepatici, quos ob iocinoris imbecillitatem morbus infeſtat, etiam ſi nulla affuerit phlegmone. Hepatici. Similis enim affectus tum euenit huic uiſceri, qualis imbecilli uentriculo accidere ſolet, quum appetit quidem cibos, ſed quos concupiuit, incoctos relinquẽs, & grauat, & eos ſemicoctos inteſtinis tranſmittit. Ac uẽtriculus ipſe ad uomitum inſurgere poteſt, iecur uero habet affectũ uomitioni proportione reſpondentẽ: ſiquidem alimentũ quod per ora uaſorum meſaricorum ad ſeſe cõuellebat, rurſus ſemicoctũ per ea reſpuit. Eſt uerò huiuſmodi excremẽti ſpecies, uti maioribus noſtris placuit, ſimilis aquæ, in qua ablutæ fuerunt carnes. At ſatius fortaſſe fuerat non ita ſimpliciter pronuntiare, ſed ut abſolutior euaderet imago, & cruentæ, & nuper mactatæ, ſermoni ſuperaddere. Quod ſi quis hoc excrementum, aquoſum ſanguinem appellauerit, is quoq; boni interpretis munere functus mihi uidebitur.

Hepaticæ affectiones quæ. HEPATICAE affectiones eæ maximè ſunt, non quæcunq; hepatis uitio, ſed quæ ob unã tantũ eius uiſceris in ſuo munere obeũdo imbecillitatẽ proueniunt. Cuius ſanè partis quum peculiare ſit munus ſanguinẽ ex ſucco in uẽtre elaborato gignere, ob eo munere ſi deficiat, iam imbecillũ eſſe meritò cenſebitur, uti & uentriculus, ſi cõcoquere cibum non ualeat, & cerebrũ, ſi uoluntarium motum ſenſumq; membris impartiri nõ poſſit: ut enim functionis perfectio inſtrumẽtariæ partis robur, ſic eiuſdẽ uitium infirmitatẽ demonſtrat. Vide Gal. in arte medicinali. Hepaticæ igitur affectiones tum maxime apparẽt, cum ſemicrudi gignũtur humores, ſanguiſq; ipſe loturæ recens mactatæ carnis ſimilis cijcitur. Quo pathemate qui laborãt, Hepatici. iure Hepatici, uti qui malè cibos cõficiunt, Stomachici nuncupari ſolent. Stomachici. Nam utroſq; ob imbecillitatẽ morbus infeſtat: eſtq; is iocinoris affectus ei proportione reſpondẽs, qui per Bradypepſian, id eſt, cruditatem, uẽtriculum afficit. Nam ut in hoc incoctus cibus ad inteſtina tranſmittitur, ſic iecur ſanguinem ſemico-

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 358 sur 428

ctum relinquens, in ea regerit unde ſuſceperat ora uaſorum: ab ijſq; rurſus in inteſtina detruſus expellitur, loturæ nuper iugulatæ carnis ſpeciem prorſus referens: uocanturq; huiuſmodi à noſtris hepatica excrementa.

Hepatica excrementa.

ATQVE hoc ſymptoma, ſemicoctorũ ciborum uomitioni proportione reſpondet: alterũ uero humidis uentriculi excrementis abſolutam quidem concoctionem aſſequutis, ſed quominus per corpus digerãtur impeditis, aſsimilatur. Vt enim ſub his grauatus uentriculus ad expellendum excitatur, haud aliter iecur, ubi ex tradito ſibi cibo, ſatis delectationis, fructuſq; perceperit, id quod reſiduũ eſt, diutius tolerare nequit. Itaq; alimentũ, quum ulterius progredi ob cauſſam aliquam non poſsit, ut ad uentriculũ redeat neceſſe eſt. Atque apparet ſanguis tum excretus, & nigrior, & ſplendidior, eo qui à natura ſua nõ deflexit, ut uideatur ex ſanguine, & atra bile cõmixtus. Sanguis enim ſolus per ſe ob refrigerationem nigricãs, tantũ abeſt, ut ſplendorẽ ullum acquirat, ut etiã eum quẽ ab initio habuit, amittat. Sed atra bilis, uel ſanguine ipſo ſplẽdidior eſt, quemadmodum & mortui maris bitumen, quod Iudaicum uocant. Neq; enim grumi exemplo, ex refrigerato, ſed ex immodicè aſſato ſanguine fit atra bilis. Vnde & lucidum ſplẽdorem obtinet, & feruet ueluti quidam cinis: ac frigida quidẽ eſt, quia terreſtris, ſed caloris non expers, quemadmodũ & cinis, & acetum. Porrò ſuccus ex uẽtriculo in iecur delatus, hoc modo afficitur, ubi diu in ipſo manens, digeri per corpus non poteſt. Ac ſunt nonnulli qui hanc excretionis ſpeciem dyſenteriam nominent: quippe ita affecti uellicari ſolẽt, non aliter quàm dyſenterici, ob flauę, ni fallor, bilis acrimoniã, quam dum ſanguis aſſaretur, acquiſiuit. Sed utatur quiſq; quo libuerit nomine.

DVO præcipuè ſunt, quæ hepar infeſtare ſolẽt ſymptomata: alterum, quum per imbecillitatem conficere tranſmiſſum ad ſe ſuccum non ualet (tunq; eius generis excremẽta reddũtur quæ loturæ recens mactatæ carnis ſimilitudinem referant) Alterum quidem, probè ualente concoctrice in eo facultate, excretoria tamen læſa, qua tranſmutatum ſuccum in uniuerſum corpus tranſmittere ſolet. Quod cum euenit (euenit autẽ ſæpe uel obſtructione, uel phlegmone, ſcirro ue, aut nimia ſuccorum copia, aut huiuſmodi aliquo tranſitum, diſtributionemq; prohibente) tum ſanè quod ſupereſt ueluti reſpuens hepar, in uentriculũ regerit, prodeuntq; hepatica item quodãmodo per eum affectum excrementa, ſed ab ijs, quæ per iocinoris imbecillitatem fiunt, multò diſſimillima. Nam in hoc pathemate excretus ſanguis & nigrior eſt, & ſplẽdidior, quaſiq; ex ſanguine, & atra bile

Hepaticorum excremẽtorum uariæ differentiæ.

©BIUM

atra bile cõſtans: in illo, loturæ carnis ſimilimus, prorſusq; aquoſus, & integrã coctionem minime adeptus. Vt autem amborum ſunt excrementa diuerſa, ſic & affectus ipſi unde prodeunt, longe alij. Iocinoris certè imbecillitas, inſignem ipſius refrigerationẽ ſequi perpetuò conſueuit, cum functionis eius integritas, roburq;, calore potißimũ perficiatur. At facultatis excretoriæ eius uitium, ſæpenumero auctã in eo caliditatẽ ſequitur: quod ſit quũ uel phlegmone, ſcirro ue, aut humorũ nimia copia, & obſtructione, hepar plus nimio incaleſcit, minime ſcilicet trãſpirãtibus ſuccis, & coarctatione ſua immodicũ calorẽ cõcipiẽtibus. Cuius ſanè rei indiciũ eſt ſplẽdor nigredini per huiuſmodi excremẽta cõmixtus: refrigeratus nẽpe ſanguis (quod hic ait Gal.) tantum abeſt ut coruſco ſplẽdore niteat, ut quẽ per naturã habet, uniuerſum refrigeratione amittat, tenuibus nimirum per coactionẽ craſſeſcentibus partibus, unde fulgor omnis amittitur: ſic cœnũ lutumq;, ſic plæraq; eiuſdẽ generis frigore cõcreta natiuũ ſplendorẽ non habẽt. Atq; is affectus ei planè ſimilimus creditur, quo uentriculus cõcoctum cibum, per corpus diffundere nequit, impediẽte obſtructione, aut quopiã ſimili diſtributionem impediẽte: quamobrẽ ab hoc ueluti degrauatus, ad inferna deijcit. Sic ſanè hepar redundantẽ in ſe ſanguinẽ, ob prohibitã anadoſin, per meſerei uenas in inteſtina regerit: unde ſanguis ater, ſplẽdore tamen interno illuſtratus emittitur, quòd refrigerationẽ minimè ſuſtinuerit, ſed cõtrà potius, ex nimia in hepate mora, & prohibita ſui in reliquũ omne corpus digeſtione, calorẽ. Verũ quum nobis hic de atræ bilis natura, & ſubſtãtiæ modo paulò prolixior ſit habendus ſermo, ut quã Gal. ſanguine ipſo ſplẽdidiorẽ faciat, altius nobis hæc repetenda materia erit, hinc ſumpto uniuerſæ tractationis initio, uocatum ſcilicet Melãcholicum ſuccum, ab atra bile ſecundũ Galeni ſenſa, plurimũ differre. Ille namq; craßior eſt & feculẽtior puri ſanguinis pars, inſtar fecis à ſanguine ſeparata. Nã quod in uino fex, & in oleo amurca, hoc in ſanguine melãcholicus ſuccus, ſi quid Gal. credimus. Hæc, alienus eſt quidã à natura ſuccus lõgè maligniõr, ut qui in ſanis minime inueniatur: ſed in ijs tantũ qui cõtra naturæ modũ ſunt affecti. Tum etiã hic uſtione quadã humorũ, ac ſanguinis efficitur, ille naturali actione. Hunc uerò atrã nũcupare bilim Medici ſolẽt: nonnunquã uero, Radẽtẽ, & Acidũ ſuccũ: quoniã ſcilicet acris in morẽ aceti ſit, et corpus, locũq; ubi cõſtiterit, radat. Quin & terrã ipſam, ſi ſupereffundatur, erodere uidetur, quãdãq; cũ bullis ueluti fermẽtationẽ, ebullitionẽq; excitare: ea ſcilicet, ut docti pleriq; omnes exiſtimãt ratione, quòd, quæ tenues in hoc humore ex aſſatione, & igneæ adhuc cõſtiterũt partes, ſeſe in terræ meatus fundẽtes, aëreas quaſdã, tenuioresq; illius partes propellãt, & in terræ extimã ſuperficiẽ ducãt: quò cũ uenerint, & craßiores humoris atrabilarij partes exitum prohibẽtes offenderint, ipſæq; aëreæ partes natiuo quodã impetu ſeſe in ſublime tollant, fit, ut & bullæ, & fermentatio quaſi quædam excitentur, tenuioribus utique partibus à craßis circũcluſis, ac uelut refractis: ſic enim, uel teſte Galeno, ampullæ generari ſolent. Hunc itaque ſuccum Galenus ex ſuperaſſatione ſanguinis, & humorum enaſci teſtatur. De quo præſens nobis hic tractatio erit, illud in primis de eo cum Galeno explicabimus, cur ſanguine ipſo ſplendidior reddatur. Cuius hanc eſſe

Splendor nigredini miſtus in excremẽtis qd indicet.

Gal. 1. de fa. natu. & li. de atra bile.

Vbi ſupra.

Cur atra bilis terram radat & bullas excitet.

Gal. 2. Aphor. com. 43. Gal. 4. Aphor. com. 21. & 23. & lib. de atra bile, & hic.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 360 sur 428

hanc eſſe cauſſam exiſtimo, uel quòd uehemens nigredo denſitati ſubſtãtiæ iuncta, lucis reflexionẽ ſecundum extimam partem inferens, ſplendorem pariat: uel, quòd per aſſationẽ, ignearũ, tenuiumq; partium aliquanta in eo quod aſſatur, portio ſubſit, eis non omniſariam reſolutis, quæ cum à craſſa, denſaq; ſubſtantia occupentur, ut effluere nequeant, fit, ut ſua cum craßis miſtione perſpicuitatem quandam, ſplendoremq; reddant. Sic in Bitumine Iudaico, quod Græci ἀσφαλτον uocant, in pice, reſina, piſaſphalto, & reliquis eius generis, ſplendorem cernere licet, eamq; ob cauſſam, nempe, ignearũ partium in denſa materia conſiſtẽtiam. Quæ etiam cauſſa eſt, cur quæ inſignẽ nigredinẽ cum denſiore ſubſtantia ſunt nacta, ſplendore niteant, quod nigrorũ equorũ tergora, canumq; abunde monſtrant. Nam quum nigredo omnis igneam, & uelut aſſantẽ uim caloris demonſtret, fit, ut ualentis, & ignei caloris ueſtigia ex ipſo ſplendore appareant: præſertim ſi paulò craßior ſubſit materia, quæ igneas partes diutius continere, & ne effluant, prohibere poßit. Quamobrẽ mirum uideri minime debet, nigerrima quæ ſunt, eadem etiam plerumq; ſplendidißima eſſe. Ad hunc itaq; modũ ſplendor atrabilario ſucco accidit: qui, quum & nigerrimus ſecundum naturam ſit, & craſſam habeat ſubſtantiam, ut ſplendorem comitem habeat, ex aſſatione nimirum genitum, neceſſarium quidem eſt. His autem notis Galenus atram bilim à Nigris uocatis Deiectionibus diſcerni ſtatuit, quòd nigra deiectio, ſeu mauis melancholicus ſuccus, neq; radentem uim habet, & actione naturæ conſtat, & fulgorem non habet. Atra uero bilis & fuſa eſt, tum fulgentem habet nigredinem, & præterea mordax ueluti acetum, terramq; radens, atq; fermẽtans. Quorum nihil melancholico ſucco adeſt: qui & ipſe denigrato ſanguini quàm ſimillimus eſt, hoc tantum differens, quòd concretus non ſit, qualis ſanguis niger eſſe ſolet, propiusq; fecis ſanguinis ſpeciẽ, quàm atræ bilis repræſentans. Quem ſanè humorem, Nigram deiectionem uocare interdum Hippocrates ſolet: quod in Aphoriſmis facit, inquiens, Deiectiones nigræ, qualis eſt ſanguis niger, ſponte uenientes, & cum febre, & ſine febre peßimæ. Quarum naturam omnem ſcitè Galenus in eius Aphoriſmi commẽtario explicat. Atræ uero bilis temperamentum frigidum eſt, & ſiccum, quòd ueluti cinis, ac terreæ pars ſit eius, qui aſſatur, humoris: quanquam non ipſa adeo eſt frigida, quin caloris ſit particeps: cuiuſmodi ſunt cum acetũ, tum cinis. Quæ & ipſa calore, & acrimonia retuſam habent frigiditatem, quòd ex contrarijs natura qualitatibus conſtent, uti primo de ſimpl. facul. à Galeno monſtratur. Itaq; qui ex uẽtriculo in hepar delabitur ſuccus, ſi diu in ipſo conſliterit, & per reliquum corpus meare non poßit, in atram bilim degenerare ſolet: tumq; impetu quodam à natura expellitur, uocantq; excretionem huiuſmodi dyſenteriam: quòd ita affecti haud ſecus uellicari ſoleant, quàm qui à ſtauæ bilis acrimonia in inteſtinis patiuntur. Conſtitueram hìc de melancholico temperamento ex profeßo tractare, & oſtendere quinam Galeno uerè melancholici dicantur, ſed quando rem hanc totam, grauem ſanè, ac difficilem, nec ſatis adhuc expoſitam, in meis De Re medica enarrationibus plena tractatione explicare ex Galeni ſenſis propoſui, ab huiuſmodi propoſito tẽperare in præſens conſultius uiſum fuit: quòd & longiuſcula ob id noſtra commentatio

Cur atra bilis ſanguine ſplẽdidior.

Vide Nicolum Flo. ſermo. 5. cap. 16.

Cur inſigniter nigra ſplendeant.

Nigredo quid indicet.

Gal. 4. aphor. com. 23.

Nigra deiectio.

Hippo. 4. aph. textu 21.

Liber enarrationũ medicinalium, Franciſci Valleriolæ.

mentatio esset futura, & res ipsa non satis ad hunc locum pertinere uideretur. sed iam ad reliqua.

IAM cruentorum excrementorũ, quatuor sunt omnino differentiæ. una est, ubi sanguis per circuitus quosdam emanat, uel ob mutilatũ membrum, uel ob exercitationẽ derelictam. Altera quum ob imbecillitatem aquosus sanguis deijcitur, haud absimilis ablutarũ carnium lauacro. Tertia quã nuper diximus ex melãcholico, splẽdenteq; sanguine cõstat. Atqui per has tres, quas diximus, differẽtias, & multũ est excremẽtum, & affatim excernitur. per quartã uero paulatim, & breuibus interuallis deiectio fieri solet, nonnunquã synceri sanguinis, nõnunquã grumosi, cum quo interdum puris quoq; nonnihil excerni cõspicitur, itidem & ramẽta (Græci Ephelcidas dicunt) & partes quædã intestinorũ membranis similes: sæpenumero densum quoq; stercus excernitur, cruentis guttis respersum. igitur ob quos affectus tres differentiæ priores eueniãt, iam dictũ est. Quartę uero (cuius modo meminimus) affectus est ulcus intestinorũ: atq; hanc solam dysenterię uocabulo dignãtur. Hoc ideo diximus, quòd multi sunt, qui neglectis rebus, nimis anxiè circa uoculas uersantur: atqui prætereũda cẽsemus nomina. Sed pręter iam dicta, est aliud dysenteriæ genus, tenasmũ uocant, ob recti intestini ulcus eueniẽs. ac cætera quidẽ symptomata dysenterię similia habet: tẽtionis uero uehemẽtia, dysenteriã longè superat.

Cruenta excrementa & illorũ differentiæ.

CRVENTA excrementa ea dici constat, quæ uel sanguine puro, uel illius cum cæteris humoribus mistura constant. Porrò in quibus plurimus, & cõfertim educitur sanguis, in ijs, aut uitæ ignauiã, aut mutilatũ aliquod membrũ, aut deniq; iocinoris imbecillitatem arguere oportet. Si ab imbecillitate uisceris id eueniat, crudus, neq; exactè elaboratus educetur sanguis: si ob priores caussas, per circuitus quosdam purior emanare solet: quæ duæ sunt cruentorũ excrementorum differentiæ. Altera, quum splendens, ac melancholicus deijcitur sanguis, de qua proximè factus est Galeno sermo. Atq; hæc quidẽ excretio non per concoctricis iocinore facultatis imbecillitatẽ, sed per nimiam succi ipsius in uiscere moram, prohibitamq; per reliquum omne corpus distributionẽ prouenit. In hoc uero ea omnes cõueniunt differẽtiæ, quòd multus, ac de repente per eas excernitur sanguis. Per quartã uero neq; multus, nec affatim, sed modicus, et ex breuibus interuallis deijci sanguis solet, interdum quidẽ grumosus, quũ scilicet nimia mora, & caliditate cogi cœperit: nonnunquã & syncerus, uel etiam sæpe purulentus, quũ ulcus iam altius in intestinis cõstiterit, uti per cruentas, & difficiles dysenterias quotidie

Sanguis grumosus, & purulentus.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 362 sur 428

quotidie experimur. Cur uero & modicus, & ex breuibus interuallis, per hos inteſtinorum affectus ſanguis excernatur, & ramentoſius interdum appareat, in promptu cauſſa eſt, quòd exanguia ſint ea, ex quibus educitur, membra: quòdq; acutus, mordaxq; humor ad ſui excretionẽ crebrò inteſtina uellicando proritet: unde frequẽtes fieri deiectiones neceſſe eſt. Ramentoſus certè ob id, quòd tenuis inteſtinorũ mẽbrana ab erodente ſucco facilè diſſoluatur. Horũ uero nihil adeſt, quũ per iocinoris imbecillitatẽ cruenta prodeunt excremẽta. Qui uero teneſmus dicitur, & ipſe quoq; inter dyſenteriæ genera reputatur, uti bellè Galenus, quũ ulcus ſit inteſtini recti: in hoc uero ut multa eſt ad deſidendũ cupiditas, ſic certè excretio modica: ob idq; qui ita laborant, ad excretionẽ uehemẽtiſſimè inciantur: quòd titillans humor expultricẽ extimulet, & ad ſuum inuitet munus: modica autẽ prodit excretio, quòd tenax, ut plurimũ, impactusq; humor non facilè cedat. Nam affectũ hunc à ſalſa pituita, baurachioq; humore, aut bili craſſa, cui plurimum ſit lentæ pituitæ admixtum, euenire docti omnes ſtatuunt. ſed hæc latius qui ſcire uolet, Galenum 6. de Locis affẽ. & in Aphoriſmis, adeat.

Ramentoſę excretiones.

Gal. 7. aphor. com. 17. & 6. de locis affe.

Teneſmi cauſa.

VRINAE tum ſuppreſsiones, tum deprauatæ expulſiones, excremẽtis, quæ uel in uentre retinẽtur, uel præter naturam deĳciũtur, propertione reſpõdere uidẽtur. ſupprimitur quidem, uel ob ueſicę imbecillitatẽ, excernere nõ potẽtis, uel ob oſtioli ipſius anguſtiam. Ac huiuſmodi ambo ueſicæ morbi unũ commune habent ſymptoma, iſchuriã, ideſt urinæ ſuppreſsionẽ, ſi quidẽ urina in ipſa detinetur. Eſt & aliud ſymptoma, quum nihil penitus urinæ in ueſicã delabitur, abolita nimirũ renũ actione. Hoc multi medicorũ itidem Iſchuriam appellauere, cũ reuera non ſit iſchuria. Sed permittamus eis huiuſmodi uti appellatione, quũ non habeãt aliud propriũ, peculiareq; uocabulũ. uerũ affectuũ differẽtiã interim ignorare non oportet. Alius enim affectus cẽſendus eſt, quũ oppleta, alius quũ uacua, nihilq; omnino in ſe continẽte ueſica, nõ redditur urina. Nam in ea affectione qua ueſica plena eſt, aut os ipſius anguſtũ eſt, aut hoc ſe habente ſecundũ naturã, ipſa ob imbecillitatẽ neq; cõtrahi, neq; foras pellere urinã poteſt. Os itaq; fit anguſtũ, uel quia obturat, uel quia clauditur.

Vrinę ſuppreſſio.

VESICAE *ſymptomata, ad ea quæ uentriculi conferens hoc loco Galenus, oſtendit quæ, & qualia ſint quæ ueſicam torquere ſolent ſymptomata, quorumq; cauſſa fiant: eandem in his quæ in uentriculi excremẽtis rationẽ eſſe indicans, in eo quòd præter naturã uel deĳciantur, uel retineãtur, ſibiq; mutuò proportione quadã reſpõdere. Vrinæ itaq; ſuppreſsio, uel excernẽtis potẽtiæ imbecillitatẽ, uel oſtij in ceruice poſiti coanguſtationẽ ſequitur: imbecillitas intẽperiẽ, coanguſtatio, obſtructionem, aut unius alicuius generis abſceſſum ſequi conſueuit.*

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 363 sur 428

Iſchuria. *Hanc iſchuriam uocari Galenus aſſerit. Quin & uacua interdum ueſica, nihilq; ex renibus ſuſcipiente, hoc idem ſymptoma non raro accidere ſolet: quum uel renes ſerum ſanguinis non attrahunt, uel attractum excernere præ imbecilliate non poſſunt. A' quibus autem cauſsis ueſica plena non reddi urinam contingat, ipſe in contextu abunde Galenus explicat. De qua item re, exactam ab eodem autore tractationem tum 1. & 6. de locis affectis, tum ſuprà libro 3. uidere per te potes.*

OBTVRATVR autem uel à grumo, uel craſſo pure, uel lapide, uel callo, uel tuberculo quod in meatu ipſo natum eſt, cuiuſmodi in externis partibus omnibus accidere uidemus, ut auribus, naribus, pudendis, & ſede. claditur uero, aut ob tumorem præter naturam, aut ob multam ſiccitatẽ. Tumor prodit à phlegmone, ſcirris, reliquisq; tumoribus qui ueſicæ ceruicem attollere poſſunt, adeò ut in externum quoq; meatum moles porrigatur. Siccitas ab ardentiſsimis, maximũq; ſqualorem inducentibus febribus prouenit, in quibus ſubinde uidemus laborantes ſic affici, ut ne loqui quidem poſſint, niſi irrigato prius ore. Cæterũ haudquaquam opus eſt, ut inquiramus, quas ob cauſſas ueſica imbecillior reddatur, quippe quas ſæpenumero, quum de multis alijs partibus diſputaremus, iam diximus, ſiue illis, ut ſimilaribus, ſiue ut inſtrumentis accidant. At ueſicam nonnunquam immodicè impleri (id enim eſt ei præ cęteris peculiare) & ipſi uidimus, & ab alijs audiuimus. Etenim deprehenſi ſunt quidam ueſicam oppletam habentes, qui ueriti ſurgere à cœna ut meierent, ita meiendi functione priuati fuerunt, ut lotium excernere nequirent, quamuis id maxime conarentur. Atq; uidetur eiuſmodi quiſpiam affectus, etiam uentri accidere, quem tamen perpauci aduertunt. Quippè ij quibus uentriculus ipſe ita fuerit affectus, præfocatione occupantur. At ubi in uniuerſis inteſtinis excrementa aceruatim cumulantur, Medici comitãtibus ſymptomatis ſeducti, ad alia mentem deflectunt. Solet huiuſmodi affectus euenire, ubi ab exhibito purgatorio pharmaco, excrementa defluunt quidem ad inteſtina, ſed ibi permanent. Igitur iam dicti affectus, facultatem qua lotium excernitur, ſua functione quodammodo priuant. Qui uero ab ijs magnitudine relinquuntur, quanuis in eodem continentur genere, actiones efficiunt ueluti obtuſas, torpidasq;.

Inter

INTER *ſuppreſſæ urinæ cauſſas, oſtioli ueſicæ coangustatio, una uel præcipua Galeno ponebatur. At quum coangustari ipſum uel obſtructione, uel ſtipatione, & partium ad partes adhæſu, neceſſe ſit, quomodo utrunq; contingat, nos hac ſerie docet, inquiens, obturari quidem ueſicæ os poſſe, uel à grumo uel craſſo pure, lapide, tuberculo, callo: claudi uero ob timorem quempiam præter naturã, ſiccitatem'uc immodicam. In quibus illud obiter aduertendum, duo hæc, obturari, & claudi, ceu longè diſſimilima ac in ſui natura diſtantiſſima, à Galeno hîc ſumpta eſſe. Nam obturari (opinor) eæ partes rectè dicentur, quæ externo quopiam affluente complebuntur, uel interdũ à quopiam in propria eius quod obturatur ſubſtantia genito, nempe callo, uel tuberculo, uti Galenus pulchrè ipſe explicare uidetur. Claudi ea propriè, quorum ingenito uitio ora coangustãtur. uti quum tumoribus, & inflammationibus, ſcirris'ue, aut ſiccitate nimia ueſicæ os comprimitur. tum enim non tam obſtrui, quàm potius claudi, iure ueſicæ oſtiolum dicetur: quanquàm nihil prohibet alterum pro altero ſumi, ſi quis licentius hiſce uocibus uti uelit. Verum hæc de nomine eſt contentio, eoq; celeriter componere in his pacem, ut ſæpe monet Galenus, oportet. illud maiore cura dignum, cur intenta ueſica, & lotio referta, urinam probè excernere nequeamus. Cuius quæſiti hanc omnes certam eſſe cauſſam uolunt, quòd præ copia contenti intro, lotij, ſeſe colligere ueſicæ corpus, neq; ſecundum ceruicem quidem poſſit, unde ſupprimi urinam neceſſarium quidem eſt. Quam & ipſam haud alio ullo pacto excerni poſſe, conſtanter omnes ſcimus, quàm ſi ad lotium ſeſe ueſica ipſa ſecundum ceruicem potiſſimum applicet. à quo ſanè circunflexu quum per nimiam oppletionem prohibeatur, partibus à ſe nimio interuallo diductis, contineri intro urinam omnino oportet, ſicq; iſchuriam fieri. cætera quidem per ſe patent.*

Quæ obturari & quæ claudi dicantur.

Cur lotio referta ueſica urinã excernere nequeamus.

Vrina quomodo excernatur.

RELIQVOS affectus, tertium genus ſymptomatum quod in deprauatis motibus conſiſtit, ſequi conſueuit, quod per multas ſpecies diſtrahitur. Primam ſtranguriam uocant, quæ uel ob ueſicæ imbecillitatem, uel ob acre lotiũ fieri uidetur. Altera uentris fluxionibus haud abſimilis eſt: eam hoc loco copioſius proſequi nõ fuerit abſurdum. Fit autem quædam ueluti refuſio, uel eliquatio, ſiue reſolutio, ſiue diſſolutio (aut quomodocunq; quis nominare decreuerit) interim uniuerſi corporis, interim eorum duntaxat ſuccorũ, quos uenæ continent. Deinde quod ita liquatum eſt, modo in uentrem, modo cum urina defluit, nonnunquam in ſudorem tranſmutatur. Itaq; uenarum ſuccis in ſeroſam ſaniem reſolutis, renes ad ſeſe excrementum huiuſmodi trahunt, præſertim, ubi integra ualetudine conſtant: tum enim ſerum à uenis expurgant, & continenter ueſicæ tranſmittunt fluxionem. Quum uero renes inualidi fuerint, ut trahere nequeant, tum uenæ

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 365 sur 428

©BIUM

eiuſmodi ſerum, aut in uentrem demittunt, aut uniuerſo corpori ipſum tradentes, de repente habitum ad aquam intercutem tranſmutant. Sí uero craſsius fuerit id, quod eliquatum eſt, nequeant uero renes ipſum trahere, ut in uentrem cõfluat neceſſe eſt. At ubí caro ſic líquefacta eſt, tum uel uenter ſuſcípit fluxionem, ſi craſſum fuerit quod eliquatum eſt: uel ſudores profluent, ſí in uapores reſoluatur. Atq; de eliquatione, tum carnis, tum ſanguínis, hæc dixíſſe in præſentia ſatis fuerít. Reliquorum lotij ſymptomatum, alia quídem ueſicæ, aut renum affectus quoſdam oſtendunt, de quibus in Aphoríſmís Hippocrates ſcrípſit: Alía quantum uel cruditatis, uel concoctionis, ſanguini acceſſerít declarant. Atque de his in Prognoſticís traditum eſt.

Dyſuria, Stranguria.

Veſicæ & ceruicis eius munus.

Acrimoniæ lotij cauſſæ.

Eliquatio & refuſio.

Vide Galenum 6. de Loc. affe. cap. 3.

QVAE *ad ablatam ueſicæ functionem pertinere ſymptomata uidebantur, ſuperiore commentario latè explicauit Galenus. Quæ in deprauatis motionibus conſiſtunt, nunc tractare ingreditur. Ad deprauatam igitur motionem pertinent dyſuria, hoc eſt (ut Galenus interpretatur) urinæ difficultas, & ſtranguria, hoc eſt urinæ ſtillicidium. utrobiq; enim depraua tè ueſica ſuo munere fungitur, quũ neq; pro naturæ modo urinam continere (quod peculiare eſt ipſius ueſicæ munus) neq; item reddere (quod priuatim ad ceruicem ipſius pertinet) ſatis poteſt. Vrinæ porrò ſtillicidium, hoc eſt urinæ guttatim emiſſæ fluorem, Galenus aut ob ueſicæ imbecillitatem, lotium non ſatis continere potentis, aut ob lotij acrimoniam ad excretionem excitantem fieri contendit: imbecillitas autem ueſicæ, unã aliquam contra naturam intemperiem, aut inflammationes, & apoſtemata in ipſa perpetuò ſequi ſolet: Acre uero lotium reddi, quum humor aliquis acutus, calidus, mordax, aut ſalſa pituita, arenoſáue excrementa, aut pus deniq; ipſum ſero ſanguinis fuerit intermiſtum: hæc enim omnia mordentem, & acutam uriam reddere ſolent. Quod quum euenit, ſtranguriam fieri omnino oportet, ipſa ninirum ueſica ad excernendi manus ſæpiuſcule inuitata, nec ob dolorem qui in emiſsione concitatur, uniuerſam lotij copiam uno impetu excernere potente: quòd quaſi perterrita facultas (quæ in ceruice eius, animalis & ſenſu prædita eſt) à ſuo munere abhorreat. Quæ cauſſa eſt, cur & crebrò, & guttatim, ſtillicidij inſtar, in hoc ſymptomate profluat urina: uti ex ſexto locorum affectorum cap. 4. colligi rectè ex Galeno poteſt. Altera uero eſt ſymptomatũ huius generis ſpecies, per quam urina & multa, & tenuis, ſæpe etiam craſſa continuò emittitur: quam hîc Galenus eliquationem nominat, ſeu diſſolutionem, & refuſionem, eamq; uentris fluxioni ſimilem facit, ei ſcilicet quam leuitatem omnes nominant. Nam quemadmodum ſumma uentriculi in continendo imbecillitas, ſymptoma hoc creare ſolet, ſic certè eadem in renibus, & ueſica eliquationem, ſeu aquam ad matellam uocatam creabit: hanc porrò alibi Galenus urinæ profluuium, diabeten, & dipſacon appellari contendit. Fit autem ſymptoma huiuſmodi, uenarum*

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 366 sur 428

rum ſuccis ob concoctricis earum imbecillitatem in ſeroſam ſubſtantiam mutatis, atq; renum ui attractis, & in ueſicam demiſſis. Nam ipſis quidem renibus, probè ualentibus ſeroſum quicquid eſt, ad eos trahi omnino oportet, indeq; expultricis facultatis officio, in ueſicam tranſmitti. Quòd ſi forte renes ſuo ſatis munere fungi non poſſint, tum certe, uenæ ſeroſum id trahent, & in uniuerſum corpus demittentes, aquam intercutem creabunt. De reliquis uero ſymptomatis, quæ ex urina dignoſci poſſunt, ſi quis exactam deſiderat doctrinam, Hippocratis legat quartæ ſectionis Aphoriſmos, & ſecundum prædictionum eiuſdem librum.

Vrinæ profluuij cauſſæ.

OPORTVNVM itaq; uidetur, ut ad ſudores tranſeamus, de quibus iam quodam modo dictum eſt, quòd reſoluto interdum habitu eueniant: ac nominatur hic affectus Syncope. Cuius rei cõtrarium per criticos ſudores accidit: quippe qui robuſtas uires annunciant. tantum abeſt ut diſſolutam portendant naturam. Huiuſmodi enim ſudores corpus purgant, atq; his haud abſimiles ſunt ſudores, quos & modica exercitatio, & balneum, & æſtiuus calor euocauit. Atqui per immodicas exercitationes utilis quoq; humoris nonnihil excernitur. Odorem etiam, & calorem expurgati excrementi referunt. Multus uero ſudor effluit aut ob corporis raritatẽ, aut ob excrementi tenuitatem, aut eius abundantiam. E` diuerſo à contrarijs cauſsis detinetur, ſi paucum, ſi uiſcidum, ſi craſſum fuerit excrementum, aut ſi conſtipantur meatus. id uero ipſis accidit, uel quia obturantur, uel quia clauduntur: obturantur à ſuccis tum craſsis, tum uiſcoſis: clauduntur uerò, uel ob inediam, uel mollitiem. Atq; ut reliquorum excrementorum, ita ſudoris quoq;, tum ſuppreſsio, tum excretio, ob uirium in carne imbecillitatem euenire ſolet. Porrò tum ueſica, tum uenter tolerant nonnunquam contenta in ipſis excrementa adeò facile, ut grauatè ad expulſionem inſurgere uideantur. Nonnunquam contrà, nè pauxillo quidem tẽpore ſuſtinent, ſed & moleſte ferunt, & nihil non reijciunt.

Lib. 4. Galeni. tumd. Summa Cap 3. cap. 6.

QVID ſit ſudor, iam à nobis ſuprà lib. 3. cap. 6. eſt dictum: ſudoris uero quæ cauſæ, etſi quadãtenus eodẽ eſt loco à nobis explicatum, latius tamen hic recenſeri oportere operæpretium duximus. Itaq; qui reſoluto nonnunquam habitu ſudores proueniunt, Cardiaci propriè nuncupantur, ſyncopesq; accerſere ſolent, & à uirium imbecillitate proueniunt. Eum nempe affectum, cardialgiam Celſus nominat, quo immodicis ſudoribus languente ſtomacho totum corpus digeritur. Qui uero per morborum decretoria fluere conſueuerunt, ij non iam uirium imbecillitatem

Sudoris cauſſæ.

Celſus lib. 3. cap. 19.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 367 sur 428

Sudores decretorij.

imbecillitatem, ſed potentiam, roburq; potius indicant. Quî enim fieri poteſt, ut noxius humor naturæ opera pulſus, & morbum finiat, & alleuationem ægro pariat, ni ualida probè ſit uirtus? Concoquere namq;, ſecernere, foras pellere, ualentis facultatis, non deiectæ ſunt opera. Quæ quum omnia per morborum exacta indicia fiant, robuſtas eſſe uires, nõ diſſolutas, conijcere ucrò oportet. Sudorem porrò concitant, moderata exercitatio, balneum, æſtiuus calor, quòd iſtæc cutis meatus referent, ſuccos attenuent, & excalfaciant, quæ proximæ ſudoris cauſſæ ab omibus eſſe cenſentur. Quin & fortis, uehemensq; ſpiritus contentio, calidarum potionum creber uſus, ſuffultarum pellibus ueſtium circampoſitio, inceſſus concitatior, ira, curſus, lucta, pugna, & eius generis alia multa ſudorem omnia creare conſueuerunt. Hoc autem omnibus commune eſſe ſudoribus Galenus apertè ſignificat, quòd per eos, corporis ſuperflua expurgentur. nonnunquã uero etiam qui utiles ſunt, & naturæ uſibus apti humores: uti quum per immodicam exercitationem (quòd hîc ait Galenus) uel per uirium diſſolutionem reſolutumq; habitum ſudores emanant. Multi uero ſudoris cum hic, tum Aphoriſmorum quarto, cauſſam Galenus uel corporis raritatem, uel excrementorum copiam, uel denicq; ſuccorum tenuitatem ſtatuit: modici uero, contrarias omnino, de quibus exactè, & dilucidè in litera. Sed quum ſudorem eliciẽtia omnia è calfacientium, & reſerantium genere eſſe dixerimus, quid eſſe cauſſæ dicemus, cur à frigida ſtatim potione per æſtatem, non item à calida ſudor oriatur? quum frigidi præſertim ſit denſare, contrahere, ſtipare, quæ ſudori impedimento eſſe, nemo non apertiſſime nouit. Niſi ſit, quòd frigida potio in apertos, tum patentesq; meatus breui permeans, eum qui in externis corporis ſubſiſtit, uaporem cogens, denſansq;, in aquam conuertat. Aut refugiente potius ad externa calore, qui ante frigidæ potionem, intrò collectus ſubſederat, multum ſecum uaporem eo motu tranſferens, ad externos ducat meatus, qui ſanè uapor mox à frigidi uirtute coactus, in ſudorem uertitur. Quas ego eius problematis (cuius & antea nonnulla à me facta mentio eſt, lib. inquam 3. cap. 6.) cauſſas eſſe certiſſimas indubiè crediderim. A' calida autem id non fieri potione mirum non eſt, quòd ea potius uaporem fundat, atq; diſcutiat, quàm ſudoris materiam in aquam cogat. Quæ cauſſa item eſt, cur per exercitia (quòd ait Ariſtoteles) in ſole non ſudemus, in umbra degentibus mox ſudor promoueatur: quòd ſolis ſcilicet calor diſſipet, & tranſpiratum faciat, umbra cogat, & in aquam uaporem ipſum conuertat. At de his aliàs. Cætera patent.

Sudorem concitantia.

Copioſi ſudoris cauſſæ. Gal. 4. aphoriſ. com. 41.

Problema de ſudore ſcitu digniſsimum.

Frigidi effect. Problematis ſolutio.

Ariſtot. 2. proble. part. textu 37. & multis alijs.

CAPVT III.

QUAETERVM cum hic ſermo ad omnes partes communiter pertineat, ipſum ad finem uſq; ſeruare, & ſimul perſequí uoluímus. Etenim mírum, incredíbílecq; uídetur, corpore alíquo noxam perpeſſo, uires ipſius omnes non ex æquo lædí, ſed alías magís, alías mínus, alías haud quaquam. Nemo enim ignorat, nullíus partis functionem, ipſius eſſentia manente íllæſa, poſſe impediri. At ſæpe-

numero

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 368 sur 428

numero qualibet parte actionem aggrediente, aliàs alia functionum lædítur. Neque enim ſimili apparatu opus eſt ad alterationem, atque ad eas actiones, quæ à uoluntatis imperio prodeunt. Quippè ad alterationem ſatis eſt, ut omnia ſibijnuicem proximè accedant, neque opus eſt, ut locum loco mutent, neque ab ullo ſuſcipiantur, neq; teneant quidpiam, neque fulciantur. Per actiones uerò ab electione prodeuntes, ſiue trahendum, ſiue detrahendum, ſiue impellendum aliquid fuerit, fieri non poteſt, ut ſine motu ſecundum locum fiat actio.

Quibus in actionibus motus ſecundum locum requiratur.

AD omnes certè partes ex æquo pertinet, quædam ita in ſe continere, atque adeò ſufferre excrementa, ut grauatè à ſe expellant, cum ea nec quantitate multa, nec qualitate noxia ad ſui expulſionem membra excitent. Tum enim ſolum ad ſuum ipſius munus uis excretoria (ita tradente Galeno) excitatur, cum aut ſuperfluitatum copia grauatur, aut mordaci qualitate ad excernendum cogitur. Proinde quum ita in ſingulis noſtri corporis partibus uſu ueniat, id perpetuò memoriæ tenendum, ne, quod ueſicæ, uentriculoq; accidere demonſtratum eſt, id non & alijs quoque partibus euenire poſſe addubitemus. Ex æquo igitur, quod in fine præcedentis capitis dictum eſt, ad omnes partes pertinet. Sed non illud ex æquo uiribus omnibus commune, ut corpore noxam aliquam ſubeunte, omnes pariter ipſius uires ex æquo tententur. Quod quanquam mirum uideri debeat, tamen in pleriſq; affectionibus ita uſu uenire uidemus, ut non omnes pariter uires, ſed aliæ magis, aliæ minus, aliæ nihil prorſus lædantur: id quod per inæquales uocatas intemperaturas experiri facilimum erit. Nam ſi cui ob iocinoris, uentriculi, cordis, alteriuſue membri intemperiem noxa contingat, lædetur quidem corpus ipſum, ſi effatu digna fuerit intemperatura, uires tamen corporis omnes minime ex æquo lædentur: quum interea & ſenſifica, & motrix facultas, ſua probè munia obibunt: uti etiam contrà accidere ſolet, ut Animali potentia læſa, non pariter Naturalis lædatur. Cuius ego rei hanc eſſe potiſſimum cauſſam crediderim, quòd non eodem prorſus temperamento, ijſdemue inſtrumentis facultatum, ac partium quælibet munus ſuum obeat, ut ex Arte Medicinali Galeni, & de Vſu partium libris probari quàm apertiſſimè poteſt. Vnde fit, ut uitiata unius uel facultatis, uel membri natura, aliarum lædi non ſit neceſſe: ut propoſito mox exemplo monſtratum. Tum uerò omnes ex æquo corporis facultates uitiari continget, uel cum magna quæpiam, & inſignis in toto mutatio facta fuerit animante, uel cum æqualis totum corpus intemperies occuparit. Hoc ipſum porrò, non omnem in nobis corpore læſo facultatem lædi, ex eo probare Galenus nititur, quòd nullius partis functio, lædi ullo pacto poſſit, illæſa quæ ipſam efficit partis eſſentia. At cum non ſimili apparatu ad omnem obeundam functionem ſit opus (ut hic bellè deducit Galenus) fit, lædi ut aliqua interdum poſſit, altera illæſa manente. Eandem prorſus idem autor ſententiam primo de Locis affect. protulit: ſeſe

Gal. 1. de diff. feb. capite ulti. & 1. de ratione uict. acut. comment. 31.

Non omnes corporis uires ex æquo lædi.

Cur in corporis affectib⁹ nõ ex æquo omnes corporis uires lædantur.

ad enim

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 369 sur 428

enim duo hæc neceſſariò conſequuntur, functionis læſio, & partis functionem edentis in ſua ipſius eſſentia uitium, uti contrà, partis bonam habitudinem, functionis omnino integritas ſequitur. Nam ſi naturalis partium conſtitutio (quam & ipſam ſanitatẽ eſſe lib. 1. definiuimus) actionis cauſſa eſt, uti eſt, earundem præter naturam conſtitutio, ex oppoſito, uitiatæ actionis cauſſa erit. Vnde illud continuò ſequitur, Nullius partis functionem impediri poſſe, illæſa manente, quæ ipſam efficit, parte. Quòd ſi argutulus quiſpiam hic, eam quæ à præincipientibus cauſsis euenit noxam, eam item quæ inſtrumentalium morborum uitio fit, opponat, quòd in his functiones quidem partium lædantur, non læſa tamen ipſarum eſſentia, uti in prohibito à uinculis manuum motu, item in ſuffuſione, uel pterygio, quem unguem nominant, quum in ijs manuum quidem functio ab externa cauſſa, cryſtalloidis autem, ab inſtrumenti uitio lædatur, ipſarum tamen eſſentia minime læſa. Quamobrem non id uerum eſſe perpetuò uideatur, nullius partis actionem impediri unquam, illæſa, quæ ipſam efficit, parte. Cui ſanè ſcrupo ita occurrendum arbitror, ut dicatur Galeni quidem mentem, & ſententiam perpetuò conſtare, atque ita eſſe explicandam, ut ad cuiuſuis functionis oblæſionem, lædi itidem eius partis, quæ actionem edit, eſſentiam oporteat, aut per proprietatem, aut per conſenſum. Nam in inſtrumentarijs morbis, nempè tumore, inflammatione & eius generis, ſi oculis eueniant, uiſoria quidem facultas, etſi in ſui eſſentia læſa non eſt, per conſenſum tamen ad eam oculi partem quæ læditur, nonnihil & ipſa contagij ſuſcipit: ſic uentriculus impedita duntaxat ipſius potentia, non etiamdum noxam ſuſtinente, malè concoquere interdum ſolet, uti ſexti huius libri, capite primo eſt uiſum. Functionem itaq; læſam perpetuò uel nocumentum in eſſentia, uel impedimentum ſequitur, uel Galeni præcitato à nobis loco, teſtimonio, atque hoc ipſo quem explicandum modo ſuſcepimus. In ijs uerò functionum deprauationibus, quæ ab externa quapiam cauſſa naſcuntur, partis quidem eſſentia propriè lædi minime dicetur, quum nulla præter externam ſubſit cauſſa, quæ ipſam afficere poſſit, ab externa tamen impediri iure dicetur. Quæ ego ad propoſitum diluendum ſcrupum, Galeniq; ſententiam confirmandam abundè ſufficere puto. Quam uariæ autem ſint ipſæ inter ſe noſtri corporis actiones, & quo inuicem diſtent, exactè contextus ipſe indicat.

Scrupi diluitio.

Galeni ſententia 11. de locis affect. explicatur.

ITAQVE ſi corpus adeò fuerit molle, ut & humidum, & fluidum, atq; infirmum ſit, ipſum neq; ſimiliter trahere, neq; continere, neque excernere poteſt. Nam in omnibus huiuſmodi functionibus, neceſſe eſt eos qui agunt, & firmos eſſe, & intentos. Humiditas autem non prohibet, quominus ea quæ inter ſe iuncta ſunt alterentur, præſertim ſi cum humiditate calor quoq; conueniat. Neque ulla qualitatum agentium res uicinas perinde alterare uidetur, atque calor. Hinc manifeſtum eſt, quòd corpus uehementi, tum calore, tum humore præditum, quàm celerrime alterabit, id eſt, & concoquet

coquet ſimul proprium alimentum,& ſibi aſsimilabit. Durum uerò, ſed ita durum,ut ſicuti non facile flectitur, ita tutò firmatur,id & trahere uehementer quidlibet,& impellere uiolenter,& detinere fortiter poterit: neque enim labaſcit, cum tenditur, ut ea quæ ſunt ualde mollia, neq; ullum ſubeſt periculum ne frangatur immodicè intentum: Denique quicquid ſemel complectendo apprehendit, id retinere poteſt: quum ſic agere haudquaquam poſsint ea, quæ uel ob ſiccitatem uix flectuntur,uel hoc humorem nimis ſunt mollia. Vt enim illa ad amplexus ſunt inepta, ita hæc debili anſa innixa,facilè elabi ſinunt ea,quæ comprehenderunt.

QVANTVM *inuicem diſtent,quæ alterationem efficiunt actiones,ab ijs quæ à uoluntatis imperio pendent, proxime explicare ſategit Galenus. Nunc illud explicat,quale eſſe id debeat corpus, quod hiſce functionibus obeundis aptum ſit, & natura factum, inquiens, mollia corpora & humore nimio flaccida, & infirma,actionibus ijs quæ ab electione proueniunt perficiendis parum idonea eſſe, ſiue trahendum quippiam, ſiue continendum, ſiue pellendum ſit: quòd robore, & firmitate prædita eſſe omnino oporteat, quæ has functiones corpora edunt. Nam quum functiones eæ omnes,ui quadam, & impetu fiant (quæ ambo niſi à ualente, & bene firmo corpore perfici nullo pacto poſſunt) ſolidum, & intentum id prorſus eſſe oportet, quod huic rei ſit accommodum. Hinc fit ut humiditas ipſa per ſe,horum nequicquam efficere potis ſit: quòd qualitatum omnium ſit imbecillima. Verùm ſi cum ea calor iungatur, nihil prohibet quo minus quæ cõiuncta inter ſe erunt, ab ea alterari quadantenus poſsint. Tamerſi ea omnis actio calori potius, quàm humiditati adſcribi merito poſsit: quòd uel Ariſtotelis, & Galeni teſtimonio, qualitatum omnium, ad agendum ſit efficaciſsima,& maxime apta: quòd celeriter in quæ agit,permeet: quòd uim, & impetum ſua acrimonia faciat: quòd naturam ſuam ijs in quæ operatur,breui impertiat: quòd diducat, fundat,attenuet, quæ alteri qualitatum nulli ſunt à natura tributa. Proinde non ulla qualitatum alia, res uicinas magis, aut celerius, uehementiusq; alterare,quàm ipſa caliditas poteſt. Quamobrem qui calido ſunt temperamento, ſi accedat humiditas, ad concoquendum cibum, & ſibi aſsimilandum,præ cæteris omnibus (ſi uerè temperatum demas corpus) erunt aptiſsimi: quòd calor ad id muneris inter qualitates omnium præſtantiſsima habeatur. Humiditas uerò, promptè caloris actionem excipiat, quæ alienarum & ipſa impreſsionum eſt maxime ſuſceptiua,uti propriarum parum tenax. Itaque ob contrarias cauſſas fieri credendum,cur frigida, & ſicca corpora, & peſsime conficiant, & omnium difficilimè ex nutrimento fructum ſentiant, eumq; perexiguum: omnia enim hæc caloris inopia fiunt. Hinc ſenes, naturæ opera, nempe concoctionem,appoſitionem, adhæſionem, aſsimilationemq; malè, pueri uerò iſtæc omnia optime perficiunt,uti* 11. *de Temperamentis, &* 1. *Apho-riſ.commento* XIIII. *à Galeno docetur.*

Quæ corpora actionib⁹ à uoluntatis imperio procedentibus parũ idonea.

Humiditas qualitatum imbecillima.

Ariſt.4. meteo. Gal.in de conſtitu.artis.

Caliditas cur ad agendum efficaciſsima. Qui ad concoquendum aptiſsimi.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 371 sur 428

©BIUM

IGITVR optimè nutriuntur calida, & humida corpora, alterant enim quàm celeriter, & alliciunt ad ſeſe alimentum, mox in intimis partibus reponunt, deinde aſsimilant: peſſimè omnium frigida, & ſicca. Neque enim alterare poſſunt, neque ſuſcipere, neque apponere, neque aſsimilare. Iam calorem celeriter alterare poſſe, antea dictum eſt, atque in hac re conſiſtit concoquendi ratio. Quòd uerò humidiſſimum, idemq; molliſsimum corpus, facilè in ſeſe recipiat id quod alteratum eſt, admonitione potius, quàm probatione indiget. Similiter quòd durum, & ſiccum, nihil permittat ad ſe ingredi, priuſquam & frangatur, ac ueluti exulceretur: Itidem quòd corpora humidiora tum facilius, tum celerius & adhæreant, & coaleſcant: duriorum uerò alia haudquaquam, alia non facilè ſic afficiantur, neminem latere puto. Atque ut æs, ferrum, aurum, & lapides ſilentio prætereamus, de plumbo loquamur. Quippe manifeſte conſtat plumbum cum plumbo haudquaquam coaleſcere, niſi prius calfacta fundantur.

Quæ corpora optimè, quæ peſsimè nutriantur.

EIVS *quod proxime dictum eſt, cauſſas hoc commentario reddit Galenus, explicans cur nam calida, & humida corpora optime, frigida, & ſicca, peſsimè nutriantur. Prioris illius cauſſa eſt, calidorum, & humidorum corporum ad ea omnia quæ nutritioni neceſſaria ſunt, munia obeunda aptitudo: quum & celerrime alimentum caloris copia ad ſe trahant, & tractum reponant, & repoſitum immutent, atque prorſus aſsimulent: quæ ſanè ſunt, ſi Galeno creditur,*

Gal. 1. de facul. natur.

nutritionis præcurrentes, & ueluti miniſtræ actiones, ut ſine quibus facultas ipſa, quæ Nutrix appellatur, ſine ſuo potiri minime poſsit. Quamobrem qui iſtæc obire munia felicius poterunt, atque celerius, uti præfata corpora poſſunt, hæc ſanè optimè nutrientur, atque ex alimento fructum quàm uberrimum ſentient: quum in hoc tota & concoquendi, & immutandi cibi ratio ſita ſit, ut quod immutat corpus, natiui caloris copia abundet, & natiuum etiam humorem, ueluti calori obſequentem habeat non parum multum. Siquidem, ut alicubi ait Galenus, natiuus calor omnium naturalium functionum cauſſa uel

Gal. 1. aphoriſ. comment. 15.

Natiuus calor actionum omnium cauſſa.

præcipua eſt. Ob contrarias uerò omnino cauſſas, contrarium quoque in frigidis, & ſiccis corporibus euenit, ipſam porrò humiditatem, hiſce naturæ actionibus ad nutritionem neceſſarijs, ueluti adminiculum quoddam eſſe: quòd & facilius quæ humida ſunt, & mollia, adhæreſcant, & coitionem admittant, ex ipſa experimenti indubia fide aſſertum relinquit Galenus, familiari adducto in

Plumbi natura.

metallis exemplo. Siquidem quum plumbum cætera metalla omnia & mollitie, & humore ſuperet, fit, ut facilime cum quouis adhæreat, & coaleſcat, ſed non prius, quàm caloris ui liquatum ſeſe fuderit: ut uidelicet per hæc, nobis id aperiat Galenus, humiditatẽ ipſam per ſe nequicquam ad has actiones conferre, niſi

niſi adiuncta ſit caliditas ſuperans, conficiens, & probè omnia miſcens. Quod ſequenti commentario nobis latius idem explicabit Galenus.

ITAQVE pueri aliíq;, quorum corporis temperamentum & calidius eſt, & humidius, in iis quæ ad concoctionem, appoſitionem, adhæſionẽ, atq; nutricationẽ pertinent, optimè degunt. Etenim & concoctio, & nutricatio alterationes eſſe cẽſentur. Appoſitio fit, quum cibus in roris ſpeciẽ redactus ab alito ſuſcipitur. Adhæſio autẽ eſt alimenti cum alito conglutinatio quædã, dum in unum coaleſcunt. In iis omnibus non mediocrem prębet uſum ad aſsimilationẽ, ipſius alendi corporis humiditas: quippe quæ conſtitutionem alimento habeat ſimilem. Digeſtionis autem per corpus in pueris inſtrumenta, licet ad obeundas functiones parum ſint ualida, ſunt tamẽ ſatis idonea, nihilq; ipſis deeſſe uidetur. Nam uenæ moderatam ferè ſoliditatẽ, & robur obtinent. At retentrix in ipſis facultas imbecillior deprehẽditur, quamobrem celeriter excernunt, ſiue grauet eos aliquid, ſiue aliã quamlibet perpetiantur moleſtiam. Porrò expellendi facultas pueris, itidem ut hæc, modicè imbecilla eſt. Quamquam retentrix facultas non ſolum in pueris, uerum etiam reliquis omnibus, expultrice uidetur imbecillior, etiam ſi fuerint æquales, idq;, ob temporis, quo actio perficitur, prolixitatem. Longiori enim tempore indiget retẽtrix potentia quò ſuo munere fungaẽ: expultrix uero breuiori tẽpore actionẽ ſuã perficit: quippe quę unico impetu id quod moleſtũ uidetur, impellere, abiícereq; poteſt. Quemadmodum enim in externis rebus uidemus hominẽ, ut proiíciat à ſe onus aliquod, ſatis ſortem, eundem tamen non poſſe ipſum tota die portare, ita internis quoque inſtrumentis uſu uenit, ut facilius à ſe propellant id quod moleſtum eſt, quàm multo tempore retineant.

Exemplum Galeni aptiſſimum.

SIQVAE *natiuo calore plurimo abundant corpora, & humiditatem habent actioni caloris obſequentem, in iis quæ ad nutricationem pertinent, optimè habent, conſequens certe eſt, ut pueri in hoc ſeſe feliciter gerant: quorũ quum ſint uentres natura calidiſſimi, & ſucculentus totius corporis habitus (ut qui à natalibus ſuis haud ita procul abſceſſerint) optimè omnino alimẽtum à ſe conficiant, & in aliti ſubſtantiam immutari oportet. Quamobrem meritò plurimum illis offerendum alimentum Hippocrates iußit, quòd & ad augmentum multa alimonia egeant, & ad nutricationis munus ſint ualentiſſimi. At uero quum ad*

Hipp. 1. Apho. textu 14. & 15.

Pueris plurimũ alimẽti offerendum.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 373 sur 428

©BIUM

Ad nutritionẽ necessaria. Appositio. Adhæsio.

nutritionem pluribus sit alterationibus opus, in earum singulis uult Gal. pueros præ cæteris primas tenere. Harum porrò prima est appositio, quæ tum fieri dicitur, quum immutatus iam in roris ſpeciem cibus, atq; per mẽbra diſſenuatus, partibus adiungitur. Adhæſio fit, quum iam ſimilior factus, & naturæ aſſumentis familiarior cibus, non tantum apponitur, ſed appoſitus, cum eo quod nutriri debet, agglutinatur, quòd craſſior, & adhærentior ſit factus: tumq; ſimiliaritate quadam coaleſcunt in unum, & ueluti ſolidãtur, qui nutriturus eſt cibus, & quod ali debet corpus. Appoſitionis uitio atrophiam fieri, ſicuti adhæſionis, Leucophlegmatian, omnibus eſt in cõfeſſo. Adhæſio uero recte huiuſmodi functio à Galeno appellatur, quòd adhærere ea proprie dicantur, quæ inuicem familiari quodam glutino iuncta coaluerunt. Actiones igitur eæ ad nutritionis munus pertinentes, pares quidem in pueris reperiuntur. At quæ à miniſtrantibus prodeunt facultatibus, Retentrice, & Expultrice, nunime certe æquales eſſe in ipſis deprehenduntur: celerius namq;, ſi quid fòras pellendum eſt, excernunt, quàm continendum retineant: idq; ea cauſſa, quòd retentrix potentia ſicco, expultrix humido potius operetur. Quo quum maximè abundent pueri, fit, ut facultatis huius munia celerius, atq; felicius obeant. Quæ cuncta quum familiari, & probè apparato ex externis rebus exemplo Galenus affirmet, & nos faciat, intacta relinquemus.

Adhærere quę dicantur,

IGITVR pueri (nam de his nobis ſermo eſt) ut alteratricis facultatis robore iuuenes ſuperant, ita in attrahẽdi facultate ſunt ipſis longè inferiores: quamuis ne in hac quidem deficiat eos quicquam, quod ad eius muneris functionem deſiderari poſsit. In duabus reliquis facultatibus à iuuenibus uincuntur: quanquam non deprehẽditur expultricis imbecillitas, idq; ob tẽporis breuitatem, quo ſuo fungitur munere. Quippe crebrius & uomunt, & deijciunt quàm iuuenes, non ob expultricis potentię robur, ſed ob retentricis imbecillitatem. Atq; in concoctionibus quę ad uentriculũ pertinent, ſi humida, molliaq; ſumpſerint, ea perinde ut iuuenes concoquere poſſunt, dura uero deterius conficiunt. Etenim puerorum calor, ad uaporis naturam, iuuenum uero, ad ficcitatem magis accedit. Atqui humidiora corpora, humidioribus indigent alimentis: ficciora, ficcioribus.

INTER cætera omnia quæ axiomatum loco haberi Medici omnes, præcipuéq; Gal. uolunt, illud unum in primis eſt, Natiuum calorem actionum naturalium omnium præcipuam, poſt facultatem, eſſe cauſſam: quod nullies in mille locis explicare nobis Galenus eſt uiſus. Ex quo ſanè enunciato, & illud ſtatim ſequitur, eos qui hoc calore plurimum polleant, ijs actionibus obeundis maxime eſſe aptos: qui minus, minime adhæc pares. Quamobrem meritò (quod hîc ait Gal.) pueri iuuenes alteratricis facultatis robore ſuperabunt: quòd plurimus ijs inſit

Gal. 1. Aphor. com. 15. et 2. de Facul. nat. & 5. de Sympt. cau.

natiuus

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 374 sur 428

natiuus calor, inquiẽte Hippocrate. Qui creſcunt, natiui caloris plurimum habere, hoc eſt, aëreæ ſubſtantiæ, & halituoſæ, ex qua cõſtant pueri, eáq; plurima abundãt. Nam tametſi iuuenum calor puerorũ calori æqualis à Galeno ſtatuatur, nõ id certè ad natiui caloris ſubſtantiã, cuius pueros maximè locupletes eſſe conſtat, referẽdum, ſed ad ipſum intellectus indiciũ, quo in gradu penè æquales eſſe deprehenduntur. Sed quum puerorũ calor mutis ſit, plurimus, & halituoſus, fit, ut ij iuuenibus felicius cõcoquant: quòd ſoleat alteratrix potẽtia calido, humidóq; perfici, & augeri, ſicco frangi, & debilitari, ita ſtatuẽtibus Galeno, & Auicen. At ut iuuenes in hac facultate pueri ſuperant, ſic in attrahẽdi potentia longiſſimè à iuuenibus ijdem ſuperãtur: quòd attractus plurimo, & uehementi egeat motu, qui ſecundũ locum dicitur: quũ oporteat, quod trahitur, eò deduci, quò apponi, & ſiſti debet: ut in alimẽti ex uenis ad ſingulas corporis particulas deductione bellè explicat alicubi Galen. Atq; hic ſanè qui in attractione fit motus, quum uillorũ miniſterio, ſæpe etiam muſculorũ perficiatur in animãtibus, hos autẽ præ humore nimio, & mollitie, maximè imbecilles pueri habeãt, fortes uero iuuenes, conſequens eſt, ut functio hæc à iuuenibus quàm pueris felicius perficiatur. At uerò in retinendi, & expellendi actionibus multò maxime pueris iuuenes præſtant: quòd acrior ſit, & ut uult Gal. ſiccior eorũ calor, hoc eſt, in ſicca magis, & minus aërea ſubſtantia ſitus, eóq; melius continere omnia poſſunt: ſiquidem retẽtrix facultas ſicco iuuari potiſſimũ ſolet. Expellunt uero quod grauat, iuuenes ualẽtius, quòd ad excernendũ caloris acrimonia uehementius excitentur. Nam tametſi crebrius pueri, atq; etiã promptius, tum uomant, tum deijciãt, quàm facere iuuenes ſoleant, id nõ tam expultricis robori in ipſis, quàm retẽtricis infirmitati adſcribẽdum. Quæ in eis cum ſit imbecillima, fit, ut celeriter quod grauat, expellant, non expultricis ui, ſed contẽtricis infirmitate. Quemadmodũ enim qui graue humeris geſtant onus, facilius id deponũt, quàm diutius cõtineant, idq; nõ expultricis robore, ut quæ tantum à ſe ponere molem nequeat, ſed cõtentiuæ imbecillitate, quæ nimio põdere ſuperata, ipſum ferre amplius nequeat, ſic ſanè pueri quod grauat prompte quidẽ, retentricis imbecillitate, non expultricis robore à ſe pellunt. Quod uerò mox ſubdit Gal. mollia, humidáq; pueros iuuenibus facilius, dura nõ ſic cõcoquere poſſe, ei nõ repugnat, quod paulò antea à ſe eſt dictum, in hac quidè concoquẽdi facultate pueros iuuenibus præſtare. Nam etſi dura difficilius concoquant, non facultatis uitio, ſed ſimilitudinis naturæ, & affinitatis culpa omnino id illis euenit: quòd dura quæ ſunt, puerorum naturæ diſſimilia ſint magis, & alienioria, quàm ut in eorũ naturam facile deduci poſſint: ut doctè hìc explicare Gal. eſt uiſus, & plene etiam Auicenna confirmat: idq; ratione certè optima. Nam puerorũ calor halituoſus eſt, & naturæ aëreæ magis, iuuenum ſiccior & acrior, ut pluribus locis Galen. Quamobrem meritò humidiora, & molliora, durioribus, & ſiccioribus erunt pueris familiariora, eorumq; naturæ proxima, coq; facilius uinci ab ipſis & alterari poterunt: quum, iuxta Hippocr. & Galenum, humidiora corpora humidioribus egeant alimẽtis, ſicciora ſiccioribus: quod crebris Galeni locis perſpectum nobis factũ eſt, prorſuſq; demonſtratũ. Nam & in arte Medicinali, & 1. de Sanit.

Hipp. 1. Apho. textu 14. Expoſitio Aphoriſmi Hip.

Puerorũ & iuuenũ calor quo modo æquales. Gal. hoc loco. Auicẽna Fen. 1. primi doctrina 6. cap. 3.

Gal. 1. de Fac. natu. ad principium.

Vide exẽplum hoc paulo ſuprà, ex Galeno hoc ipſo capite.

Iuuenes dura facilius concoquere pueris.

Auicẽna Fen. 1. primi Doct. 6. cap. 3. ad finẽ.

Hipp. 1. Apho. tex. 16. & Gal. in com. & in arte medicinali.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 375 sur 428

©BIUM

de San.tu. Quinto quoq;,ac ſexto eiuſdē tractationis libris. Et 1.Aphor.com. XV 1.eadem ſentētia inculcatur. Lapſa uero à temperamēto corpora ob id ſimili ego alimento egere arbitror, ſi talia modo ſeruare,non etiā dum in melius reducere uolumus,quòd quū nutritio omnis ſimilitudine quadā, et familiaritate eius quod nutrit,cum eo quod ali debet, fiat,ſint autē familiaria magis,quæ & ſimilia (nullū enim contrariū,familiare aut dici,aut eſſe poteſt) ſequitur nutritionem feliciorem omnino à ſimilibus,quàm contrarijs procedere. Quamobrem quum cuiuslibet corporis tutela, & in ſuo ipſius ſtatu conſeruatio, nutritione congrua fiat, ſit autem congrua magis, quæ naturæ aſſumentis ſimilibus cibis conſtat,cōſequens certè eſt,ut calidiora corpora calidioribus, frigidiora frigidioribus, ſicq; reliqua ſuis ſimilibus regamus. Nec obſtat quòd ſexto de Sanit. tuen.calidiora,& frigidiora corpora cōtrarijs, potius quam ſimilibus ſeruāda idem Galenus ſtatuit,& 1. de Alimen. facul. Atq; eiuſdē tractationis III. idipſum quoq; conſuluiſſe eſt uiſus, intemperatis corporibus cōtraria potiusquam ſimilia offerens. Quod & rurſus in Arte medicinali cautum uoluit,his uerbis: A' ſimilibus(inquit) ſuæ temperaturæ cauſis facilè offenduntur,iuuātur autem à modico cōtrariorum uſu. Et in Aphoriſmis ſectione tertia,eiuſdemq; numeri commentario,contraria uictus genera,his qui à iuſto temperamēti modo receſſere,ceu ſalubriora ſimilibus conſuluit. Hæc enim omnia etſi pugnantia uidentur, minimeq; his quæ hoc loco dicuntur conſentanea, penitius tamen expenſa, cohærentia potius quàm contraria uidebuntur. Nam quum ſimilibus intemperata corpora regenda cenſuit Galenus, id quidem de non multum diſtantibus, & ut multum ſalubribus dictum iure uoluit. Quæ enim benè temperata ſunt, & quæ item modicè à temperamēto recedunt, ea quidem ſimilibus ſeruare expedit:de quibus id in Arte Medicinali dictum eſt, Calidiora corpora calidioris uictus rationem expoſcunt,frigidiora frigidioris,& c. Verum ſi permagnus ſit à temperamento lapſus, tum certè, ut nunc ſalubria corpora quum ſint,infirmam habent conſtitutionem, & facilè in morbos ſuæ eorum naturæ ſimiles delabuntur: in quos ne decidant,tutius quidem contrarijs,quàm ſimilibus ſeruabuntur: quum talia corpora (ut uult Galenus) permutatione potius, quàm conſeruatione indigeant. At de ijs in Arte Medicinali plura. Nunc hæc ſatis.

Lapſa corpora cum ſimili egeāt alimento.

Vide Gal.6.de Sanit.tuen.

Scrupi dilutio.

Exponitur locus Gale. in arte medicinali. Calidiora corpora,&c.

Gal.6.de Sani. tuen & in arte medicinali.

IGITVR ſi concoctio eſt alteratio alimenti ad propriam aliti qualitatem, conſequens eſt, humidiores, molliores q; cibos pueris eſſe magis peculiares, iuuenibus uero aridiores. Senes ad omnes ferè functiones, corpus male affectum habent,quippe qui iuuenibus ſunt aridiores: præterea frigidi ſunt. Igitur neque probè concoquunt, ob caloris penuriam, neque nutriūtur, partim ob ſiccitatem, partim ob alteratricis facultatis imbecillitatem. Iam digeſtio per corpus ipſis & tarda, & imbecilla eſt, nimirum inſtrumentis torpentibus ob frigiditatem. Deiectiones uero, quæ quidem

quidē breuibus interuallis proueniunt, potētię imbecillitatē non arguūt: quæ uero longiori ſpatio, male perficiūtur. Cæterum ad functiones practicas, durū, & calidum inſtrumentū magis idoneū eſt, frigidū uero, & humidū maximè imbecillum. Reliquæ duæ coniugationes, inter has medium locum obtinēt. Atq; ſi ætates ſpectes, frigidum, ſimul & humidum corpus haudquaquam deprehendes: iam enim dictum eſt, ſenum corpora eſſe frigida, & ſicca. Porrò inter prauas temperaturas, aliæ ſecundum naturam propriam alicui conueniunt, Aliæ ex acquiſitis prodeunt affectibus: ut, exempli cauſſa, phrenitis morbus eſt calidus, & ſiccus, atq; ob hoc ad practicas functiones ualentiſsimus, contrà lethargus imbecillus, quippè qui abundanti, frigidoq; humore partes irrigat. Atque huiuſmodi eſt quædam aquæ intercutis ſpecies, maxime ea, quæ tum leucophlegmantia, tum Anaſarca nominatur. Deniq; frigidum ubiq; debilius eſt, & torpidum, ſiue ſiccitas, ſiue humiditas frigori iungatur.

Lib. 2. temper.

Cap. 18. lib. 3. ſimpl. & lib. 3 temper.

PARS hæc tota quum ex ſuperiori commentario pendeat, & ipſa per ſe alioqui explicatißima ſit, & maxime expoſita, longiori interpretatione minime indigere mihi eſt uiſa: quum ipſe ſibi Galenus commētarij uice ſit. Illud tantū explicabimus, cur functionibus practicis, ut uocat Galenus, calidum, durumq; inſtrumentū, hoc eſt, diſſolutu contumax, efficacius ſit, & idoneum magis. Quod ut intelligatur, id prius ſciendum, actiones eas Philoſophis omnibus practicas dici ſolere, quæ in agendo, & aliquid efficiendo, totæ ſint, quarumq; finis actio, ſeu effectio ipſa ſit, non tantū rei de qua quis cogitat cōtemplatio: hanc enim Græci θεωρίαν καὶ θεώρημα uocant: illam, πρᾶξιν, uti actuoſum, πρακτικόν. Itaq; quum ad agendū, item & efficiendum, & organo corporeo ſit opus, & uiribus ualentibus, calidum omnino corpus eſſe oportet, quòd ijs actionibus accomodatū ſit, probeq; cōgruens. Proinde quos calido temperamēto, & bene cōpoſito corpore eſſe uidemus, hos, in actionibus, & reipublicæ munijs adminiſtrandis celeres, promptos, & expeditos cernimus: cōtrà frigidos ineptos, tardos, minime actuoſos: ut de his omnibus in problematis ſenſiſſe Ariſtoteles eſt uiſus. Cætera patēt.

Actiones practicæ.

Ariſto. 30. problē. par. text. 1.

HAVD aliter inter naturales potētias, retētrix robuſtior quidē uidetur in aridioribus, calidioribusq; inſtrumentis: imbecillior uero in humidioribus, frigidioribusq; ſiue ſtatim à generatione ita fuerint affecta, ſiue ſuccedente tempore huiuſmodi affectiones acquiſiuerint. Porrò animaduertere in ſingulis partibus oportet, quantum recedant à modo, ut exempli gratia, nerui, tendones, muſculi, ſyndeſmi, id eſt, ligamēta,

Dyſp. 76. lib. 7.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 377 sur 428

quanto ſicciores, tanto robuſtiores eſſe neceſſe eſt: niſi adeò modum exceſſerint, ut & uix flecti poſsint ob duritiem, & ueluti friabiles uideantur ob ſiccitatem. Atqui ubi ſic affecti ſunt, cõuulſione corripiuntur. Contrà, naturalia inſtrumẽta, quò ſunt humidiora, eò ſunt ad nutricationẽ magis idonea, etiam ſi ad extremam humiditatẽ ipſorum temperamentum perueniat: ad cõcoctionẽ uero non ſunt aptiora, neq; ſeipſis, neq; aridioribus, quibus ſimilis fuerit calor: Niſi ſiccum aliquando cibum exhibeas inſtrumento ſicco, & ſquallido, non liberaliter ei miſcens humiditatẽ. Cæterũ & ad digeſtionem per corpus, & ad excretiones, corpora admodum dura ſunt inepta, quòd haud facile uel dilatantur, uel contrahuntur: quorũ alterũ attractionẽ, alterum excretionẽ promouet. Sed rem omnem in paucos ſcopos contrahentes, ſummatim perſtringamus. Calor auctus, ad omnem alterationẽ efficaciſsimus eſt, niſi ad tantã uehemẽtiam increſcat, ut eliquandi uim aſſequatur: nam tum primũ redditur omnino inutilis. Frigiditas nulli functioni utilis eſt. Siccitas ad robur, & firmitudinem confert, niſi adeò fuerit aucta, ut corpora rigida, immobilia, ac friabilia efficiat. Humiditas ad nutricationẽ quidem mirifice facit, cæteris uero functionibus omnibus aduerſatur, ea excepta, qua corpus augmentum recipit: huic enim efficacius quàm nutricationi auxiliatur. Qui enim probè augmentum conſequi uoluerit, ut extendatur facile, & inflatur opus eſt.

NATVRALIVM *facultatum quælibet, una aliqua elementari qualitate perficitur, & ad functionẽ ſuam exercendam accõmodatior reddi ſolet. proinde ut quæq; facultas, proprium, idoneũq; erit nacta inſtrumentũ, eo quo uirtuti opus eſt temperamẽto præditum, ſic certè felicius operabitur. Ea ob id cauſſa eſt, cur retentrix in ſiccioribus, calidioribusq; inſtrumẽtis, robuſtior, in humidioribus, frigidioribusq; imbecillior euadat: cõtrà expultrix humidum poſcat inſtrumentum, ſicco debilitetur. Cuius occaſione fieri uidemus, ut qui gracili ſunt, & ſicco corporis habitu, ad excretiones ſint ineptiſsimi, qui carnoſiores, & ſucculenti magis, aluos citas habeant. Non ſolum autem ad excretionem humiditas, ſed & ad nutricationem quoq; præſidij plurimũ adfert: quòd ad eam digeſtione per corpus & multiplici alteratione ſit opus, quibus ſanè perneceſſarijs ad nutritionẽ functionibus humiditas ſimulatum præſtare ſolet. Nam quod ſiccitate emarcuit, neq; probè digeri, nec confici rectè poteſt. Quod Galenus inſinuare uolens, recte ſubiecit, ad digeſtionẽ per corpus, & ad excretiones, corpora admodum dura inepta eſſe. Id uero in primis ſciendũ, ad omnẽ, quæ naturæ opera fit,*

Vide Gal. hic & Auicẽnam fen. 2. primi. Doc. 6. cap. 3.

Qui ad excretiones ineptiſsimi & contrà.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 378 sur 428

fit, alterationem, natiuum calorem maxime efficacẽ, & neceſſarium eſſe, ut quo peculiariter, ceu inſtrumẽto præcipuo, natura ad munia omnia uti ſoleat. Conſtat enim operũ naturæ omnium, natiuum in nobis calorẽ, ut uult in Aphoriſmis Galenus, cauſſam eſſe: quòd ſcilicet facultatũ noſtri corporis omnium ſit uehiculum. Quamobrem quum calidum ipſum ad omnia efficax iure optimo cõſtituatur, conſequens eſt, ut frigiditas illi contraria nulli functioni utilis eſſe putetur: contrariorum enim contrariæ perpetuò ſunt rationes: præſertim ſi naturæ actiones circa nutrimentũ ſpectes. Non enim attractioni idonea eſt frigiditas, quum motũ prohibeat, qui in attractione tamẽ (ut Medici omnes uolunt) perneceßarius eſt, non cõcoctioni, ut quæ maxime calido perficiatur, proindeq; calidos natura uentres ad concoquendũ idoneos, frigidos cõtra, Galenus aſſeruit. Excretioni uero multò etiam minus cadẽ cõuenit: quum ualentiſſimo motu effici omnis excretio ſoleat, contrahere uero & motum ſiſtere ipſa per ſe frigiditas poſſit. Retinendi porrò functionem, non eſt quòd quis illi iure tribuat. Nam etſi ad continendum ipſa quadantenus iuuare uidetur, non id tamen per ſe, ſed ex accidenti facit, nimirum uel calidi extinctu, uel motus priuatione. Ipſa enim, uel Auicennæ teſtimonio (ut eius ipſius uerba referam) & mortificat, & paralyticum facit. Nec ita tamen nude, ac ieiune hæc accipi uelim, ut id ſenſerit Galenus, frigiditatem nulli prorſus uſui eſſe: quum exploratum ſit Animantium, & miſtorum omnium corpora calido, frigido, humido, ſiccoq; conſtare: item multa frigido in natura conſtitui, nempè adipem frigido cogi, niuem, & glaciem eiuſdem opera concreſcere, uarij generis metalla creari. Quæ etſi maximè uera, & ex Ariſtotelis penu deſumpta confiteri oporteat, multò tamen id uerius, Animantium naturam calido propriè, frigido minime uti, in ijs præſertim functionibus, quæ ad corporis tutelam, & integritatẽ ſpectant. Nam ſiue uitæ munus ſpectes, ſiue nutricationis, ſiue generationis opus attendas, ſeu etiam animale, hoc eſt, ſenſus & motus, calido omnia perfici, & uigere: frigido dilabi, & corrumpi inuenies: ut quod uel Hippocratis ſententia, liuores, conuulſiones, rigores, diſtenſionesq; creare ſoleat, primisq;, ac principibus membris maxime ſit aduerſum. plura qui uolet de frigiditatis uſu, Apponenſem Conciliatorem adeat, Differentia 61.

Gal. 1. aphor. com. 15. Calor natiuus facultatũ omnium uehiculum.

Frigiditas nulli eſt uſui.

Gal. in arte medicinali.

Auicenna fen. 2. primi. Doc. 6. cap. 3.

Hippo. 5. aph.

SED non abs re fortaſſe fuerit hoc loco finem huic operi imponere. Neq; enim (ut iam antea dictum eſt) omnia particulatim perſequi, ſed ad ſtudioſorum exercitationem, multis exemplis, ad complures ſymptomatum, tum ſpecies, tum genera, ſermonem inducere propoſuimus. uerum quia non ad tantam creuit liber magnitudinem, quin plura capere poſſit, dicamus ea quoq;, quæ hactenus fuerunt omiſſa. Siue è naribus, ſiue auribus, ſiue palato, ſiue oculis, ſiue faucibus, ſiue utero, aut ex reliquarũ partium quacunq; aliquid profluit, eius tum quantitatem, tum qualitatem conſiderare,

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 379 sur 428

©BIUM

atq; excretionis modũ in cauſſas iam dictas reducere oportet. Sic enim inuenientur ſymptomata, quæ à ſimilarium intemperie ortum habent, itidem inſtrumentorum morbi, inſuper qualis, quantaq; fuerit materia.

Exẽplaris exercitationis uſus & efficacia.

INSTITVTAM exẽplari exercitatione rationẽ ad quiduis diſcendũ aptiſſimam eſſe, non Galenus ipſe modo, ſed Philoſophorum ſcientiſſimi quiq; recte affirmare ſunt uiſi. Nam quæ exemplis fit inſtructio, ita diſcentis animum ad ea quæ ſcire parat, quæq; antea reconditiſſima uidebantur, recolligit, ac ueluti poſita ob oculos luce in ignota molliter ducit, ut quæ exacto uix demonſtrationis robore ab ſtudioſo percipi poſſunt, craſſa exemplorum minerua ſæpe manu teneri poſſe, & certa haberi uideantur. Quamobrem quum & natura prudentem, & exercitatum oporteat eſſe Medicum, in his præſtat quemq; exerceri, unde in arte inſtructior, & conſummatior reddi poſſit. Quod intuens Galenus, quod reliquum eſt libri, propoſitis exemplis abſoluere parat. Supereſſe id autem uidetur, defluxionum ut omnium cauſſas ad unguem explicet omnes. Quod hac methodo facit, ut eorum quæ excernuntur omnium, non quantitatem modo, ſed & qualitatem, & excretionis modum ſpectari à nobis debere oſtendat, quò ſymptomatum cauſſæ omnes arte exprimi poſſint.

Gal. 8. metho.

Quid in defluxionibus ſpectandum.

Equidem etſi in Aphoriſmis Hippocrates, deiectiones non multitudine æſtimandas, ſed deiectionis modo, & ægri tolerantia cenſet, quantitatis tamen modum nouiſſe eò expedit, ut uirium ægrotantis robur, quouſque inquam deiectionis, aut excretionis cuiuſuis impetum ferre poſit, deprehendere poſſimus. Ad multam nempè excretionem ferè ſemper corporis uirium reſolutio ſequitur, uti à modica, agitatio, & aggrauatio. Proinde recte in Aphoriſmis dixit Galenus: Siue à natura, ſiue à nobis euacuatio fiat, omnino quantum ſit uacuandum metiri oportere. Cum autem à multitudine Hippocrates iudicium non eſſe ſumendum aſſeruit, non id ita accipiendum, ut nullam prorſus quantitatis euacuationis rationem habendam cenſuerit, ſed id potius, à qualitatis, & excretionis modo maius omnino, exactiusq; iudicium, quàm ab excrementorum copia, de euacuationis utilitate, ſumi. Nam non ob id quòd multa uacuata ſint excrementa, utilem fuiſſe uacuationem colligimus, ſed tum maximè, cum quæ educta ſunt, ægrum ſeipſo leuiorem reddunt. quo ſanè indicio abundè multam, & congruentem fuiſſe uacuationem conijcimus, ſi inquam & bene æger toleret, & alleuatio inde ſequatur: quod ipſum ex humorum eiecta copia abſolute diſcernere minime poſſumus. Nam quæ in uno magna, & immodica excretio iure dicetur, in alio mediocris uix cenſebitur, ut ſunt uarij hominum habitus, atq; naturæ. Eam igitur ob rem, non tam multitudinem, & copiam in euacuationibus, quàm excretionis qualitatem, ac modum, ſi inquam conferat, & toleret æger, an ſecus, expendendum, recte Hippocrates pronunciauit.

Hippo. 2. aph. textu. 13.

Gal. 1. aphor. com. 13.

Expoſitio aphoritati.

Veluti

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 380 sur 428

VELVTI (exempli cauſſa) tum deſtillationis, tum grauedinis (hæc coryſa, illa catarrus Græcis nominatur) cauſſa eſt cerebrum, ut pars quidem ſimilaris, uel à frigore, uel à ſolis ardore, ad intemperiem reductum, ut inſtrumentum uero, quatenus à plenitudine infeſtatur. Igitur quemadmodum profluuium in uentre per crudítatem fieri ſolet, ita dictorum affectuum uterq; in cerebro. Nominamus autem deſtillationẽ, ubi ad os excrementum defluxerit: grauedinem uero, ſi nares infeſtet. Raucitas (Græci branchum uocant) ob deſtillationem imbutis faucibus fieri ſolet. Si ad gurgulionem fluxio deriuetur, aut uuam (ut uocant) parit, aut alias in tumorem ipſum attollit. Si in adenas quæ in fine oris utrinq; ſibi inuicem apponuntur, antiadas facit. Si in partes illis adiacentes, pariſthmia. Atq; defertur fluxio à capite, nonnunquam in uentrem, nonnunquam in aſperam arteriam, utrilibet mirifice nocens. Verum de huiuſmodi fluxionum noxis, maiores noſtri accuratius ſcripſerunt, & nos in medendi Methodo de ipſis amplius dicemus. Porrò de his, qui uel è pulmone, uel thorace expuunt, iam antea in libro de Criſibus diximus.

Cap. 2. lib. 6. loc. aff.

CVM *in omni fluxione, quantitatem, qualitatemq; & excretionis modum conſiderandum antea dixiſſet, eaq; omnia in cauſſas iam præcedentibus capitibus enarratas, reijcienda fore, nempe, in humoris copiam, lentorem, craßitiem, tenuitatẽq;, in facultatis ipſius expellentis robur, aut imbecillitatẽ, in corporis habitũ, & meatuũ uel ſtipationẽ, uel contrà nimiam apertionẽ (in has enim cauſſas excretionis, uel retẽtionis immodicæ ſymptomata reijcere proximè Gale. eſt uiſus) nũc eadẽ exẽplis propoſitis cõfirmat, Indicans fluxionis omnis, quæ ad ſubditas partes fiat, quæ in uniuerſum ſint cauſſæ. Cõmunis porrò fluxionũ in ſubiectas partes fermè omnium, cerebrum intemperie affectum, uel plenitudine nimia graue, cauſſa eſſe ſolet, quòd ſuapte natura crudis, & pituitoſis gignendis excrementis frigiditate ſua, & humiditate maxime ſit aptum. Quum enim, (ut uult Galenus) uentris fluxiones à cruditate ſecundum plurimum naſci ſoleant, multò maxime deſtillationẽ, & grauedinem, à crudis, pariter ex cerebro manãtibus excrementis prouenire cenſendum erit. quòd exangue, frigidum, & in cõcoquendo infirmum cerebrum ſoleat eſſe, ad hæc in expellendo remiſſum & lentum. Itaq; ad intemperiem cerebrũ frigore nimio, aut calore duci ſolet: quòd frigus cogendo, & quaſi partes humore imbutas exprimendo, calor, fundendo, & eliquando defluxionem pariat. Sic per uehementem Boreæ flatum, & ſolis ardores fluxiones huiuſmodi excitari ſæpe uidemus. Nec repugnat idem à cõtrarijs quandoq; fieri, quòd non ex æquo, nec per ſe ab utriſq; fluxio enaſcatur,*

Excretiõis, uel retentionis immodicæ cauſſæ.

Cerebrum defluxiõis omnis cauſſa cur ſtatuatur.

Calor & frigus quomodo defluxionẽ pariãt. Idem à cõtrarijs quandoq; fieri.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 381 sur 428

©BIUM

ſed à calido propiùs, à frigido ex accidẽti, à quadam partium à frigido coactione. unde contentum exprimi ſuccum, neceſſarium quidem ſit: ipſam uero fluxionem uarìè, ſecundum naturam partium, in quas ruit, nuncupari, omnium medicinæ autorũ conſenſu, in primisq; Galeni in hac parte cõſtat: ut dicatur quæ ad nares fertur, Græcis κορύζα, *Latinis Grauedo: quæ ad os, deſtillationem uocemus,* κατάῤῥυσιν *Græci dicunt: quæ ad fauces, nos raucitatem, Græci* βράγχον *appellãt: ſic & in oris adenas, & adiacentes partes procumbentes ſuo quanq; nomine, ut exponit Galenus, appoſitè deſignemus, & alias* ἀντίδας, *alias* παρίδας *Græcè, Latinè tonſillas nominemus. Sed hæc de nominibus eſt ratio, in qua ne diutius implicemur, ſæpe nos Galenus docuit. De thoracis porrò, & pulmonis fluxionibus tum 2. de Criſibus libro, tum 5. Methodi medendi, ſicuti de reliquis omnibus in eiuſdem tractationis libris dictum eſt, præcipuè uero lib. 7. Methodi, ubi ex profeſſo de uentriculi fluxionibus agitur.*

CAETERVM neq; mẽſium ſuppreſsionem, neq; prauas expulſiones, omnium quæ ex utero profluere ſolent, difficile fuerit inuenire, ſi ſimiles tibi ſcopos propoſueris. Etenim nõ nunquam uteri ipſius corpus, ſi ſolidum fuerit, aut durum, cauſſa eſt, cur menſes ſupprimantur. Duratur autem uel ilico ab origine, adeò ut nihil unquam expurgare queat, niſi uel medicamentorum, uel temporis beneficio, ad meliorem trãſferatur conſtitutionem, aut tractu temporis poſt generationem, idq; pro illius affectus ratione, quo crebrius uterum infeſtari contigerit. Atq; uitioſa etiam uenarum anguſtia protinus in utero contrahitur, conformante eam muliere. Cui proportione reſpondet ea, quam adiacentia corpora faciunt, conſtipatio, quanquam hæc accidit interdum, ubi citra culpam craſsius euaſerit corpus: intemperies autem uteri & à natura oritur, & affectus quoſdam comitatur, quemadmodum & denſitas. At detinentur etiam nonnunquam menſes ob materiam ipſam, quum uel craſſum fuerit excrementum, uel uiſcoſum. Supprimuntur etiam nonnunquam, licet utile fuerit excrementum, ob huiuſmodi humores, uaſis quæ ad uterum deſcendunt. Præterea uniuerſi corporis occaſione, mulier interdum nihil expurgat, interdum plus iuſto, interdum minus, nonnunquam etiam deprauatum. Nihil omnino excernit, ob multas exercitationes, & uictum tenuem, & quum ad alias partes repunt humores. Minus excernit, eaſdem ob cauſſas, ſed remiſsiores quàm pro naturali conſuetudine. Plus autem, ob diuturnum otium, & uictum opiparum.

Eadem

EADEM methodo, qua reliquorum membrorum omnium ſymptomata inueſtigauit, & nunc quoq; uteri inquirenda eſſe, hoc de uteri ſymptomatis commentario planum facit Galenus, ſuppreſſorum ſcilicet aut redundantium menſium, ad hæc deprauatorũ cauſas in uniuerſum adferens omnes, easq; aut in uteri uitium, aut totius corporis, aut tandem menſtrui ſanguinis, aut denique in prauam uictus rationem reijciens. Porrò menſtruam hanc purgationem commodè mulieribus à natura datam omnes exiſtimant, quòd quum & uitæ ignauia, & ſexus natura, & concoctionis humorum imbecillitate, ſeroſi excrementi, & crudi ſanguinis copiam colligant, fit, ut horum multitudine grauata facultas excretoria, per ora uaſorum quæ ad uterum finiuntur, inutilia hæc expellat. Quæ ſanè excretio quuum menſtruo ſpatio recurrere ſoleat, uel quòd lunæ curſum, ut Aſtronomi uolunt, ſequitur, uel quòd ſtatum ſit illud à natura tempus, quo mulierum ſuperflua expurgari oporteat (ne longiore mora nimio humore noxam cõtrahant) factum eſt, ut menſes dicti ſint, qui tum propelluntur humores. Supprimi autem præter naturam ſolent, uteri corpore ſolidiore, durioreq; facto, idq; ab ipſo protinus ortu, uel uitio aliquo poſt contracto, item & uitioſa uaſorum anguſtia, compreßione, conſtipatione, Sanguinis menſtrui craßitie, lentore, nimia copia, obſtructis ſcilicet uteri uaſis, item & ſanguinis pauciate ob exercitationem multam, & uictum tenuem. Suppreſſorum menſium eæ omnino ſolent eſſe cauſſæ: ſicuti diminutorum, & deficientium; illæ eædem, ſed remiſſiores. Minus quoq; fluunt menſes, quum ſanguis in alias partes ui naturæ, aut morbi reuellitur, uel quum uterus morboſum aliquid patitur: ſicuti cõtrà immoderatius proeunt, uel ob uitæ ſegnitiem, & uictum pleniorem, & expultricis in expellendo potentiam, aut ob uteri morbos aliquos excretionem huiuſmodi excitantes.

Cur menſtrua purgatio mulieribus data.

Menſes unde dicti.

CAETERVM deprauatæ per uterum fluxiones (nominatur uero quicquid huiuſmodi eſt fluxus muliebris) fiunt, expurgato per hanc partem uniuerſo corpore. Atq; talem ſemper refert ſpeciem id quod excernitur, quale eſt id quod in animante redundat. Quippè rubrum excrementum ſanguinis ſaniem declarat, album pituitam, pallidum bilem amaram. Præter iam dicta, eſt aliud ex utero deprauatũ profluuium, ob affectum aliquem ipſum infeſtantem, cueniens. Inſuper menſes interdum ſupprimũtur, non ob ſanguinis penuriam, quam uel multa exercitatio (ut dictum eſt) uel tenuis uictus induxit, neq; ob affectum in utero conſiſtentem, ſed propter robuſtas uires, ſanguine ad alias partes irruente. uerum (ut nuper dicebam) haud difficile fuerit, quemlibet (ni fallor) in his commentarijs uerſatum, & iam circa multa exercitatum, huiuſmodi per ſeipſum inuenire. Etenim neminẽ latet quòd nonnunquam aut maior menſium copia fluit quàm antea, aut minor, aut omnino nihil fluit, aut prauum eſt quod efluit,

©BIUM

fluit,ob propriosuteri morbos, siue ipsius cornua, siue cer-uix, siue totum spatium afficiatur: atq; sub hac diuisione steriles quoq; comprehendi possunt.

Depranata fluxio quæ.

SVPPRESSORVM *mensium,& immodicè fluentium causis iam enarratis,superest,ut deprauatarum ex utero fluxionum caussæ adducãtur omnes. Deprauata porrò ea fluxio rectè dicitur,quæ ab ea, quæ secundum naturam,longissime abest. Quamobrẽ meritò hãc ab illa toto genere secreuisse optimi quiq; uidentur autores. Siquidem Paulus,aliud esse menstruam purgationem, aliud muliebre profluuium,lib.3.ingenuè est testatus, multoq; planius Aëtius lib.16. cap.67.ambarum fluxionũ discrimẽ his uerbis notans,Fluxus (inquit) qui muliebris uocatur, est diuturna uteri destillatio, ab eruptione sanguinis differens, nam in ea sincerus sanguis emanat, hic uero fluxus corruptus apparet.cæteraq; subnectit quæ huic Galeni loco maxime consentanea uideantur. Vnde illud constat,diuersam esse huius affectionis,& illius curationem, diuersam item utriusq; caussam. Vt uero reliquum intelligatur eorum quæ hic à Galeno dicuntur, illud sciendum, matricis uarias esse ut substantia, sic & nomenclatura partes: cuius alteram Anatomici ceruicem,alteram sinum,cauitatemq;,& fundum appellant. Ceruicis substantia carnosa est, rugisq; tenuibus quibusdam secũdum extremam partem cõstans, fundi uenosa,& membranea magis, à quo processus utriq; ducuntur mammillares ad ilia inclinantes: quorum figuram Herophilus semicirculi ambitui comparat,Diocles,cornibus enascentibus, per quæ uulua ex testibus semen attrahit,ut inferius per ceruicem. Quamobrem meritò ob hanc cum cornibus similitudinem, matricis cornua dicta sunt, matricem utiq; dorso, & coxendicibus adligantia:ex quorum impletione, aut uitio aliquo, magna sæpe,& difficilia solent mulierculis nasci mala.*

Menstruã purgationem à muliebri fluxu differre.

Matricis cornua.

IAM priapismus est,cum masculinum pudendum intumescit, & inflatur inuito,habetq; caussam hoc symptoma spiritũ inflantem. Gonorrhœa autem (id est seminis profluuium) si pudendo non intẽto euenerit,retẽtricis facultatis in seminarijs uasis imbecillitatem sequitur. Si uero intento pudendo acciderit,cõuulsioni quodammodo similis erit affectus. Atq; de his non oportet diutius differere.

Priapismus.

Gonorrhœa.

PRIAPISMVM, *colis esse inuitam tensionem, ab inflante spiritu, nullo excitante ad uenerem desiderio,iam 6.de Locis aff.dictum est,& illud itẽ,Gonorrhœam seminis esse inuitam excretionem, uasorumq; seminarium,nõ item pudẽdi, propriam esse affectionem. His uero hæc modo adijciuntur,gonorrhœam & intento pudendo quandoq; & eodem laxato euenire posse. si remisso pudendo acciderit,retẽtricis seminarium uasorum facultatis imbecillitatem arguere oportet:si intento, earum partium conuulsionem quasi quandam indicari. Faculas*

porrò

porrò ab aliqua intemperie partes illas infeſtante, aut multo cõcubitu fatigari, & deijci ſæpenumero ſolet, unde ſemen laxatis uaſis effluere neceſſe eſt. Continentes etiam uiros (quos & abſtemios uocant) affectus hic non rarò tentare ſolet: quum ob immodicam uaſorum plenitatem à ſeminis copia, earum partium contentiua facultas debilitetur. Vnde inuito ſemen excerni plurimum oportet: à quo ſic effluente, & decolores, & imbecilli, qui ſic laborant, redduntur. Externæ etiam cauſſæ his partibus noxam aliquam inferentes, uti caſus, ictus, offenſio, & eius generis multa, ſymptoma hoc creare ſolent.

CAPVT VLTIMVM. 4

TRANSEAMVS itaque ad reliquum ſymptomatum genus, quod ne ipſum quidem multo ſermone indiget, ob ea quæ iam de conſequentibus ſe inuicem ſymptomatis, prædicta ſunt. atq; ſic finem huic operi imponamus.

AD ea quæ ſeſe mutuo conſequuntur ſymptomata ordine progreditur, omni iam reliquorum abſoluto ſermone, rem quidẽ ipſam compendio docens, quòd de his iam antea nonnihil, lib. uidelicet III. *cap.* IIII. *& lib.* V. *eiuſdem numeri capite, quo loco de animæ pathematis agebatur, & rurſus lib.* VI. *cap.* II. *quum de retentricis uentriculi potentiæ ſymptomatis tractabatur, dictum eſt. In his enim ipſo ueluti ſermonis progreſſu de ſeſe conſequentibus ſymptomatis aliquid obiter dictum eſt, ut pote de fluctuatione, flatuq;, quorum utrunque ad debilem complexum, uti debilis complexus ad illa ſequitur. Ergo illa ſeſe mutuò ſequi ſymptomata iure dicentur, quæ natura ita coniuncta ſunt, ut alterum ſine altero eſſe non poßit, uel quæ in ſe collata, cauſſarum inuicem rationem habent.*

COLORVM uiciſsitudinem (ut ſummatim dicam) faciunt ſucci à naturali ſua ſpecie aberrãtes, aut in profundum ſubeuntes, aut cutem ueluti illuentes. Particulatim uerò, cauſſæ ob quas ſuccos ad huiuſmodi tum motus, tum affectus, peruenire oportet, ſunt animi affectiones, aëris nos ambientis, uel ad calorem, uel ad frigus permutatio, corporis etiam affectus uel calidiores, uel frigidiores, item ſanguis uel paucus, uel plurimus, tum foras elatus, tum introrsum reuulſus. Huc accedit etiam quodlibet humorum uitium (Græci cachochymian uocant) ad ſuam ipſius ſpeciem uniuerſi corporis colorem permutare potens, ut in morbo Regio, aqua intercute, elephante, item lienis, & iocinoris imbecillitate, quibus decoloratæ quælibet partes proportione reſpondent. Porrò à naturali figura deflectunt partes, immodicè uel repletæ,

©BIUM

pletæ,uel inanitæ,uel à propriis ſedibus remotæ, aut reuulſæ. Cauſſæ uerò ſingularum affectionum plures ſunt,quàm ut in præſentia debeant explicari, quanquam eas haud difficulter inueniet is,qui non oſcitanter,ea quę hactenus præſcripſimus,perlegerit. Neque non facilè deprehendet cauſſas,ob quas corporum alia grauiter olent,alia remolleſcunt, alia durantur, alia aliter proportione illorum afficiuntur. Verum non opus eſt in iis diutius immorari:diximus enim de ipſis, in ultima parte libri, cui titulus eſt, de Symptomatum differentiis.

SYMPTOMATA *hæc, quæ in colorum uicißitudine poſita ſunt, ad uiſum propriè ſpectant, quòd ſit color peculiare eius ſenſus obiectum, ut Philoſophorum uerbo utar: de quibus ſuprà lib. III. cap. V. abunde eſt dictum. Tum autem colorum in corpore eſſe uicißitudinem dicimus, quum color alter ex altero ſubinde naſcitur,ut modò rubens,modò palleſcens, ſtatim albus, mox niger, & liuens appareat. Quod cum fit,uarium in humoribus motum, aut ad interna,aut externa,pro uaria pathematum animi,aut corporis ratione demonſtrat. Color uerò in uniuerſum ſuccorũ corporis naturam,qualitatemq; arguit:quum ſit eorum(uel Galeni teſtimonio)certißima nota. Motionis autem,& affectionis ſuccorum quæ ſint cauſſæ,ita exactè,& apertè Galenus explicat, ut maiori non ſit explicatione opus. Symptomatum uerò quæ ad figuram, conformationemq; pertinent,quum omnis antea explicata ſit ratio, lib.uidelicet II. capite VII. (ubi ex profeſſo uitiatæ figuræ cauſſæ recenſebantur omnes) pauca hîc ſuperſunt dicenda. Nam quæ illo loco plenius, & explicatius, hîc obiter, & compendio enarrantur,ut prædictorum nobis memoriam refricet,& longo iam operi,hac ueluti coronide adiecta,extremam manum imponat. De ſymptomatis uerò quæ ad odoratum, tactumq; pertinent, uti ſunt graueolentia, durities, mollities,& eius generis cætera multa,lib. de Symptomatum differentia, eiusq; libri cap. V. tradita eſt methodus. Ad quam nos partem Galenus relegãs,finem huic toti de morbis,& ſymptomatis tractationi parat,ea tantum addita methodo, qua ſymptomata ſeſe mutuò conſequentia, à non conſequentibus diſcernere ualeamus.*

Colorũ in corpore uicißitudo.

Gale. 4. de ſan. tu. & 5. de loc. aff. & 1. aphotii,cõ,1.

ATQVE libri de ſymptomatum cauſsis, hoc loco finis eſto, ſi unum duntaxat addiderimus, cuius demonſtrationem in libro de Symptomatum differentia, in hunc locum diſtulimus,nempe quæ ſymptomata ſeinuicem neceſſariò ſequantur, & quæ non neceſſariò. Quanquam ne id quidem uidetur mihi longo egere ſermone: quippe ſatis fuerit, unico exemplo huius rei methodum oſtendere,multitudinem eorum quæ particulatim dici poſſent abiiciendo. Itaque animaduerte,utrum ab una cauſſa perficiatur effectus, an,à plu

ribus.

©BIUM

ribus. Si ab una,ut cauſſam efficientem ſequatur neceſſe eſt: ſi à pluribus,non eſt neceſſe. atque hæc methodus in omni re communis eſt. Haud aliter de ſymptomatis quoque tibi conſiderandum eſt. Quippè quod ab uno dependet, neceſſario conſequitur: ubi uerò aliæ quædam cauſſæ ad ſecundi ſymptomatis generationem accedunt,ipſum non neceſſario conſequitur ad primum. Neque enim cruditatem (Græci ἀπεψίαν uocant) neceſſario ſequitur inflatio, uel mordicatio,uel humida,aut multa deiectio,uel nauſea,uel faſtidium, uel immodica appetentia,uel ad functiones ignauia,uel languida mens, uel capitis grauitas, uel uigilia, uel cordis dolor. Neque etiam morbus comitialis, neq; delirium, neque ſtupor, neq; ueternus. Similiter neque mœſticia, neq; aliud aliquod triſtitiæ genus, ac multò minus melancholia. Neq; etiam colica,neque renum,aut lienis, aut iocineris, aut thoracis,aut articulorum dolor: itidem neq; inæqualitas,neque horror,neque rigor, neque febris. Quanquam tum horum, tum reliquorum ſymptomatum ferè omnium nullum eſt, quod non aliquando cruditates ſequi uideatur.

QVAE *ſit ſymptomatum ſeſe conſequentium ratio, quæue methodo inuenienda ea ſint, hoc extremo ſui operis commentario belle explicare Galenus ingreditur,hanc eſſe in ijs methodum indicans,ut in ſymptomatis.* Perinde *atque in affectibus ipſis, quorum ſunt,eandem eſſe inueſtigandi rationem putemus. Cuius ipſius caput hoc eſt,ut affectus cuiuſq; maxime propriam cauſſam inquiramus: quæ ubi unica tantum inuenta fuerit,in hanc ſolam,ceu effectricẽ, & principem,affectũ regerere oportet: ſin plures in diſquiſitione cauſſæ inuentæ ſunt, non in unam neceſſario affectum referre oportebit, quum à pluribus oriri idem poſſit affectus. Eandem ſanè in ſymptomatis legem ſeruare oportet: ut quorum unica tantum inuenta fuerit cauſſa,in hanc ſymptoma reijciamus. tumq; ſymptomata ſeſe mutuò conſequentia iure dicentur, quum unum alterius fuerit cauſſa, ita, ut in nullam aliam reijci ſymptoma poſſit. In quo genere prohibitam cibi per corpus digeſtionem iure optimo Galenus poſuit, ut ad quam quod mox eſt dicturus Galenus, atrophia neceſſario ſequitur. Quamobrem meritò hæc ſeſe ſymptomata conſequentur,prohibita cibi per corpus digeſtio,& atrophia, hoc eſt cibi penuria. Sic flatus,& fluctuatio ſeſe mutuò cõſequuntur,quum fluctuatio,flatus excitati ſit cauſſa,ut lib. III. atq; hoc ipſo liũ.cap. II. à nobis eſt dictum. Sed quorum plures ſunt cauſſæ,hæc ſeſe minime conſequentur,ut in cruditate hìc nos docet Galenus. Nam ad eam etſi quandoq; inflatio,morſus,humida,multáq; deiectio,nauſea,inappetentia,grauitas,ſegnities,mentis torpor, & huius generis nulle alia conſequantur,non tamen hæc cruditatem ſequi neceſſariò oportet: quum citra cruditatem ſæpenumero conſtare poſſint,aliaq; multas*

Methodus inueniendi ſymptomata ſeſe neceſſario conſequentia.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 387 sur 428

©BIUM

Cruditatis noxa quanta ſit, hinc ſpectato.

à cruditate habeant cauſſas, uti præcedentibus libris exactè monſtratum. Cruditatis uerò quanta ſit noxa, hinc uel maxime colligi uelim, quòd nullum firmè ſit ſymptomatum genus, quod non ad eam ſequi poſſe Galenus affirmet. Non abre igitur in lib. de Conſtitutione Artis, omnium ferè morborum crudum cauſſa eſſe ponitur, quòd naturæ functiones omnes maxime interturbare, & uires corporis, frequenter admiſſa (ſi quid aliud) tentare ſoleat, unde uarij generis morbos naſci ſit neceſſe. Quod ſi uerum eſt, rectiſſimè illud à Galeno dictum erit, Nullum eſſe ſymptomatum genus, quod non ad cruditatem ſequatur.

VERVM & cruditatis magnitudo, & differentia, tum hominis natura, tum ſenſus uel acutus, uel obtuſus, item ſingularum corporis partium & robur, & imbecillitas, faciunt, ut aliàs aliud ſymptoma cruditati ſuperueniat. Quippe magna cruditas, tum maiora, tum plura inducit ſymptomata: Minor uerò, pauciora, minoraq; . Similiter & cruditatum differentiæ, ſi frigidæ fuerint, & ad pituitæ naturam declinauerint, alia poſſunt inducere ſymptomata. Si uerò ad nidorem, & calorem, alia: item ſi ſint mordaces, aut non mordaces, præterea ſi uel reſoluantur in ſpiritum inflare potentem, uel non reſoluantur. Atque hominis natura (ut diximus) uel confert, uel reluctatur ſymptomatum generationi, ut exempli cauſſa, ſi obtuſo ſenſu fuerit uenter, neque roſione admodum cruciabitur, neque dolebit, neq; multa deijciet excrementa. Atque qui ita fuerint affecti, neque cordis dolorem, neque capitis iniuriam facile ſubeunt. Qui uerò acuto ſenſu prędituin uentriculum habent, ij ad omnes iniurias ſubeundas ſunt parati, principe parte è ſupernis mittente ſymptomata. Sed quid uerbis opus eſt? quæcunq; pars cruditatem fecerit, illa noxam ſentiet, quæ fuerit maxime imbecilla. Proinde nullum ſymptoma neceſſario ſequi cruditatẽ, dici poteſt. Vbi uerò alimentum per corpus non digeritur, ſiue priuatio, ſiue imbecillitas fuerit actionis, atrophian neceſſario inducet. Quemadmodum in ſingulis partibus alteratricis potentiæ noxa. Præterea expultricis facultatis circa excrementa, aut ſanguificæ potentiæ aberratio (nam & ipſa expultricis functionis ſymptoma eſt) neceſſario praui caloris inducit ſymptomata, uocaturq; alterũ ipſorum ictерus, id eſt morbus regius, alterum quod melancholico excremento conſtat, nomine caret. Ad hunc modũ in omni ſymptomatũ genere inuenies, quæ ſemper, & quę non ſemper, ſe inuicem ſequuntur. Sed ne prolixior ſim, huius operis finis hic eſto.

Quæ

QVAE cauſſa ſit, cur ad cruditatem, alia atq; alia, nec ſemper eadem ſympto-
mata ſequantur, planum hìc facit Galenus, ex cruditatis magnitudine, aut par-
uitate, uaria ad acidum, nidoroſum'ue natura (ſiquidem cruditatis has duas
ſpecies eſſe, multis locis, præcipuè uerò, VII. Methodi, eſt à Galeno proditum)
homnis qualitate, partium corporis robore, aut infirmitate, id prouenire do-
cens. Eò fit, ut non paria in omnibus ſymptomata cruditatem ſequantur: cuius
& ipſius eæ præcipuè partes noxam ſentiunt, quæ in quoquam maximè fue-
rint imbecillæ. Quæ cauſſa eſt cur per cruditates nonnullis renum dolor, qui-
buſdam uentriculi, alijs lienis, iocineris, thoracis, reliquorumq; membrorum pa
themata oriantur, prout in alijs alia pars imbecillior, aut acutiore ſenſu prædi-
ti, aut alioqui naturæ ratione, aut ſitus, noxam ſuſcipere apta. In ſumma uero,
pro conſtanti id uult haberi Galenus, quæ ipſa cruditatem fecerit pars, noxam
ſentire: nobis illud ut indicet, cruditatem non ſolum uentriculi, ſed & reliqua-
rum quoq; partium omnium (quum à ſuo munere alterandi alimenti defece-
rint) pathema eſſe. Siquidem & in uenis, & iocinore ipſo cruditatem ſubeſſe
recte dicimus: quum præ imbecillitate, corporis ſuccos, & ſanguinem confice-
re non ualent. Quod quum accidit (ueluti in malo habitu, & aqua intercute
fieri uidemus) has partes nempe hepar & uenas, noxam ſuſtinere non iniuria
arbitramur. Itaque etſi ad cruditatem omnia ferè ſymptomatum genera ſequi
ſunt parata, nullum tamen ad ipſam neceſſariò ſequitur, quòd ipſorum plures,
ac uariæ ſint cauſſæ. Verum atrophiæ, & decolorationis, quum in utroque ho-
rum non niſi unica tantum inueniatur effectrix cauſſa, nempe in illa, alimenti
per corpus prohibita digeſtio, in hac, expultricis facultatis circa excremẽta ab-
erratio, diuerſam omnino rationem eſſe oportebit: ipſaq; ſeſe conſequentia iu-
re cenſebimus, quòd unicam habeant ſuæ generationis cauſſam. Qua methodo
ſi uſi fuerimus, in omni ſymptomatum genere, quæ ſe perpetuò, & quæ non
ſemper conſequantur, momento inueniemus.

Cur ad cruditatem nõ ſemper eadem ſymptomata ſequãtur.

Cruditas quarum partiũ ſit pathema.

LECTORI.

OMNES hactenus rationes locupletandæ, & explicandæ in his commentarijs Galeni doctrinæ ſtudioſè collegimus. In quibus, lector, ſi te diligenter exercueris, & grauitatem, & dignitatem, magnitudinemq; dogmatum Galeni, & methodum ſummam in diſquirendis morbis, morborum cauſsis, & ſymptomatis (unde omnis pendet curandi ratio) habere poteris, ut & medica plenè teneas, &

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 389 sur 428

©BIUM

præscriptorum Galeni copia instructus, methodū illam eiusdem autoris absolutissimā, facilè nancisci, & in usum ducere possis. Qua in ratione commẽtandi, mihi planè metipsi consulendum, prorsusq; instandum, nedum studiosis omnibus, rectè putaui (res enim communis agitur) ut dum hæc in studiosorum gratiam meditor, artis ipse rationem studio, & exercitatione consequi hoc meo priuato labore possem. Quod quum alij multi difficulter tribus de caussis maximè faciant, aut si peritiores cum quibus exerceantur non habent, aut si sibi diffidunt, aut si nesciant quam uiam sequantur, eæ quum à nobis abessent difficultates omnes, aliquid in explicando Galeno certa fiducia audendum prorsus existimauimus. Nam & simul libenter cum nostræ sortis hominibus, si quos doctrinæ excellentia, & uaria rerum cognitione cæteris præstare cognouimus, exerceri perpetuò placuit, & nobis omnino non diffidimus: propterea quòd etsi non multum, aliquantulum tamen in hoc exercitationis genere processimus, & alia maiora in animo uersamus, quæ, si has nostras lucubrationes placere intellexerimus, maiore certè fructu, nec minori alacritate sumus daturi: ut etiam si modo non peruenerimus quò uolumus, aliquãdo tamen assiduo labore, & opera eò simus peruenturi. Et uiam denique quam sequamur habemus: propterea quòd in bis meis commentarijs, nihil præteritum est medicæ, quantum ad rem præsentem attinet, præceptionis. De-

monstratum

monſtratum eſt enim quomodo morbos omnes inueniri oporteat: Dictum eſt, quo pacto eos in ſuas differentias diſponere, & locare conueniat: traditum eſt, qua ratione inuestigandæ cauſſæ ſint: Præceptum eſt, qua uia ſymptomata agnoſcas, & quibus item modis ſymptomatum cauſſæ omnes comparentur. Quæ ſi ſequemur, acutè, & citò morborum numerum, & cauſſarum reperiemus: distinctè, & exactè in ſuas ſpecies diducemus: doctè, & explicatè ſymptomata cognoſcemus. Quæ cuncta ſi fermè, & perpetuò tenuerimus, de tota re medica, deq; ea, quæ totius artis caput eſt, Medendi methodo, uerè, & ſeriò non nugatoriè eloqui, & cenſere poterimus. Ergo in medendi ratione, quum nihil ſit amplius, hæc omnia adipiſcemur, ſi rationes præceptionum, & commentationum Galeni diligentia cõſequemur, & exercitatione. Tu uero, lector fruere, & Vale.

ΤΈΛΟΣ.

Oratio

©BIUM

ORATIO DE RE MEDICA, AVENIONE PVBLICE DICTA, EODEM FRANCISCO *Valleriola autore.*

ET SI audax, prorſuſq; impudentiæ plenum eſſe ſcio uiri, ac patres ornatiſsimi, eum qui nec ingenij uiribus, nec dicendi peritia, aut exercitatione, linguæq; ornatu ualeat, in tanta ſummorum uirorum frequentia de rebus maximis audere dicere, cùm adſit ferè nemo, quin excellentia naturæ quadam, & ingenij, & multa multarum rerum cognitione cum tractandæ rei amplitudini, tum conſeſſus huius ueſtri grauiſsimi dignitati omnibus ornamentis, atq; luminibus plena, & expolita oratione dicēdo ſatisfacere poſsit, mearum tamen ego partium fore putaui in hoc meo Medicarum lectionum initio pro ueteri more nonnihil præfari: ut oſtendam non tam ratione optima à maioribus noſtris eſſe factum, & conſtitutum, ut qui publicè docēdi prouinciam ſuſcepiſſent, ijdem quoq; eius diſciplinæ quam edocendam aſſumpſerunt, dignitatem, excellentiam, magnitudinemq; demonſtrarent, ſed etiam ut, ſi id conſtitutum minime eſſet, doceam tamen nullo meliore lenocinio poſſe audientium animos ad id quod ediſcendum propoſuerunt impelli, prorſuſq; retineri, quàm ſi plena oratione doceatur, artem eam cuius ſe quis profeſſorem, & interpretem uult haberi, unam omnium in primis nobilem, neceſſariam, utilem ac maxime honoratam eſſe, eoq; uel maxima cura, & diligentia à reipublicæ rectoribus ſummis dignitatum, & honorum autoramentis, & præmijs in ciuitate eſſe retinendam, ornandam, amplificandam: quod ſum ego, ſi potero, ex hoc loco ſi non aptè, ornatèq;, pro mei tamen ingenij, & uirium modo, non inutiliter effecturus. Dicam igitur quoniam conſtitui, petamq; à uobis, ut ſi minus in hoc argumenti genere, quaſiq; latiſsimo dicendi campo purgatiſsimis auribus ueſtris ſatisfecero, id non tam exiguis meis uiribus, quàm magnitudini, ſplendoriq; rei tribuendum putetis. Nam de hiſce rebus maximis omnibus dicam non ut quidam magiſter, atque artifex, ut

apud

apud Ciceronem ille, sed quasi unus è Togatorum numero, atq; ex Medicorum albo homo mediocris, neq; omnino rudis. Adestote itaq; omnes animis, mentes atq; aures uestras erigite, meq; de hisce rebus dicentem attendite.

EAM igitur unã omniũ maxime, inter disciplinas omnis laudandam, & cæteris cunctis anteponendã iure existimãt, quæ & uetustatis, originisq; splendore, & constituentiũ claritudine, & professorum excellentia, uariaq;, ac multiplici rerũ archanarum omnium cognitione, & operũ supra alias admirabilium longeq; nobiliorum effectione, & ipsa denique artis præstantia, & difficultate cæteris omnibus antecellat. Quam esse medendi disciplinã unam, uel solam, nemini non longè testatissimũ esse puto: ut cuius nimirũ ea sit tam nota apud omnes gloria, ea ipsius dignitas, & in omniũ oculis exposita magnitudo, ut inter egregias illius laudes ea uel in primis præcipua sit habenda, quòd nullis omnino laudibus, nullius commendatione indiget, ipsa sibi suo splẽdore, & gratia abunde magnam pariẽte laudem. Etenim quænam quæso alia natales suos, & originis primordia in Deum optimũ, maximum, referre, quàm sola medicina potest? Iactẽt legiferã suã Cererem, suumq; Draconẽ Iurisperiti: Rhetores Mercurio, aut Empedocli, ut uult Aristoteles, primas deferãt: Orpheũ, Homerumq; poëtæ decãtent: Pythagorã omnis Philosophorum admiretur schola, ut qui se primus omniũ Philosophũ dictitarit: Dialectici quantum uelint, Zenoni suo tribuant: Musici Amphionem, Geometræ Thaletem, Arithmetici Abrahamum, Astronomi Libyum Athlantem miris in cœlum laudibus efferant, & suæ quemq; principem artis, & autorem efficiant: Apollinem modo suum, & uerum autorem Medicina agnoscat: non umbratilem quidem illum, & poetarum mendacijs Deum factum, sed immortalem, meliorẽq; Deum nullo unquam satis digno nomine, nullaq; humana uoce appositè explicandum. De quo illud diuino furore percitum Nasonem dixisse putandum est:

Inuentum medicina meum est: opiferq; per orbem
Dicor: & herbarum subiecta potentia nobis.

Esse uero tantæ artis principem, & institutorem summum ipsum Deum opt. max. illud in primis argumento est, quòd Christus uerus, & unicus Dei filius seipse Medicum inge-

©BIUM

nuè eſt profeſſus, unuſq; maxime hac ſe uoluit arte prodere mundo, & in hominum animos nondum planè illi addictos inſinuare. Nam uulneribus oleum, ac uinum infundere (quod ſcriptura teſtatur) ſputo terræ mixto cæco uiſum reſtituere, febres imperio tollere, paralyſin ſanare, lepram depellere (quæ facta à Chriſto ſingula eſſe ſacra euangelij lectione docemur) non ne Chriſtum Medicum in terris egiſſe apertiſsime monſtrant? Qualem igitur eam eſſe poſſe diſciplinam putemus, quæ Chriſto autore nitatur, eundemq; ſummum operum eius habeat effectorem, artificem, atque parentem? certe optimam, ſanctiſsimam, Deoq; dignam, ut quam non aliàs ſuis ipſe operibus nobilitaſſet, ni ſe dignam autore, & magiſtro iudicaſſet. Originem tenetis, progreſſus accipite. Quos & ipſos uobis nunc paulò plenius explicare contenderem, ſi tantulo tempore tantam rem pro ſui dignitate tractari poſſe confiderem. Quod cum fieri commodè minimè poſsit, moderabor ipſe me, & id tantum dicam, nullius alterius quàm medicinæ fœliciores unquàm aut ampliores fuiſſe progreſſus, ut quæ à ſummo Deo nata, à ſummis ſemper, & diuinis fuerit uiris nobilitata, illuſtrioráq; effecta. Nam cui non illud apertiſsimũ eſt, primos illos Aeſculapios, Peones, Podalyrios, & ipſa funeris reuocatione nobilitatum Aſclepiadem omnium primos ſecundum Deum, per partes, aut in uniuerſum ſalutaris huius diſciplinæ autores, atq; ob id in deorum numerum relatos, ſuis quemq; monumentis, & operum magnitudine ualde plurimum medendi ſcientiam illuſtrem, celebremq; reddidiſſe? ut ueriſsimum id ego GALENI noſtri, ſi quid aliud, exiſtimem, huius inuentionem, cultum, ac propagationem Diis primùm, Deorumq; filijs, & ſi qui ſint illis quàm ſimilimi, eſſe in totũ adſcribendam. Omitto poſterioris ſeculi famæ, & excellentiæ nomine uulgatos Medicos, Pythagoram, Democritũ, Chryſippum, Apollonium, Menandrũ, Empedoclem, Platonem, Ariſtotelem, Diuinum unum tantùm, nec ſine multa honoris præfatione, nominandum HIPPOCRATEM recẽſebo, ſummumq; illius, ac fidelem interpretem magnum GALENVM: quorum alter diuino numine plenus in terras medicinæ ſemina fecit, alter iacta ita excoluit, ut quaſi in optimum fundum, lætumq; ſolum demiſſa plenis doctrinæ

ſuæ

ſuæ fluminibus, puriſq; fontibus irrigarit. Hic certe ipſam illam abſolutæ medicinæ ſpeciem quam uix inueniri poſſe Hippocrates affirmauit, & in nullo ſe unquam uidiſſe teſtatur, medicorũ omnium unus expreſsit. Quamobrẽ & cum uiueret, regnare in medicina dictus eſt, & poſt mortẽ ad hodiernum diem ſic apud omnes gentes illius nomen uiget, ſic in dies augeſcit, ut nulla id unquã obliuio obſcuratura, nulla eius laudibus adlatura finem ęternitas uideatur: ut cuius nimirum ſcriptis, & monumentis, ne cogitari quidem maiora, ornatiora, plenioraq; poſsint. Quæ quum ita ſint, in hanc ſe curam, & cogitationem digniſsimam ſuæ uirtutis dare medicinæ ſtudioſos oportet, ut in toto medicinę curſu hunc ſibi ducẽ, ac principem quem ſequantur, certo iudicio deligant, cui ſe formandos dent, & in cuius unius lectione bonæ frugis pleniſsima neruos animi, & ingenij omnes intendant: quum is ſe plurimum in re medica profeciſſe ſciat (quod de Cicerone in oratorijs dictum eſt) cui Galenus ualde placuerit. Eos uero qui ceu milites quidam, duces hos, & anteſignanos ſunt ſecuti, ſi dicere pergam, & me dies deficiet, nec mille ad id ſuffecerint actiones. Hoc abunde magnum ſit artis teſtimonium, hæc ſumma laus, Deo eſſe genitam, Diſs cultam, ornatam, amplificatam. Iam uero ſi eam cæteris præſtare omnibus diſciplinam creditum eſt, quæ una cæteras omnis uaria rerum cognitione, & experientia uincit, cuinam alteri, quàm præſtantiſsimæ huic medendi diſciplinæ palmam hanc tribuemus? ut quæ nimirum tota in abditiſsimarum quarumque rerum inquiſitione, inuentione, & uſu ſit poſita? Prima rerum elementa, quibus omnia conſtant, ipſa exactè inquirit, miſtorum ex his naturam contemplatur, effectiones cognoſcit, uirtutes, & potentias meditatur, terræ naſcentium omnium ſpecies, formas, diſcrimina, qualitates, naturam, uim omnem acutè expendit: per prata ſegetes, areas, campos, uineas, hortos, ceu omniũ domina, liberè, ſummaq; cum uoluptate multo certe mortalium fructu diues opum incedit: montium iuga, collium flexus, planitiem omnem luſtrat, opaca, lucos ipſa etiam terræ, mariſq; uiſcera omnia. Auri, argentiq;, cæterorumq; metallorũ fodinas humano præſidia generi quæſitura ingreditur. Maris diuitias una probè cognoſcit, & continet omnes: Piſcium omnium

©BIUM

naturam, uires, alimoniam, medicam poteſtatem. Nec eo contenta, ac ueluti altius caput attollens, aëra peruadit, & quæ in eo accidunt conſtitutiones, aliæq; ex alijs mutationes, recondita quadam ratione perſcrutatur. ſi quidem nubium, nimborum, niuis, grandinis, fulgurum, tonitruumq;, & cometarum rationem omnem, & quid in homine efficiant, pulchrè nouit. Rurſus uentorum quacunq; ſpirantium & uires, & naturam quàm exactiſsimè tenet: quid rigidus Boreas, quid grauis Auſter, quid mitis Zephyrus, quid imbrifer Cæſias commodi, aut mali ſecum afferant. Magna certe ſunt hæc, uiri præſtantiſsimi, maiora audietis. una ipſa uel ſola cœlorum, aſtrorum, ſyderum motus omnes, concurſus, poteſtates, defectiones quàm dici poteſt pleniſsimè contemplatur, & quaſi naturæ illi ſummæ à conſilijs ſtetiſſet, harum rerum cognitione diuinum opus hominem mira quadam prouidentia regit, ac moderatur: ut cuius unius plenam diuini numinis ſtructuram ita nouit (quod & ipſum nouiſſe abunde magnam, & admirabilem illi commendationem adferret) ut prorſus in pangendo, & conſtituendo homine partes ſuas egiſſe medicina uideatur. Quis non igitur eam, quæ tanta rerum notione conſtet, ſummis in cœlum laudibus efferat, eam prędicet, ac ueneretur, & pro meritis cæterarum omnium reginam ſtatuat? Quid? an non & earum artium, atq; diſciplinarum omnium, quæ ut ſunt, ita liberales uocantur, abſolutum orbem una uel ſola continet medicina? Grammaticen, ut artis dogmata intelligere, & cum poſtularit uſus, eloqui poſsit: Rhetoricen, ut ægris ſalutaria perſuadere, à noxijs dehortari, & in ſuam ſæpenumero repugnantem ægri ſententiam pertrahere nullo negotio queat: Geometriam, Arithmeticen, Muſicen, ut corporis dimenſus, pulſuum muſicos pedes (quod Herophilus omnium primus feciſſe traditur) ut dierum denicq; iudicialium, morborum initia, progreſſus, ſtatus, inclinationes, & ratione metiri, & arte dinumerare ſciat? Naturalis inſuper contemplationis quid non ſacra hæc continet diſciplina? ut à qua, docente Galeno, & bonus incipiat medicus, & ſine ea bonus haberi nullo pacto poſsit. Sed quid uno tandem medico in diſputando acutius, neruoſius, cautius? nihil certe: ut qui, uel Galeni teſtimonio, Dialectices omnis methodũ,

rationemq;

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 396 sur 428

rationemq; teneat. Aſtronomia poſtremo ornari ob id maxime medicinam oportet, ut certis ſyderum curſibus adnotatis, & aëris uarias, quæ ab his fiunt, conſtitutiones, diſtinguere, & tempeſtatum impetus uitare, & morborum naturam prædicere, atque in tempore ſalutaria poſsit præbere medicamenta alioqui noxia futura. Quis nudam igitur ac non potius longa ſororum ſerie comitatam, & ornatã medendi diſciplinam dicere audeat? Artis dignitatem, & excellentiam uidimus, uſum & neceſsitatem paulò intentius contemplemur. Etenim, Si corporum noſtrorũ, & tranquillitatis uitæ (quę ſine ſecũda ualetudine, ut diuinus ait HIPPOCRATES, cõtingere nemini cuiquam poteſt) rationem habere uolumus, fatebimur ſanè Medendi ſcientiam unam omnium principem mortalibus uel in primis neceſſariam eſſe, ut cuius unius beneficio humanum genus mille uitiatæ, & in perniciem ſui abeuntis naturæ morborum generibus, ceu agminibus quibuſdam, oppreſſum, expoſitum, circunſeptum, morti denique ipſi duriſsimæ ſubditum, ſalubre, firmumque ſeruari, & quoad homini maxime licet, uitæ prorogatione felix, ac beatum conſtare poſsit. Quiſquis igitur hæc præſtare poterit, an hominem eſſe, an tutelarem potius quendam deum, præſensq; numen quoddam cenſebimus? Quippe ſi dare uitam propriũ dei munus eſt, certe datam tueri, ſalubrem conſtituere, à morborum iniurijs uindicare, quàm longiſsime proferre, ac iam abeuntem ſiſtere (quæ omnia ſua arte præſtat & efficit medicus) Deo proximum, ac quippiam maius quàm præſtari homini ab homine poſsit, confiteri oportebit. Quamobrem ſi ex uero rem propius, non ex uulgi opinione æſtimare liceat, medicos ego uiros qui ſeruandæ hominum ualetudini, propulſandisq; morbis, quibus uel ab ineũte ætate obnoxij ſumus, animi neruos intẽdunt, ſtudiumq; omne collocant ſuum, iure optimo rerum publicarum ſeruatores, patriæ patres, ſalutis humanæ, ſecundum Deum, autores, morborum uindices nuncupandos habendosq; cenſeo. Quod ne fide carere ſua exiſtimari poſsit, muneris eorum magnitudinẽ uſumq; expendenti exploratius fiet. Nempè conſules, ſenatores, milites, rerumq; publicarũ rectores haud alio ſanè nomine prodeſſe cenſemus, quàm quòd bona cuiq; ſua ſeruent, quòd iniuriam,

©BIUM

iuriam,& uim nemini inferri ſinant, quòd hoſtes procul arceant (præclara quidem & ſummorum uirorum munia) ſed quæ niſi ſalubritate corporis, & robore ualeas, obire rectè nõ poſsis. Valere autẽ nemo poteſt,ni medicorũ arte,opera, conſilioq; ſalutari iuuetur. Itaq; ſi his debemus,qui rem noſtram,uxores,cognatos,familiam,opes,diuitias uel accurate cuſtodiunt, uel adempta reſtituí curant, quantum Medico debeamus, cuius ſaluberrima opera & uita, & ualetudo ſeruetur,propter quam ſcilicet uel conſtituendam,uel proferendam,ſuperiora illa munia omnia inuenta ſunt,& excogitata, iam plane uidetis. Iure igitur ſuo excellẽtiſsimus Poëtarum Homerus Medicum uirum,unum alijs multis dignitate,officijq; præſtantia præferẽdum exiſtimauit, ἰατρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων,hoc eſt,Medicus uir multis præſtat alijs.& merito quidem. Nam ſi ducem exercitus eum unum omniũ maxime laudandum probatiſsimi quiq; iudicant,qui prouidentia,& conſilio,& ſumma militaris diſciplinæ cognitione, & uſu,exercitum omnem ab hoſtium incurſionibus, à fame, & ferro,ab itinerum anguſtijs, à proditorum dolis, à morte denique ipſa,incolumem domum uictor reduxerit, an non uitæ ducẽ, & ualetudinis noſtræ Medicum, ſummis in cœlum laudibus efferemus,unũ admirabimur,& extollemus? ut qui unus pro multis,ac pro omnibus potius in tãto hoſtiũ agmine poſitis certet,laboret,aduerſusq; tot morborũ confertiſsima manu irruentium centurias,myriadasq; unus ſtet, & caſtra faciat, innumeris ad id excogitatis præſidijs,quo & caſtra munire, & hoſti ſe opponere,& uictoriam parere ſumma cum laude ac gloria poſsit? Nam ætatum omnium rationem omnem ſi paulò preſsius expendamus,inueniemus certe ab ipſo primo uitæ ingreſſu,primisq; uagitibus ad extrema uſq; limina uitæ morbis nos ut multiſsimis ſic ſanè perniciоſiſsimis,& exitialibus tẽtari,opprimi, miſereq; torqueri.Si quidem paruis, & uixdum natis (quod diuinus noſter teſtatur Hippocrates) aphthæ, uomitus,uigiliæ, tuſſes, pauores,umbilici inflammationes, aurium putredines euenire ſolent:dentire incipientibus gingiuarum prurigines,febres, cõuulſiones,aluí profluuia:progrediẽtibus,tonſillæ,aſthmata,calculi,ſtrumæ,tubercula multa:Grandioribus autem ſanguinis eruptiones,ſatyriaſes, lumbrici, febres:Adoleſcentibus

bus tabes,comitiales,acutæ febres: Viris iam factis laterales morbi,peripneumoniæ,lethargi, inſaniæ, ardores, choleræ, difficultates inteſtinorum,& leuitates,demum mariſcæ: Senibus,& ad mortem properantibus deſtillationes, ſtrangu-riæ, articulorum dolores,renum & uiſcerum obſtructiones, uertigines, apoplexiæ, mali habitus, ſenſuum & uirium omnium defectiones. At ijs omnibus immaniſsimis feris,truculentiſsimis hoſtibus arte,labore,conſilio, opera ac nonnũquam ſui quoq; capitis periculo certis,paratiſq; auxilijs ſuccurrit Medicus,manum exhibẽs ſalutarem: fortiterq; dimicans,hoſtes de ſtatione mouet, ipſum ſibi tandem hominem reſtituens,à morteq; uindicans. Quæ cum omnia præſtet, & efficiat medicus, nihil ego ex omnibus humanis rebus ad deorum propius poteſtatem accedere arbitror, quàm medica uirtute excellere,artiſq; præſtantia unum inter omnes inueniri,qui & aduentantibus morbis proſpicere,& præſentes depellere, & labanti iam naturæ præſenti manu ſuccurrere, & morienti adeſſe,& abeuntem iam ſpiritum ſiſtere,& naturæ repugnantia in conſenſionem quaſi quandam adducere, & conſentientia confirmare artis præſidio poſsit. Hæc ea nimirum ſunt quæ nõ fieri humana ui, ſed diuinum eſſe quiddam homines arbitrentur. Decretos uero medicis honores, & præmia ſi recenſere cœpero,non uideo id me ulla uel,longiſsima oratione explicare commode poſſe. Quæ quãquam uobis exploratiſsima eſſe puto,ex multis tamen pauca attingam: idq; tantùm dicam, nulli alteri diſciplinæ,nullis alteris profeſſoribus quibuſcunq;, ne ſenatoribus quidem Romanis,ut Plinius tradit, tam magnos quàm medicis decretos olim honores,tam ingentia in laudem & merita artis fuiſſe præmia conſtituta. Siquidem Hippocrati Abderas curandi Democriti cauſſa proficiſcẽti,uniuerſa ciuitas,populus cunctus,pueri,ſenes,innuptæq; puellæ obuiam proceſſerunt, illumq; ſummis,& honoratiſsimis titulis proſequẽtes Iouem, Seruatorẽ,patriæ patrem appellabant: cui & ipſi is ab Athenienſium ſenatu honos habitus, ut ob ſeruatam à truculentiſsima peſte Græciam omnem ſenatuſconſulto decreti ludi, myſteria,ſacraq; fuerint,inq; accepti beneficij memoriam aurea corona regium plane inſigne,dono miſſa. Quid Eraſiſtratum Ariſtotelis filia genitum, cui ob Antiochum regem ſa-

natum,

©BIUM

natum,centum fuiſſe aurea numerata talenta,hoc eſt,noſtrorum nummûm aureorum milia ſexaginta legimus:Galenus certe ob unam Boetij Seuerini uiri conſularis uxorem morbo regio liberatam quadringentos ſe aureos nummos mercedis loco accepiſſe teſtatur. Sed quid tam longinqua proſequor?Q.Stertinius ſummus in re medica Romæ olim habitus,duodena milia & quingentos aureos nummos à Cæſaribus accepit, cum priuato quæſtu dena quina milia in annos ſingulos indicatis etiam domibus cogere ſoleret. Carpentanos ,Arũtios,Albutios,mediocres tum habitos ſex milibus quemq; ducentis & quinquaginta donatos fuiſſe ſcribit Plinius.Omitto domeſtica,& noſtri ſeculi clariſsimis monumẽtis confirmata exempla: quæ quoniam & uobis perſpectiſsima ſunt,atq; explorata,& longiorem moram deſiderant,ſilentio prętcribo.Quum igitur & origine,& progreſſu,diuinam eſſe noſtram hanc medendi diſciplinam ipſo orationis circuitu monſtrauerimus,eademq; rerũ omnium cognitione admirabilem, operum uarietate ac magnitudine excellẽtem, uſu neceſſariam,hominibus ſalutarẽ,honoribus , & præmijs illuſtrem: Si denicq; Medicum uitæ,& ualetudinis noſtræ ducem,& moderatorem, quidni huic uni præ cæteris ſuus eſſe in ciuitate debeat locus,eicq; quàm cumulatiſſimus honos haberi?Sit igitur ſanctum apud uos, & uenerandum hoc Medici nomen,quod nulla unquam barbaria uiolauit, & omnis ſemper hominum natio,quà patet orbis , omnis gens honeſtauit,ſemperq; plurimi fecit,Illis uos,ueſtramq; uitam,& ualetudinem concredite,eorum conſilijs aures , animosq; obſequentes præbete:præſcripta ab ipſis,tanquam deorum manus(ſic enim uocanda ſuo ſanè merito,ſuaq; dignitate omnis antiquitas cenſuit)& ueluti præſentia quædam uitæ,& ualetudinis ueſtræ præſidia,fidẽti animo ſumite, medicinæ leges tenete,& eas ne negligite. Nam miſerũ certe eſt morbis tam multis,tam grauibus premi: miſerius incuria , & ſuæ ſalutis neglectu. Acerbum eſt à malis circunueniri:acerbius cũ poſſis uitare,nolle. Calamitoſum eſt uitæ,& ualetudinis(rei utique iucundiſsimæ)fructu priuari: calamitoſius , conſulenti, rectaq; monenti non credere.Funeſtum eſt cum minime putes,in ipſo ætatis flore rapi: funeſtius artis contemptu. Itaq; uiri præſtãtiſsimi, uosq; in primis reipublicæ moderatores,

ac Con

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 400 sur 428

ac Conſules uigilantiſsimi,in hoc uos incumbere totos maximè uolo, & hortor, ut quos in ueſtra hac ciuitate florentiſsima Medicos,ut multos, ſic & bene doctos habetis, eoſdem & propoſitis pręmijs ad ueſtram hanc ciuitatem ornandam excitetis,& honoribus quàm cumulatiſsimè augeatis: ſic enim & uobis ueſtri officij ratio conſtabit, & Medicis ſua erit per uos dignitas reſtituta.Habetis(quod uobis gratulari maxime omnes poſsint) & cœli clementia, & ſoli fœcunditate beatam modis omnibus Ciuitatem, murorum & turrium magnitudine,atque ornatu inſignem, Ponte & flumine admirandam,Rupe, & arce munitiſsima ualidam, Domibus, & ædificijs conſpicuam, Opibus, & rerum affluentia diuitem,Ciuibus,& multis,& honoratiſsimis claram,Inſigni gymnaſio celebrem, Multorum, & præſtantium in omni uirtutum,& diſciplinarum genere uirorum copia felicem,probeq; inſtructã : quid ſupereſſe aliud uidetur, quàm ut pro ueſtri, ut antea dixi,officij, atq; muneris ratione hos omnes, urbemq; ueſtram quàm florentiſsimam, & maxime ornatam eſſe uelitis, ut bonorum ingeniorum prouentu, quàm portorijs ueſtris,& facultatibus ditiores, & ornatiores haberi in primis honeſtum ducatis? Hæc habui patres de re propoſita quæ ex hoc loco, ſpectantibus, & audientibus uobis,dicenda propoſueram, quæ ſi à me pro rei ipſius magnitudine,pro ueſtrum omnium dignitate dicta ſunt,dixi ut uolui,ſin minus,ut potui. Atque hoc interim pro gratia, quam me uobis hodie uel cumulatiſsimam debere confiteor,habetote,me nulla uobis oratione ſatis magnas gratias agere poſſe,qui uix minimas habere queam, ipſa nimirum beneficij magnitudine à uobis hodie ſuperatus: niſi tum forte abundè magnam uobis à me gratiam relatam putetis, quum rem medicam omnem, illiusq; ſtudioſos, officio, opera mea,atque in primis publico docendi munere adiuuabo.

Dixi.

FINIS.

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 401 sur 428

INDEX ALPHABETICVS EORVM QVAE IN TOTO OPERE NOTATV DIGNIORA HABENTVR.

Abortus 271
Abortus cauſſæ 273
Abolita appetentia 226
Abolitæ appetentiæ cauſſæ 229
Abſceßuum omnium origo 99
Abſciſſa à conuulſione lingua 57
Abſoluta cernendi facultas 189
Actio quid 21. 119. 127.
Actio quibus conſtet 130
Actionis & pathematis diſcrimen 127
Actionis uitium ſemper facultati adſcribi debere 256
Actioni neceſſaria 25
Actiones omnes in nobis quo pacto naturales dici poßint 21
Actiones, facultatum effectus ſunt 256
Actiones practicæ quæ 377
Actionum perfectio 21
Actionibus practicis quod inſtrumentum idoneum magis 377
Acrimoniæ lotij cauſſæ 366
Accretio & decretio apud Ariſtotelem 63
Accretio quomodo fiat ibidem
Acidi, & acetoſi, & acerbi diſcrimen 211
Acidus ructus & nidoroſus 319.322
Ad actionem requiſita 83
Adſtrictio uteri tẽpore geſtationis 273
Adhærere quæ dicantur 374
Ad nutritionem neceſſaria ibidem
Aër dimotus & agitatus cur frigidior 81
Aër 353
Aegrotatio quid 22
Aeſtate cur amplior pfluat ſudor 167
Affatim 210.211
Affectus unde ducatur 118
Affectus 119
Affectus à læſa particula interdum dici 237
Affectata oratio 118
Affici 119
Agens omne in agendo pati 344
Agens omne, quod cum eo quod patitur, eãdem materiam habet, agendo patitur: quod eandẽ non habet, non patitur ibidem
Agrippæ unde dicti 273
Alexander Benedictus 174
Alimentorum uis in alterandis corporibus 342
Alimenti proprium 344
Alopecia 151
Alphi 341
Αλφὸς 43.341
Altum dormire quando dicamur 239
Amari & acris differentia 212
Ambuſtio 43.80.
Ambuſtionis curatio 82
Ametria 31
Amentes ſeu dementes 313
Amygdalæ in Apulia optimæ 343
Amnis in Cæphalonia, in cuius altero latere cicadæ multæ, in altero nullæ 343
Amphora 346
A multa uacuatione, item & modica quæ ſequantur 380
Ἀνάκρουσις 165
Anacreon poëta acino uuæ paſſæ ſtrãgulatus

gulatus 293
Ἀναξήμασις 165
Anaſarca 325.339
Anaſarcæ cauſſa 339
An flatus & fluctuatio, debilis cõprehenſionis ſint cauſſa, an ſecus 328
Anima quid 60
Animam dormientium non omnino ab operatione ceſſare 240
Animæ eſſentia Galeno incognita 301
Animæ conſtitutio ſecundum Platonem 300
Animæ cognitio parum medico utilis 301
Animæ definitio ſecundum Chryſippum, & eius confutatio ibidem
Animæ dignitas & excellentia 302
Animi motus 299
Animi motiones ex quibus deprehendas 304
Animalis facultas nõnihil per ſomnum operatur 240
Animalis propria eſſentia, item & definitio quæ 281
Animalia pathemata quæ ſint 303
Animantia pabuli uarietate mutari ex Ariſtotelis ſententia 343
Animantia quæ locis calidioribus, quæ frigidioribus proueniant 343
Animantium à loco uarietas ibidem
Animantium ex contuitu ad unum ali quid uarietas 344
Ἀνθρακῶσις 30
Antiquorum placita candide magis, quàm ſeuerè interpretanda 296
Antiquorum placita ad calumniã non pertrahenda 297
Ἀνωνυμίαι 316
Appetentia quid 227
Appetentia abolita, depranata, & imbecilla 226
Appetentia quibus modis uitietur 229
Appetentiæ neceſſitas 226
Appetentiæ abolitæ cauſſæ 229
Appetitionis coordinati motus 228
Apertionis uaſorum cauſſæ 350
Apnœa 223
Appoſitio & adhæſio 374
Apoplexia 247.255
Apoplexiæ definitio 248
Apoplecticis, & comitialibus quid accidat 44
A' potu frigido cur ſudor oriatur 168
Apri Aetruſci optimi 343
A' quibus cauſsis membrorum operationes prohibeantur, & à quibus impediantur 50
Aqua intercus 150
Aqua ad matellam 366
Arborum fructus omnes à principio acerbos eſſe 211
A' rei eſſentia exordiendum eſſe ijs qui cum demonſtratione quippiam ſunt dicturi 280
Arietes Piſtorienſes 343
Ariſtoteles & Galenus in cauſsis rigoris aſsignandis uarij 293
Ariſtotelis in dialecticis & naturalibus progreſſus qualis 19
Ariſtotelis de ſomno opinio 244
Ariſtotelis ad Galenum reſponſa 245
Ariſtotelis de anima opinio 301
Arteriæ ob id replentur ſpiritu quia diſtenduntur, non contrà 267
Arteriæ an à ſeipſis an ab alio moueantur 268
Arteriarum pulſus utilitas 262.266
Arteriarum motum non à ſeipſis ſed à corde eſſe 268
Arterias in uehementibus cordis pathematis non pulſare 268
Aſperitatis & leuitatis cauſſæ 115
Aſpera uox auditui inimicißima 219
Aſcitis cauſſa 339
Aßimilatio 340
Aßidua deiectio 353

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 403 sur 428

©BIUM

Aſclepiades in meatuum genere ſanitatem & morbum reponebat 24
Athenæus 271
A' tota ſubſtantia aliena 164
Atra bilis quando rigorem faciat 298
Atra bilis in quartana quomodo ex calido, frigidoq; mixta dicatur ibid.
Atræ bilis & melancholici ſucci differentia 360
Atrophia 64.150
Atrophiæ cauſſæ 157.346
Attenti fortibus imaginationibus delata ſub oculos non uidemus 240
Attractricis & alteratricis potentiæ ſymptomata 152.153
Attractricis potentiæ munus 332
Auditus quid 218
Auditus à quibus fatigari ſoleat 219
Auditui quæ uox iucundiſſima, quæ item moleſtiſſima 219
Auerrois progreſſus in ſuo Colliget, & cur id ei nomen inditum 19
Auicenna erroris arguitur de oris tortura 108
Auicennæ in ſuo canone progreſſus qualis 19
Auicennæ de rigore lapſus 295
Aures unde dictæ 195
Aures cordis 267
Aurium ſymptomata 195
Autores de eadem re interdum uaria ſcribere: & cur id fiat 29
Axioma quid 20
Axioma medicum 96

B

BAttipota 201
BBoni interpretis munus 170
Boreas oculos mordicat 209
Boreæ flatus fluxiones excitat 381
Boues Inſubres optimi 343
Βυβωνοκήλη 114
Βράγχος 382
Bradypepſia 316
Bulimus 235
Bulimus quando fiat 237
Bulimus quibus eueniat ibidem
Bulimi cauſſæ ibidem

C

CAeſar unde primum dictus 273
Caliditas, & frigiditas omnium qualitatum efficaciſſimæ 208
Caliditas qualitatum omnium efficaciſſima, & cur 371
Calidi & frigidi effectus 211
Calidum & frigidum quo pacto dolorem inferant 208
Calor natiuus quid 301
Calor natiuus facultatum omnium uehiculum 189
Calor ad flatus generationem quælis 354
Calor & frigus quomodo defluxionẽ pariant 380
Caluitium 151
Cancri cauſſa 338
Canina appetentia 228
Canina appetentia cur ſic dicta 229
Caninæ appetentiæ cauſſæ 229.230
Caninam appetentiam meri potio ſoluit 229
Caput cur factum 171
Carbo quid 55
Carbones, ulcus & intemperies comitari ſolet 71
Cardiacus affectus 167
Cardiaca ſyncopa 224
Cardialgia 237.367
Caries 115
Carnis uariæ ſpecies 26
Carnẽ, ſanguini ex quo gignitur quadantenus ſimilem eſſe oportere 342
Caro in ulceribus quando ſupercreſcat 64
Κάρφος 147
Caſtaneæ ex Clauonia optimæ 343
Κατάῤῥυσις 382

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 404 sur 428

Cauſſa morbi inſtrumentariarum partium 47
Cauſſa coniuncta an detur ſecundum Galenum 85
Cauſſa 125.128.129.
Cauſſa præcedens 129
Cauſſa continens dilatationis pupillæ 182
Cauſſa continens ſtuporis 202
Cauſſa mota quieſcente moleſtior, & cur id fiat 287
Cauſſæ ſuis effectibus natura priores iuxta Philoſophorum placita 85
Cauſſæ continentis definitio ex Galeno 182
Cauſſæ continentis ratio 202
Cauſſarum genera 84
Cauſſarum uaria genera 128.129
Cauſſarum imbecillæ uiſionis epilogus 194
Cauſſam effectricem ſolam ad curationem ſufficere 130
Cauſus ſerpens 235
Cauſus quando fiat 289
Cauitatum deprauationes 110
Cerebrum an continui ſolutionem pati poßit 172
Cerebri uulnera non ſemper lethalia 172
Ceratoidis affectus 191
Ceruleus color unde fiat, & unde dictus 215
Cerebrum ut quid factum 238
Cerebrum illatiua ſomni cauſſa 244
Cerebrum per ſternutamenta purgari 278
Cerebrum thoraci ſpiritum animalem mittere 280
Cerebrum cur defluxionis omnis communis cauſſa 381
Cibi in uniuerſum corpus digeſtio mira prouidentia conſtituta 335
Cibus quid à corpore patiatur 345
Cicadæ ubi multæ & ubi nullæ 343
Citra morbus 220.130
Cita deiectio 350
Citæ deiectionis cauſſæ 351
Cytiſus herba lac ruminantibus auget 342
Chilon gaudio expirauit 306
Clauſionis, ſeu Obductionis meatuum cauſſæ 31
Clyſteres uomitione reiecti 332
Coaleſcere meatus & obſtrui, diuerſa eſſe 53
Cœli intuitum oculos iuuare 215
Cœliaca affectio 155
Cogitationis noxa 143
Cogitatiuam facultatẽ, ratiocinatricem Galeno eſſe, Ariſtoteli ſecus 143
Cogitatiua ſemper in actu 240
Cogitatiuæ facultatis uis efficax 240
Colliſi lapides cur ſeipſis calidiores fiant, & ignem mittant 79
Colliſio 115
Color peculiare uiſus obiectum 192
Color quid indicet 160.163
Colorum in corpore uiciſsitudo 192
Colorum uiciſsitudo quid indicet 192
Collatio uentriculi ad terram 227
Columnella 59
Columbæ Interamnenſes optimæ 343
Comitialis 247
Comici de uerecundia elegans dictum 305
Cõpoſitionis morborũ uarij modi 71
Compoſiti morbi 75
Compoſitorum morborum compoſitæ cauſſæ 96
Comparatio prouidentiæ naturæ ad conditorem ciuitatis 272
Commotio quid 66
Conceptus 231.232
Conficiendi cibi quanta cura habenda 150
Conciliatoris lapſus 209

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 405 sur 428

©BIUM

Conceptionis organa cur animalibus data 272
Concoctio quid 153.155.316.318.335
Concoqui quæ uerè ſoleant 222
Concoctionis proprium ſignificatum, & communius item 222
Concocta quæ Hippocrati dicantur 222
Concoctionem quibus moliamur 222
Concoctio per ſomnum melior 242
Concoctricis facultatis ad ignis ſcintillulam comparatio 242
Concoctionis ſymptomata 316
Concoctionem interturbare quæ poſſunt 319
Concoctiones ſeſe inuicem emendare non poſſunt 322
Concoctrici facultati quæ aliæ famulentur 327
Concoctionis nomen 350
Conſtipatio quando fiat 41
Conſtipatio frigidorum morborũ cauſſa 93
Conſtipationis cauſſæ 94
Conſuetudo & uſus perſpicuitatẽ addunt 126
Conſenſus uentriculi ad cor & cerebrum 236
Conſuetudo eſt adſciticia quædam natura 187
Contrariorum eandem eſſe diſciplinam 21
Contraria ſemper ſub eodẽ genere 22
Contrariorum contraria remedia 74
Contraria idem in eodem interdum efficere 89
Contrariorum contraria auxilia 223
Contra Alexandrum Trallianum de bulimi cauſis 237
Contrariorum lex quæ 290
Contrarias cauſſas idem efficere poſſe, quomodo accipiendum 293
Contentio ſpiritus tuſsim à frigiditate ſola natam ſanare poteſt 280
Conuulſio 67.115.247.249.
Conuulſionis duo genera 248
Conuulſionis definitio 258
Conuulſio muſculis quid faciat 259
Cõuulſio deprauati motus germẽ 260
Conuulſio muſculorum propria 329
Copioſum deterius in uentre confici 319
Copioſi ſudoris cauſſæ 368
Corporis extrema ut quid à frigore malè afficiantur 44
Corruptus Dioſcoridis de dipſade locus 235
Corporis inſtrumenta per ſomnum occupata eſſe 240
Coram magiſtratu agere tremorem parit 263
Corporum naturæ ex quibus conſtent 301
Κόρυσα 382
Craſſa albuginei ſubſtantia quid faciat 185
Craſſus natura cibus leuiorem, an contrà præcedere debeat 320
Criſis quid 357
Criſes quorum ſint morborum propriæ 357
Cryſtalloidis mutatio quid faciat 173
Crudis ſuccis qui abundant, quieti nihil patiuntur: moti irritantur 286
Crudi humores quiete concoquuntur 286
Cruditas quid 149.316
Cruditas exacta 316
Cruditatis omnis cauſſæ 317
Cruditatis certiſsima cauſſa 319
Cruditatum in uaſis dignotio 322
Cruditatis noxa quanta 193
Cruditas quarum partium pathema 194
Cruentorum excrementorum differentiæ quatuor 362

Cruenta

Cruenta excrementa quæ 362
Cutis partium omnium imbecillima 100
Cur à morbo resurgentium cutis aspe=rior reddatur 111
Cur rebus imposita nomina 126
Cur interdum simpla, dupla appa=reant 173
Cur intentius qui uident alterum ocu=lum claudunt, uel opacum quid ocu=lis obtendunt 186
Cur proximius posita interdum minus uideantur 186
Cur uisa fenestrata quandoque appa=reant 187
Cur uino madentibus uisa appareant 188
Cur percunte motu seruetur nonnun=quam in parte sensus 205
Cuius caussa fit sanitas, eiusdem uitio fit morbus 206
Cur albo quàm nigro potius lædamur 216
Cur à solis splendore breuissimo tem=pore afficiamur, non sic uero à te=nebris 216
Cur per æstatem appetentia deiecta: per hyemem nulla 230
Cur uehementissimi oris uentriculi af=fectus 235
Cur nonnulli altum dormiẽtes uigilan tium opera exerceant 239
Cur sæpe uoluntarias actiones nõ per=cipiamus 240
Cur quum per somnum interdum mo=ueamur minime tamen sentimus 241
Cur per acutissimas febres doleamus 282
Cur in tertiana febri rigor uehemen=tior 289
Cur & in calidam descendentibus, & frigido aëri expositis rigere contin gat 293
Cur à uehementi rigore ductior calor & tandem sudor in febribus sequa=tur 294
Cur à frigido humore rigor fieri non possit 295
Cur interdum in quartanis uehemen=tes fiant rigores 298
Cur in uerecundia primum palleamus, mox erubescamus 305
Cur ob timorem nonnulli repentina morte sublati 305
Cur nimium perfrigerati secundũ uen=trem singultum patiantur 330
Cur qui piper affatim ingesserunt sin=gultu tententur 330
Cur in utiligine immutata appareat caro Cubic. 100. 341
Cutis uitia unde 346
Cur in leuitate intestinorum & chole=ra morbo partes tabescant 346
Cur extremæ animi constitutiones gi=gnendis flatibus ineptissimæ 355
Cur uere & autumno flatus gignan=tur, non æstate aut hyeme 356
Cur per inediam flatus plurimi & mur murilla in nobis excitentur 356
Cur atra bilis terram radat & bullas excitet 360
Cur atra bilis sanguine splẽdidior 361
Cur insigniter nigra splendeant 361
Cur lotio relicta uesica urinam redde=re non possimus 365
Cur in stranguria crebro & guttatim emittere urinam cogamur 366
Cur à potu frigido per æstatem sudor oriatur non item à calido 368
Cur per solem incedentes non sudemus in umbra mox ubi à motu cessaue=rimus 368
Cur in corporis affectibus non omnes ex æquo ipsius uires lædantur 184
Cur menstrua purgatio mulieribus da=ta 383

Cur

©BIUM

Cur ad cruditatem non ſemper eadem, ſed alia atque alia ſymptomata ſequantur 194

D

DE animæ eſſentia nequicquã pronunciare audet Galenus 348
De ea quæ in uenis fit coctione 325
De Sanitate & morbo duæ præcipuæ ſectæ 77
Declinationes exiguæ à natiuo temperamento, morbi non cenſentur 32
Defenſio ad Hermolaum 234
Defluxio in uentriculum quando maxime fiat 357
Deficientis numeri cauſſæ 122
Definitionis natura & poteſtas 18
Definitio unde dicta 18
Definitiua doctrina ad eorum quæ traduntur memoriam cæteris præſtantior 18
Delectationis cauſſa 210
Delectatio in coitu cur animalibus data 272
Delirium 147
Demonſtratiua doctrina certiſſima & ad docendum efficaciſſima 19
Demonſtratiua doctrina hanc de morbis tractationem Galenum tradidiſſe 19
Demonſtratio ex quibus conſtet 281
Demonſtrationis initia ab ijs ſumi debere quæ neceſſariò rebus inſunt 281
Dementia & Dementes 147
Deprauati motus 141.254
Deprauati principis facultatis motus qui dicantur 238
Deprauata fluxio quæ 384
Deſtillatio 382
Διαπνοὴ 165
Diabetes 165
Diabetis cauſſæ 366
Dicti Galeni de angustia & dilatatione pupillæ explicatio 181
Differentia bulimi & caninæ appetentiæ 237
Differentia rigoris à palpitatione & conuulſione 290
Difficilis apud Dioſcoriden locus 234
Difficilis tuſsis cauſſa 278
Diffidentia & confidentia quid faciant 305
Digeſtio quid 335
Digeſtio cuius facultatis munus ibid.
Digeſtionis nomen concoctioni non conuenire ibidem
Digeſtionis & concoctionis diſcrimen ibidem
Digreſsio qua docetur Galeni & Ariſtotelis conciliandi modus 246
Diodorus quidam dialecticus pudore de repente expirauit 306
Dionyſius tyrannus 180
Dionyſius Siciliæ tyrãnus gaudio ſublatus 306
Dipſacus 366
Dipſas uiperæ ſpecies 235
Dipſas 233
Diſcretiua facultas 164
Diſpnœa quid 107
Diſsipantia calidum innatum 94
Diſſuria 165.366
Diuidendi methodum omnium primus Plato tradidit 40
Diuidendi methodus quæ ibidem
Diuiſionis uis 135
Dolor quid 139.326
Dolor an ſentiatur 140
Dolor & delectatio quid 206
Dolor ſemper in motu eſt 209
Dolor ingens mortem affert 307
Dolor an poſsit eſſe morbus 209
Doloris ſymptomata 307
Dolorem quæ excitent 207.307
Dolorem in hecticis febribus non ſentiri 281

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 408 sur 428

Dolorum ſanationem tribus modis perfici 222
Druſiani lapſus 208

E

EBrietatis prouentus ex Plinio 90
Ebrijs cur omnia in gyrum uerti, & unum plura uideantur 188
Editio infantis 272
Elementa in ſeinuicem agere quid 35
Elementorum numerus ibidem
Elephas morbus 106
Elephas morbus ab animante 341
Elephantiaſis Græcorum & Arabum 107
Elephantiaſis quid 43
Elephantiaſis cauſſa 338
Elephantiaſin Græcorum eſſe Arabũ lepram 338.310
Eliquatio 366
Εμπροσθότονος 142
Εντόρρκηλη 66.113
Ευθλᾶσις 115
Ενδυναμία καὶ ἐνεργεία quid 301
Eodem quandoq; die bilim decretorie educi uomitu, ſudore, alui ductione 289
Epiginema quid 45
Επιγίνημα 118
Επιπλοκήλη 66.113
Επίπλοον 66
Epiſcopi Tullenſis affectus 82
Aequalis intemperies quid 281
Eryſipelas quid 55
Eryſipelas unde 42
Eryſipelas exquiſitum 70
Eryſipelas quid monſtret 338
Eruum animantibus lac auget 342
Errata in concoctionis functione 318
Errores unde naſci ſoleant 135
Ethmoidea oſſa 278
Ευχρησία quid 102
Exacta cruditas quæ 322
Exacta uiſio quid 186
Exactam uiſionem quæ perficiant 186
Exaſperare Galeno quid 211
Excellens omne ſenſibile ſenſum corrumpit 212
Excrementa & alieni humores quomodo concocta dicantur 222
Excremẽta nidoroſa & cruda in quibus abundent 310
Excrementa in uentriculo quid faciant 322
Excrementa ſanguinis quæ 337
Excrementa pro ſui natura uarij generis morbos creare 338
Excrementa naturalia 106
Excrementis ſanguinis quæ ſint à natura dicata membra 337
Excrementis ſanguini mixtis qui morbi ſequantur ibidem
Excrementum retentum quando roſionem & quando impletionem faciat 335
Excrementorum per inferiora deiectio 350
Excrementorum retentorũ cauſſa 337
Excreti ſanguinis cauſſæ 165
Excretionis ſanguinis cauſſæ 349
Excretionis uel retentionis immodicæ cauſſæ 381
Excretionem eſſe ſecundum naturam quid 168
Excretoria facultas quando ſuo munere impar 270
Excretoria facultas unde irritetur 346
Excretoriæ facultatis munus 270
Excretoriæ facultatis per morbos munus quod ſit ibidem
Excretoriæ facultatis actio quando depraeuetur 346
Excretorum & retentorum ſymptomata 163
Exẽplaris exercitationis efficacia 380
Exemplum Galeni aptiſſimum de onus deponente 373

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 409 sur 428

©BIUM

Exercitatio quæ in exemplis, omnium optima 78
Exercitata corpora cur ſeipſis calidiora fiant 79
Exhortatio ad ueri ſtudioſos 111
Exiccantes cibi 94
Exigua uox auditui iucundiſſima 219
Exiguas intemperantias & à iuſto modo declinationes uulgus imbecillitates uocat 32
Expoſitio aphoriſmi 46. quartæ ſectionis Hippocratis 298
Expoſitio illius aphoriſmi Hippocratis qui creſcunt 375
Expoſitio loci Galeni in arte medicinali calidiora corpora, &c. 376
Expoſitio illius aphoriſmi Hippocratis deiectiones non multitudine æſtimandæ 380
Expultricis facultatis opera prodire infantem 272
Expultricis facultatis opera quando ſenſum lateãt, quando minime 254
Expultricis ſymptomata & munus 154
Extentum manum habere functionis eſſe genus 260
Extremè imbecillum membrum quando dicatur 328
Exuſſlatio 276

F

FAbius uno pilo in lactis haustu ſtrangulatus 293
Facile eſt intellecta ueritate errorẽ deprehendere 247
Factus morbus 121
Factum eſſe ibidem
Factum pathos 123
Factum 127
Facultas animalis ut in neruos feratur 202
Facultas ſenſifica à primo cerebri uentre 239
Facultas ſenſibus unde 239
Facultas alteratrix quando per eſſentiam lædi dicatur 318
Facultas excretoria quando ad excernendum mouetur 368
Facultates corporis 251
Facultates actionum cauſſæ 256
Fames quid 226
Fames canina 225
Familaria magis exhibenda 320
Febris 42.43.80.81
Febris quando accendatur 93
Fœtor unde 163
Fœtus quid 232
Fœminæ proprium concipere 272
Ficus ubi meliores 343
Fiens morbus 121
Fieri 127
Flaccida corpora & infirma actionibus à uoluntate prodeuntibus parum idonea eſſe 372
Flamma uentilata amplius calefacit & cur id fiat 79
Flatuoſi natura cibi 328
Flatus 353.354
Fluctuatio 156.328
Fluxionum omnium cauſſæ 336
Folles fabrorũ eò implentur aëre quòd diſtenduntur, non contrà 267
Follium fabrorum ad arterias comparatio 267
Foraminis rhagoidis euerſio 174
Foraminis pupillæ permutatio quid faciat 176
Foratio 115
Formicans pulſus 161.162
Fortunæ graphica deſcriptio & natura 36
Fractura 67.115.
ad Fracturam requiſita 67
Fractura cur oſſibus conueniat ibid.
Frangi quæ dicantur ibidem
Frangibilium & friabilium differẽtia

tia ibidem
Frigida pectori inimica,& tusses mouentia 280
Frigidi effectus 368
Frigiditatẽ nulli usui esse naturæ 379
Frigidorum morborum causse 88
Frigidum uti & calidum mordax 283
Frigidum ulceribus mordax 208
Frigus quomodo famem suscitet 230
Fruges & fructus unde meliores deteriores ue fiant 342.343
Functiones trifariam lædi posse 322
Functionis caussa 325
Fungi & tubera qualia sint 320
Fuscus color unde,& quòd uisum defatigatum roboret 216
Futurus fieri morbus 122

G

GAlenus in hoc libro à simplicibus ad composita progreditur 19
Galenus in dipsade dubius 233
Galenus in Aristotelem de somno 243
Galeni de somno opinio 245
Γάγγλια quid 113
Galeni de somno rationes contra Aristotelem 245
Galeni colicus dolor 282
Galeni locus primo de locis affect. explicatur 370
Gallinæ Patauinæ optimæ 343
Gaudio nimio qui mortui 306
Genitura 232
Genitũ immortale fieri non posse 272
Georgius Agricola 346
Γνάθοι σταφυλῆς 253
Gonorrhœa 257
Gonorrhœa quãdo ad conuulsionem, quando ad resolutionem pertineat 257
Grauedo 381
Graue & leue ad aliquid 262
Grauia acturi negotia tremore tentantur 264
Grauis proprium 265
Græcam linguam uerborum dictionumq; Latina copiosiorem 125
Gulæ resolutio 332
Gurgulionis munus 49
Gustus symptomata 161

H

HAemodia 200
Hæmoragia 164
Hœdi Vmbri optimi 343
Hemina 346
Hepatica excrementa 359
Hepaticæ affectiones quæ 358
Hepatici ibidem
Hepatici morbi 160
Hepaticorum excrementorum uariæ differentiæ 359
Hepialæ febris natura 69
Hermolai laus 234
Hernia 66
Herpes quid 55
Herpes quid indicet 338
Hippocratem interdum de re eadem de industria diuersa scribere 70
Hippocundriaca melancholia 314
Historia mulieris quæ in Acie decumbebat,ex Hippocrate 29
Historia iuuenis in capite uulnerati, & persanati in Smyrna 172
Historia de uulnere ceratoidis curato 192
Historiæ notatu dignissimæ de mira attractoriæ facultatis ui 332
Hypospbagma quid 192
Homo ad imaginem Dei factus 302
Hominis erectus status qd indicet 303
Hominem arborem esse euersam 228
Horror 250
Horror à frigidis succis magis quàm rigor nasci solet 298
Humani corporis constructio 25
Humectantia tantùm somnifera dici 244

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 411 sur 428

©BIUM

Humiditas, qualitatum omnium imbecillima 371
Humoris albuginei utilitas 180
Humores quibus uijs expellantur 293
Humorum temperamenta 97

I

IAacob Israëlitici armenta cur maculosos peperer int fœtus 344
Idem corpus simul & calidum & frigidum euadere 96.97
Idem quandoq; contraria facere posse 180
Idem à contrarijs quandoq; fieri 381
Idem nerui affectus resolutionem & stuporem creat 204
Idoneum contrarium 221,223
Illisio 115
Imaginationis noxæ 143
Imaginationis uis 146
Imaginatiuæ sedes ibidem
Imbecillitas uulgo quid 46
Imbecillitatis omnis causſa ibidem
Impediri quid 318
In Auerroën 165
In Auicennam 213
In anasarca & elephante qualis apparet caro 341
In auditu, olfactu, & gustu maiorem quàm in oculis uoluptatem & dolorem sentiri 218
Indicium melioris concoctionis 242
Inæqualis intemperies quid 281
Inæqualis intemperies corpori non est familiaris 281
Inæqualis intemperies quando tussim excitet 281
Inæqualis intemperies uehemens illatiua doloris 282
Inæquales intemperies quo ab æquali bus distent 47
Inæqualis intemperaturæ ratio 281
Inæqualis intemperaturæ diuisio ibi.
Inæqualis intemperaturæ duo genera 47
Inæqualitas 282
Inæqualitas quæ morbos præcedit qualis sit motio 309
Infans quid 232
Infelices partus qui 273
Inflari meatus quid 53
Inflatio 136.356
Inhærens membrana cur funda dicta, & qualis sit 193
Inhærentis membranæ pathemata 193
In indoctos 84
In imperitos & quæstuarios medicos 296
In morborum decretorijs quæ contingant 102
In mulieres delicatulas inuectiua 104
In instrumentarijs partibus unam inesse simplicem quæ actionis præcipua causſa sit 47
Instrumenta quid 21
Instrumenta quibus excrementa uacuanus ab obstructione libera esse oportet 336
Instrumenti functio quando potissimum uitietur 47
Instrumentorum uarij ordines 38
Instrumentorum constitutio quid 21
Intellectus peculiare munus 18
Intellectus 146
Intemperies nuda, & cum affluxu 42. 280
Intemperies inæqualis, & cur sic dicta 96
In tempore expelli 166
Intempestiuus usus ciborum 318
Intempestiuus ciborum usus quando dicatur 319
Inter quæ consistant sanorum diff. 31
Intestina quomodo deorsum cibũ trudant 334
Intestina quomodo uentris onera pellant 334

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 412 sur 428

Intestinorum actio in pellendis excrementis homini maximè necessaria 335
Intestinorum à suo munere cessatio quid pariat 334
Insectilia corpuscula alterationis minime capacia 31
Ister Germaniæ fluuius 88
Insecta quomodo odorent 162
In somno animalis facultas quiescit, naturalis robustior redditur 242
In uoluptuarios homines 229
Inuoluntarij mictus causſa 256
In omni trãsmutatione necessaria 127
In palpitatione fieri motus paucos, tardos, & raros: in rigore multos, celeres, densos 168
In pedes procedere nascentem contra naturam 273
In pedes nasci cur ominosum 273
In ira calescere corpora & rubicundiora fieri 340
In uerecundia qui motus natiui caloris fiant 340
Ira quid 80.81.304
Ioannes Manardus 29
Ischuria 165.255.364
Iuglandes Tarentinæ optimæ 343
Iuuencæ Romanæ optimæ 343
Iuuenes in attrahẽdi facultate, retinendi, & expellendi pueros superant 375
Iuuenes dura facilius pueris conquere 375

L

Labores cibum præcedant 319
Lapsa corpora cur simuli egeant alimento 376
Lapsus purus & cum confluxu 97
Laruis pueros terreri 313
Lassitudo quid 80.81
Lassitudo & labor 282
Lassitudo tensiua, phlegmonosa, ulcerosa 285
Lassitudo phlegmonosa omnium periculosissima est 284
Lassitudinũ potissimæ differentiæ 284
Latitudo meatuum 41
Laxata tunica quando dicatur, item & tensa 179
Laxi tendones, tensi & abrupti quando 66
Laxitatis meatuum causſæ 110
Lædi quid 318
Lepra Græcorum & Arabum quid 43.310.
Λευκὴ 339
Leuitas intestinorum 325
Liber de medicis nominibus 45
Liber enarrationum medicinalium 361
Librorum de simplicibus utilitas 218
Lingua ut quid nobis data 210.211
Linguam gustus esse organum, & à quibus afficiatur 211
Linguæ symptomata 196
Lippitudo quid 72.73
Lobus quid 195
Locorum uarietas in ferendis fructibus & animantibus quid faciat 343
Lucanus de dipsade 234
Lugduni conditor 51
Luxata Græcis quomodo uocentur 52
Luxatio quid 52.68
Luxatio quibus partibus cõueniat 72
Luxationem quæ faciant 114

M

Magnitudinis & paruitatis membrorum causſæ 49
Malè bifariam dici 136
Mania quid & unde dicta, & quòd sit laruarum mater 314
Marcellus Virgilius 234
Mare cur cæruleum 215
Masculi proprium generare 272
Materia in perpetuo semper fluxu 63
Mathematicæ disciplinæ 19

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 413 sur 428

©BIUM

Mathymata cur dicta 19
Matricis partes, ceruix, & cornua 384
Meatus quid 24.31
Meatus à quibus impediantur 24
Meatus offendi à quibus contingat 53
Meatus animæ liberos perpetuò esse oportere 289
Medica herba lac ruminantibus extinguit 342
Medici consideratio qualis 81
Medici munus 130
Medicus quid dignoscendum assumat 302
Medij colores usum iuuant 215
Mediocritas naturæ familiaris 32
Melancholia 314
Melãcholiam, timor & mœstitia præcedere solent 315
Melãcholiæ & atræ bilis differẽtia 71
Melancholici succi à sanguine nigro differentia 361
Μῶλας 341
Μελικήρης 113
Melopepones è padi ostijs optimi 343
Membra ex semine 27
Mẽbranæ oculi quæ & quibus nominibus uocentur, & quæ munia 174
Membrorum præter naturam magnitudo unde 63
Memoriæ noxæ 144
Mens 146
Menses uomitione reiecti 332
Menses muliebres secundum naturam esse 347
Menses unde dicti 383
Mensium suppressorum, deficiẽtium, & immodicè fluentium causæ 384
Menstruam purgationem à muliebri fluxu differre 384
Methodus compositos morbos in instrumentis inueniendi 75
Methodus symptomatum causas inueniendi 387
Methodus cognoscẽdi morbificas causas 316
Methodus inueniendi symptomata sese necessariò consequentia 387
Methodus morbi communis inueniendi 39
Ministrantes facultates 149
Moderatio quid 23
Modici sudoris causæ 367
Monitio prægnantibus utilis 132
Monstrosi affectus curatio 333
Morbi instrumentarij unde 48
Morbi natura 58
Morbi cum confluxu & sine confluxu 69
Morbi calidi causæ 78
Morbi sicci & humidi causæ 94.95
Morbi qui fiunt, an morbi sint, an pathemata dicendi 120
Morbi scientis quæ pars perfectior sit 123
A morbi explicatione omnem de morbis tractationem Galenus ingreditur 17
A morbis omnia symptomata nasci 163
Morbo quid proprie conueniat 49
Morborum prima generatio secũdum priorem sectam 30
Morborum prima generatio secundum alteram sectam 35
Morborum in compositione numerus 37
Morborum magnitudinis & numeri differentiæ 63
Morborum qui feliciter, qui cõtrà decernant 102
Morborũ in cõformatione causæ 103
Morborum in compositione & positu seu consociatione causæ 114
Morborum in scroto causæ 114
Morborũ omniũ causa cruditas 243

©BIUM

Morborum omnium origo 253
Morbos ex morbis ſequi unde conſtet 54
Morbus quid 22.118.120.124. 127.129.158
Morbus communis 39
Morbus calidus 43
Morbus frigidus 44
Morbus ſiccus & humidus 46
Morbus in inſtrumentarijs partibus quid 47
Morbus de genere eſt permanentium 120
Morbus triplex, ſcilicet fiens, factus, futurus fieri 121
Morbus factus duplex 122
Morphea 150
Motione pathos ab affectu diſtingui= tur 120
Motus uoluntarius quomodo fiat 259
Motus multus, citus, & denſus 268
Motus multus, citus, & denſus quo di= metiantur 269
Motus, in humoribus quid faciat, item & quies 287
Muccus 199
Mulieris cardialgicæ ſucco mali puni= ci reſtitutæ hiſtoria 237
Multum 351
Multiplex humani corporis compoſi= tio 27
Mundinus 174
Murmurillum 276
Mutata corpus nutrire nõ poſſunt 222

N

NAres & naſus quid & unde di= cta 199
Nares ad quid à natura inuentæ 275
Narium ſymptomata 198
Narium duplex munus 199
Natiuam partium humiditatem quæ abſumere ſoleant 260
Natiuus calor actionum omnium cauſa 372
Natura quid 251
Natura quomodo Philoſophis, quo= modo item Medicis definiatur 252
Natura Medicis quid 252.240
Natura fortem aut imbecillum eſſe quid 252
Natura omnium ſalubriũ opifex ope= rum 252
Natura probè animal gubernãte nul= lus morbo locus 252
Natura in nobis ad Galeni mentem quid ſit 20.148.149
Natura partes fruſtra non fecit 48
Naturale itẽ & non naturale quid 22
Naturales functiones cur ſic dictæ 149
Naturales facultates 151
Naturales functiones quæ 340
Naturalia inſtrumenta 149
Naturalis actio quid 21
Naturalium functionum ſymptomata quæ 148
Naturalium functionũ præcipuæ 340
Naturalium facultatum quælibet una aliqua qualitate elementari perfici= tur 378
Naturam nihil fruſtra moliri 36
Naturam mente rationeq; carere 101
Naturam cum plantis communem ha= bemus ex Platonis ſententia 101.138
Naturæ uocabulũ auguſtiſſimum 252
Naturæ omnes functiones deberi 252
Naturæ leges iuſtiſſimæ quænam ſint 252
Naturæ progreſſus compoſitiuus 18
Naturæ elogia 50
Naturæ ordo ac uia 68
Naturæ encomium 101
Naturæ noſtræ initia
Naturæ in nobis prouidentia 272
Nauſea 331
Ne quid nimis 253
Nero humani generis hoſtis 273

Nero

©BIUM

Nero ſecundum pedes natus 273
Nerui linguæ 197
Nerui ſtomachi 227
Nerui reſpirationis unde naſcantur: & eorum reſolutio quid faciat 255
Nerui quando plenitudine & quando inanitione tententur 260
Neruorum ad muſica inſtrumenta collatio 259
Neruorũ ad lyræ chordas collatio 200
Neruos cur reſolutos dicamus 255
Neruoſa omnia frigoris iniurias non tolerant 44
Neruus auditorius unde oriatur 195
Nicander 233
Nicolai Leoniceni laus 235
Nicolai Leoniceni de dipſade ſententia 235
Nidoroſa corruptela 318
Nigra deiectio 361
Nigredo quid indicet 361
Nihil à ſeipſo pati 281
Noctu non multum cibi ingerendum 242
Nonnãnibus barbaris non utendum 116
Nonnunibus quatenus utendũ 125.152
Nonnum neglectus 153
Non ſemper actionẽ eidem referri cui morbifica cauſſa 256
Non perpetuò in humorum uitijs uacuatione utendum 295
Non omnia in omnibus locis naſci 343
Non omnes corporis uires ex æquo lædi 369
Noſcere ſeipſum, magnum ad uitam ualetudinemq; ſeruãdam fundamentum eſſe 253
Nubes & nebula 203
Nubes unde fiant 354
Nullum contrarium familiare eſſe poteſt 376
Nullum eſſe ſymptomatũ genus quod non ad eruditatem ſequi poßit 387
Nullus morbus, ſimplicibus membris & compoſitis proprius 11
Numeri uiciati cauſſæ 112
Numeri excedentis cauſſæ 112
Nutritio quæ poſtulet 158
Nutricum culpa incõmoda multa pueris contingere 104
Nutricum delectus 104
Nutritio quid 158.140
Nutritio cæteris naturalibus actionibus dignitate præſtantior 340
Nutritioni requiſita 157
Nutritionis ſymptomata 156
Nutritionis indigentia unde 227
Nutritoriam facultatẽ alteratricis eſſe ſpeciem 340

O

OBſtrui meatus quid 53
Obturari & Claudi, diuerſa eſſe 365
Obturationis cauſſæ 336
Obtuſa uiſio, & illius cauſſæ 186
Oculatella 201
Oculis uirtus unde inſluat 171
Oculorum in homine utilitas 171
Odor quid 75
Odoratus & guſtus quo à ſe differant 220
Oedemata unde 42
Oedematis cauſſæ 339
Olfactus ſymptomata 160
Olfactus ſymptomata qui deprehendas 162
Ὠὰ Hippocrati quid 222
Omentum quid 66
Omnia mediocria ſunto, ex Hippocrate 253
Omnibus partibus ineſt deſideriũ conuenientis qualitatis 227
Omnis de aliqua re inſtitutio debet à definitione proficiſci 17
Omnis uehemens intemperies uires deijcit 225

Omnis

Omnis ſanguinis excretio præter mu=liebre profluuium, præter naturam eſt 346
Omnium naturæ operum potiſſima cauſſa 242
Ophiaſis 151
Ophthalmia 193
Ονιδέντων 142
Oppletio cerebri, diſpoſitiua ſomni cauſſa 245
Optimè ſani & ægri differentia ex quibus ſumatur 32
Ora uaſorum quibus ex cauſsis paten=tiora fiant 346
Ora uaſorum quibus ex cauſsis rum=pantur ibidem
Ora uaſorum quibus ex cauſsis eroſio=nem patiantur ibidem
Oratores ſummos Demoſthenẽ, Theo=phraſtum, & Ciceronem initio di=cendi trepidaſſe 264
Ordo præpoſterus ciborum 318
Oris uentriculi præcipua functio 225
Oris uentriculi affectus cur & quando ſint uehementes 238
Os uentriculi magno ſenſu præditum 224
Os uentriculi cur uehementia ſympto=mata creet ibidem
Os uentriculi cur à priſcis cor dictum 224.236
Ὀχεῶν 66
Oſſa cur frangibilia & friabilia ſint 67

P

PAlpitatio quid 142.249
Palpitatio quibus membris acci=dat 266
Palpitatio à uaporoſa ſemper materia prouenit 292
Palpitationis cauſſa tum in uentriculo, tum in alijs membris 267.268
Palpitationis & pulſus differẽtia 267
Palpitationis à conuulſione, tremore, rigoreq; differentia 268
Pandiculatio & Pandiculari 230
Pandiculatio intenſiua & ulceroſa laſſitudine accidere ſolet 283
Pandiculationem à ſomno excitari, & cur id fiat ibidem
Paracope 223
Paralyſis 255
Paraphroſyne 315
Παρεισφυλα 382
Pars quot modis imbecilla fiat 100
Pars in auditu præcipua 196
Partem quampiam ægrotam eſſe quid: item & ſanam 21
Partes ſimulares quæ 27
Partium oculi uſus 48
Partium conſtitutio ſymptomatũ mon=ſtrat naturam 197
Parturire quando mulieres incipiant 272
Partus ſecundum naturam quis: item & contra naturam 273
Patentium meatuum cauſſæ 31
Pathema in motione conſiſtit 120
Pathemata in nobis oriri quando con=tingat 32
Pathematis & affectus differentia 119
Pathematis uaria apud medicos acce=ptio 122
Πάθος & Pathema 32
Pathos 119.122.124.127.129.133
Patibilis animæ pars 304.305
Penuriæ ſenſus 227
Permanens diſpoſitio apud Galenum quid 120
Per ſe tota alterari & affici corpora quid 26
Per ſe & per accidens 128.131
Per ſingultum facultates uentriculi re=tentrix & expultrix maximè læ=duntur 330
Perſica planta in natali ſolo lethalis, in

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 417 sur 428

©BIUM

Aegyptiũ translata edẽdo facta 343
Persica fructus ubi meliora in Italia ibidem
Φύγεθλον quid 42
Φῦμα quid ibidem
Phlegmon quid 55.70
Phlegmone unde 42
Phlegmone cur simplicium partium morbus 72
Φλόγωσις 70
Φλύκταινα 339
Phrenitis 314
Phrenitin cur febris comitetur ibidem
Phthisis 64
Phthisici 106
Pica morbus 225.232
Pica morbus unde dictus, & quando incipiat, finiatur, & aggrauet 232
Picentes oliuæ optimæ 343
Pina quid 195
Pira musteа in Sabino agro optima 343
Pituita uitrea 236
Planci qui dicantur, & à quo nomen sumpserunt 51
Plato bis in die saturos fieri homines se uidisse, suis pro miraculo retulit 242
Platonis de anima opinio 300
Plautus 356
Plenitudo functionibus officit 103
Plenitudinis indicia ex Galeno 284
Plenitudinem quæ faciant ibidem
Plethora & plethoricũ corpus 92.93
Plinij mors 293
Plinij nepos ibidem
Plorantium respiratio qualis 258
Plumbi natura 373
Polypus quid 56
Polyporum caro 169
Poma apia in Romano agro optima 343
Porphirius 267
Portij liber de ponderibus 346
Post cibum non lucubrandum 160
Potentia seu facultas medicis quid & quotuplex 99
Potentiæ naturales ibidem
Potẽtiæ alicuius imbecillitas unde 323
Potionis symptomata 232
Prauitatem ciborum qui morbi sequuntur 341
Præster 233
Priapismus 65.384
Priapismi causſa 65
Prima hominis compositio 29
Prima in nobis elementa quæ ibidem
Prima odorandi particula 199
Principis facultatis actionum secundũ naturam modus 314
Principis facultatis functiones 314
Principis facultatis functio quando læsa dicatur 315
Problema de foraminis in oculo amplitudine & coangustatione 174.175
Problema de imminuta pupilla 177
Problema de tactu 200
Problema de uentriculi palpitatione 267
Problema de sudore scitu dignißimum 368
Prominens oculus & profundus quid inferant noxæ 194
Procemij Galeni in suis libris energia & declaratio 19
Propagandi sui in homine potentia 275
Propria actio quid 53
Propria cuiusq; rei notio à definitione proficiscí debet 300
Proprium secundi modi 267
Pruritus quid, quando fiat, & de illius causſis: & quid ab scabie differat 309
Psora, & illius à lepra differentia 310
Ψώρα quid 43

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 418 sur 428

Περίψυξις 49.56
Pueri eruginem uomentis historia 237
Pueri uino abstineant 245
Pueri iuuenes alteratricis potentiæ robore uincunt 374
Pueris cur uisa appareant 188
Pueris plurimũ alimẽti offerẽdum 373
Pueros, & angustas uenas habentes somniculosos esse 245
Pueros natiuo calore & facultatum naturalium præstantia pollere 283
Puerorum & iuuenum calor quomodo æqualis 375
Pugnam in tremore fieri 261
Pugnantes ex Galeno loci concilian-tur 327
Pulsare de quo dicatur 267
Pulsionis ad imbecillas partes causſa 100
Pulsuum usus 149
Punica mala in Campania optima 343
Pupilla quid 176
Pupillas latas habentibus cur omnia minora appareant ibidem
Purgantium noxa 295
Putrescentia cur calidiora 79
Pyloron 351
Πυράκτωσις 43

Q

QVa uia Plato et Aristoteles processerint 17
Qua facultate membra noxia pellant 275
Quadrantal 346
Qualitate rei quam quærimus ignorata, ipsius essentia sciri non potest 17
Qualitates ciborum quæ maxime lædant 319
Quando à somno excitemur 241
Quando ad rigorem febris sequatur 295
Quando corpora doleant 280
Quando detruncationes arte fiant 58
Quando foras pellatur infans 253
Quando in lassitudine uoluptatem sentiamus 223
Quando musculos ani aut uesicæ affectos esse censendum sit 256
Quando rhagoidis tensio pupillæ minorationem, & quando dilatationẽ faciat 178
Quãdo simul et uomitu et secessu et sudore bilis decretorie uacuetur 290
Quando transpiratu & quando uacuatione dolorem leues 222
Quarum partium multiplex functio uel usus 61
Quartana unde dicta 288
Quatuor de omni re quærere solemus 17
Quæ affici propriè dicantur 119
Quæ ad rigorem faciendum concurrant 294
Quæ alere non possiunt 350
Quæ bene temperata sunt, naturæ familiaria : quæ contrà, inimica 211
Quæ corpora actionibus à uoluntatis imperio prodeuntibus parum idonea 371
Quæ corpora optimè, quæ pessimè nutriantur 372
Quæ dolorẽ excitẽt et uoluptatẽ 207
Quæ excrementa irritent 286
Quæ fœtus editionẽ promoueant 273
Quæ in flatum uertuntur extenuatiora esse oportet 355
Quæ in tactu dolorem creent 222
Quæ in uirginibus forma uenustior 106
Quæ mala propter stomachum euenire possint 236
Quæ mulieres ocyßimè, quæ difficilius, quæ expeditius pariant 273
Quæ naturam nostram corrumpere possunt 207
Quæ uerè pati dicantur 122

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 419 sur 428

©BIUM

Quæ obturari & quæ claudi dicantur 365
Quæ partes actionem, & quæ usum præstent 61
Quæ partes dolore carere dicantur 206
Quæ partes omnium primæ rigorem sentiant 191
Quæ prædocere oporteat de morbis tractantem 17
Quæ præter naturam in uētriculo esse dicantur 350
Quæ symptomata causſam præter naturam habeant 277
Quæ symptomata os uentriculi affectum creare soleat 223
Qui ad concoquendum aptißimi, qui contrà 371
Qui ad excretiones ineptißimi, & cõtrà 378
Qui affectus morbi censendi 54
Qui altum dormire, & qui tenui somno dicantur 239
Qui doleant secundum Hippocratem 282
Qui gaudio nimio mortui 306
Qui humores uomitu facilius expellantur 349
Qui iuuenum corripiantur tremore 263
Qui longinquè posita uidere possint 191
Qui nerui obstrui possunt: qui minime 203
Qui non concoxit quiescere debet, neque negocio se credere 286
Qui perfectam docendi uiam calleat 118
Qui propè admota uidere, longe posita non sic potest 191
Qui symptomata morbos appellēt 46
Qui uanis imaginibus præhendantur 190
Qui uehementer ægrotare dicantur 66
Qui ulcerosa laßitudine tenentur quando horreant, & quando rigeant 285
Quibus commentatio hæc tota de morbis scripta sit 271
Quibus flatuum copia subsit: quibus minime 356
Quibus horror & quibus rigor accidere consueuerit 288
Quibus in actionibus motus secundum locum requiratur 369
Quibus in rebus sanitas consistit: in ijsdem & morbus si à iusto modo deflexerint 23
Quibus notis animæ excellētia deprehendatur 302
Quibus plus cibi uesperè quàm manè exhibendum 243
Quibus se modis ab excrementis uentriculus exoneret 331
Quid ad morbum in instrumentarijs satis sit 50
Quid in defluxionibus spectandum 380
Quid in expellendis excrementis natura maximè curet 331
Quies 260
Quies quid faciat 223
Quies semper inter contrarios motus media 260
Quiescentia excrementa minorem, mota maiorem molestiam inferunt 286
Quos affectus febris comitetur 54
Quo pacto similaria corpora secundum priorem sectam contrarijs modis affici possint 69
Quomodo à seipsis succi alterentur 287
Quomodo febres finiri soleant 289. & 295
Quomodo in pectore pulmoneq; contenta

tenta excernantur 277
Quomodo in utero ſitus infans, & quomodo egrediatur 272. & 273
Quomodo quæ in membrorum ſpatijs continentur, & quæ item in ipſa membrorum ſubſtantia, excernantur 290
Quomodo uterus & uentriculus ſua ipſorum onera pellant 274

R

RAmex quid 66
Ramentoſæ excretiones 363
Rarefacientia 94
Raritas, frigidorum morborum cauſſa, & de raritatis cauſsis 93. & 94
Raucitas 381
Receptis nominibus utendum 118
Reciprocæ & conuerſiuæ cauſſæ 327
Rectum officium in quo uerſetur 125
Refuſio 366
Regius morbus quando fiat 163
Regius morbus & illius cauſſæ 338
Regius morbus à ferarum morſu ibid.
Remota cur probè non uideantur 186
Rerum præter naturam diuiſio 117
Rerum uiſiones quomodo fiant 187
Reſectiones neruorum quid faciant 239
Reſolutio quid 204
Reſolutio 255
Reſolutio, ablati motus germen 260
Reſpiratio & Tranſpiratio 160. & 162
Reſpirationis utilitas 92
Reſpirationis inſtrumẽta perpetuò moueri oportere 292
Reſpirationum, quæ ad conuulſionem pertineant 258
Retentricis functio 155
Retentricis ſymptomata 153. 326
Rhagoidis tunicæ foramen admiratione dignum 174
Rhagois tunica cur perforata 175
Rhagois tunica cur nigra aut cærulea 177
Rigere qui dicantur 248
Ῥίγος 248
Rigor 247. 250. 290. & 292
Rigor cur ardentem febrem ſoluat 289
Rigor criſim antecedit 290
Rigor & Horror quo differant 285
Rigor excitare tuſsim quandoque poteſt 292
Rigor in tertianis uehementior 289
Rigor quandoq; ſignum & ſymptoma 288
Rigor quando lethalis 308
Rigor ſine febre 296
Rigoris & horroris cauſſa 285
Rigoris cauſſæ 294
Rigoris generatio ibidem
Rigoris omnis generis curatio 295
Rigoris tertianæ & quartanæ differentia 299
Rigoris duo genera ibidem
Rigoris motiones quales 308
Rigorem in febribus ut plurimum excretio aliqua ſequi conſueuit 289
Rigorem, extremarum partium refrigeratio ſequitur 299
Rigore affecti cur incuruentur 291
Rigores à cauſſa calida maiores quàm à frigida fieri 294
Roſionis ſenſum quandoq; citra calefactionem ſentiri 283
Ῥωγμὸν 115
Ruellius 234
Ruptio 115
Ruptiones 67

Commentarii in sex Galeni libros de Morbis et Syptomatis, Francisco Valleriola ... - page 421 sur 428

©BIUM

S

SAltus 207
Sanctißima de Deo Galeni uerba 272
Sanguis & ſemen prima generationis noſtræ principia & elementa 27
Sanguis ſeroſus unde 165
Sanguis recens mactatæ carnis loturæ ſimilis quando excernatur 359
Sanguis gramoſus quando excernatur 362
Sanguis purulentus 362
Sanguis ramentoſus 363
Sanguinis uomitus cæteris periculoſior 350
Sanitas 127
Sanitas quid 20.158
Sanitas diuinũ bonum Plutarcho 253
Sanitate quando fruamur 253
Sanitatis & morbi diſcrimen 127
Sanitatem ſymmetriam eſſe 24.
Sapphiri intuitus oculos iuuat 215
Sapores intemperati qui 220
Saporum omnium natura ex Galeno 211
Sarcoma quid 57
Scabiem lepram eſſe Galeno, & quid 310
Scabies quid 43
Scarabeorum caro 341
Scipio Aphricanus infelici partu natus, item & Manlius 273
Scirri unde 42
Scopum non eſſe finem 131
Scopus ad quod cauſſæ genus referri debeat 131
Scrotum quid 66
Secũda hominis cõpoſitio ex quibus 29
Secundum naturam ſe habere partes quid 22
Secundum naturam eſſe quid 347
Semicocti humores 323
Semicoctus cibus aut ſuccus qui dicatur Galeno 359
Senes facilè uexari tremore 263
Senectus obliuionis mater. 263. 313
Senſus iudicium fallax 25.97
Senſus communis cur ſic dictus 145
Senſus communis duplex ratio 145
Senſus omnes à quibus euerti ſoleant 212
Senſus omnes à quibus iuuari & à quibus lædi ſoleant 214
Senſum circa ſuam ipſius functionem non errare 189
Senſuum differentiæ 144
Senſuum omnium ad concentum collatio 212
Senſuum inſtrumenta quando lædantur nullo proprio pathemate in ijs exiſtente 239
Sermo ſoretes 121
Sermo, nobiliſſima hominis functio 262
Serpentum genus quoddam cur uiride 341
Sentiendi actio triſariam diſtinguitur 170
Sgramphus 95
Siccitas & Humiditas an ſint cauſæ dolorum 207.208
Siderati qui: & ſideratio morbus 307
Silentium quid 219
Silentium auditui ægrotanti maximè iucundum 219
Silentium quomodo uoci contrarium ibidem
Similarium partium ſanitas in quo ſit poſita 23
Simile à ſimili non pati 287
Similia in ſeſe non agere 217
Similibus intemperata corpora eſſe regenda, quomodo intelligatur 376
Simplices partes quæ 27
Simplices morbi 75
Simplicia compoſitis natura & dignitate

tute priora, eadem & notiora, ordine tamen naturæ 18
Simus naſus & illius cauſſa 107
Singultum non propriè conuulſionem eſſe 258
Singultus 250.329
Singultus & uomitus differentia 330
Siti enectorum hiſtoriæ 233
Siticines unde dicti 356
Siticuloſi qui 230
Sitis cauſſa 228
Sitis in rigore quid indicet 307
Smaragdi intuitus oculos mirè iuuat, & illius à Plinio commendatio 215
Sol, balneum, motus, excrementa irritant & mouent 287
Solis ardoribus fluxiones cõcitari 381
Solutæ unitatis uaria nomina 40
Solutæ unitatis cauſſæ 115
Solutio unitatis unica tantum doloris cauſa 212
Somni utilitas 223
Somni cauſſa 245
Somni in concoquendo cibo utilitas 318
Somnus quid 242
Somnus cuius partis pathema 240
Sophocles gaudio nimio mortuus 306
Soporifera medicamenta cur dicta 246
Σπάσμα 116
Spiritus animalis 175.190
Spiritus animalis multiplex elaboratio 190
Spiritus offendens apud Hippoc. 257
Spiritus per febres in ſaucibus eliſus quid indicet 258
Spiritus uariæ acceptiones à medicis 353
Splendor nigredini in excrementis mixtus quid indicet 360
Splenici morbi 160
Στεάτωμα 113
Sternutamenta capiti præſidium afferre 278
Sternutamenti cauſſæ 277
Sternutamentum excrementorũ in pulmone degentiũ remedium eſſe 311
Sternutamentum ſingultus remedium eſſe ibidem
Sternutamentum 250
Sternutamentum 275.277
Stillicidij urinæ cauſſæ 366
Stipationis meatuum cauſſæ 31
Stoicis anima ſpiritus eſt 301
Stomachici 358
Strabiſmus 257
Stranguria 165.366
Strepens flatus 276
Strepens flatus 356
Stridor 250
Structuræ partium finis 50
Strumæ 43
Studia 324
Studioſi oculos fuſco colore & obſcuro loco cõſeruare ſatagunt 215.216
Stultitia 147
Stultitia 313
Stupor 255.257
Stupor & illius cauſſæ 201.246
Stuporis & reſolutionis cauſſa 258
Sub uehementi frigore iter ingreſſis quid accidat 44
Subſultio 267
Succedentia quæ 123
Succorum corporis ad uinum recens expreſſum collatio 337
Suctionis ſenſus, & ſuctio ipſa quando pereant 229
Sudor quid 167
Sudor an ſecundum naturam 168
Sudorem concitantia 368
Sudores cardiaci 367
Sudores decretorij 367
Sudoris cauſſæ 367
Sudoris copioſi cauſſæ 167
Suffuſio 186

©BIUM

Suffusionis sanabilis signum 175
Summum bonum in summo esse quærendum 303
Supercilia 114
Suppressorum mensium causse 383
Suppurati meatus 53
Symmetria corrupta, à naturali statu deflectere est necesse 31
Symmetria excessu & defectu metitur ibidem
Symptoma 125.129.133.156
Symptoma generatim 132.135
Symptoma speciatim, & illius differentiæ 134
Symptomata ab actionibus quo discernantur 78
Symptomata ad conuulsionem pertinentia 257
Symptomata sese consequẽtia quæ 385
Symptomatis generatim dicti ratio 132
Symptomatis à morbo differentia 133
Symptomatis à pathemate differentia 133
Symptomatum alterum ad alterum sequi 154.159
Symptomatũ caussas, morbos esse 159
Symptomatum quæ in affectibus consistunt differentiæ 159
Symptomatum genera tria 160
Symptomatum sese consequentium & non consequentium quæ ratio 386
Syncopa stomachica 224
Syncope & illius causse 224
Syncopes præcipuæ differentiæ 224

T

TAbes & phthisis 150
Tabes quæ symptomata sequi soleat 341
Tabescere meatus quid 53
Tactum, omnem corporis partem pro instrumento habere 200
Tactus in homine perfectißimus 139
Tactus symptomata 161
Tactus cæteris sensibus crassior 208
Tactus cur nobis datus 208
Talia apparent uisa quale mediũ 189
Talpæ ubi multæ & ubi nullæ 343
Tarda concoctio 316.323
Τάραξις 73
Tarentinæ iuglandes optimæ 343
Tenebræ an luci contrariæ 220
Tensiua lassitudo quid indicet 282
Tenuis somnus 239
Tertia hominis compositio ex quibus 39
Tertianæ unde dictæ 288
Τέτανος 142
Thucydidis de amissa per populares morbos memoria 313
Θλάσμα 115
Timore & gaudio nonnullos periisse 304
Timore, pallescere corpora, refrigerari, tremere, aluo solui, uoce interrumpi, & uires conuelli cernimus 340
Timoris & uerecundiæ differẽtia 305
Timoris & mœstitiæ differentia ibid.
Tinesmi causse 363
Tinesmus 276.363
Tonica motio quæ sit 259
Tonsillæ 385
Torpedo piscis 201
Tortura à resolutione 108
Toto genere præter naturam quæ dicantur 57
Transpiratio 92
Transpiratu discuti quid 222
Tremor quid 142.249.260
Tremor compositus motus 261
Tremor quibus accidat 263
Tremor unde 264
Tremor in grauia gestantibus onera quomodo dissoluatur 264
Tria in totum morborum genera 116
Trimestres & quadrimestres fœtus iurijs

iurijs tolerandis aptißimos eſſe 29
Triplex in laßitudinibus ſenſus in nobis percipitur 284
Tumor quid 53
Tumor, quando morbus & quando ſymptoma 69
Tußis 250.275.277.278
Tußis à quo excitari ſoleat 55
Tußis ab intemperie 279
Tußis cauſſæ 277
Tußis tria genera 280
Tymbala muſica inſtrumenta ex quibus conſtent 356
Tymbalis, Monſpeſſuli plebs & uulgus choreas ducere ſolent ibidem
Tympania 324
Typus uniuerſalis ſanitatis ſecundum Galenum 34

V

VAciæ & uari qui 51.103
Valentes in flatuū emißione ſtrepitus quid indicent 356
Valentiores motus & imbecilli qui 309
Valgi qui 52
Validi morbi quid faciant 328
Vapor quid 220
Vaporaria Germanica 79
Vaporoſa quæ 245
Variæ Philoſophorum de anima opiniones 300
Varij flatuum in emißione modi unde 356
Varijs morborum generibus corripi corpus humanum unde conſtet 27
Vaſorum ſtipatio quid faciat 92
Vatiennorum cognomina unde fluxerunt 51
Venarum & arteriarum munus 92
Venæ & arteriæ ut quid creatæ 92
Venti ex qua materia conſtent 354
Ventriculi oſtia 351
Ventriculi ad oſtium collatio 374
Ventriculi ſymptomata 152
Ventriculum debiliter complecti cibos quid 327
Ventriculus cibi in homine promptuarium 227
Verecundia quibus accidat 303
Verecundia an ſit uirtus ibidem
Verecundia timor quidam eſt 304
Verecundiæ cauſſa 303
Verecundiæ definitio ex Plutarcho 305
Verecundiæ & timoris differētia ibid.
Veſicæ munus 256
Veſicæ & ceruicis eius munus 366
Veſuuij montis portentoſa & igniferа nubes 142
Veſuuinæ uuæ meliores 343
Veterni cauſſæ 244
Veternus 248
Via inuentionis ſimplicium morborum 22
Videndi functio rectа quæ poſtulet 189
Vigiliarum cauſſa 247
Vigiliæ à mœſticia et ſolicitudine ortæ, peßimæ ibidem
Vinum modicè & immodicè ſumptum quid faciat 90
Vinum potens tremorem parit 264
Vinum uetus nouo calidius 82
Vires corporis in quo præcipuè ſitæ 326
Vires corporis ex quibus conſtent 326
Viridia omnia uiſum mirè iuuant 215
Viridis color unde fiat ibidem
Viſa quid ſecundum Hippocr. 189
ad Viſionem requiſita 188
Viſiua potentia quomodo ſit in oculo, & quomodo non 172
Viſorum omnium in uniuerſum cauſſæ 190
Viſum iuuantia & lædentia 207
Viſus in nobis præſtantia 214

Viſus

©BIUM

Visus natura lucida 216
Visus cur ab splendentibus coloribus lædatur 216
Vitellio author opticæ 173
Vitia in membris quî augeantur 100
Vitiatæ functiones semper ad eam partem referendæ ad quam sanæ 225
Vitiatæ coctionis causſæ 317
Vitiati succi quid pariant 323
Vitiligo 150
Vitulæ Surrentinæ optimæ 343
Vlcerosa lassitudine affectis, quando inæqualitas, quando horror, quando rigor proueniat 286
Vlceroſæ lassitudinis curatio 286
Vlcus 67.181
Vnde uigilantium in somnis motiones excitentur 241
Vnguis oculi 113.194
Vocales nerui, & de eorum resolutione 255.332
Vocis interceptæ causſa 91
Vocum & sonorum præcipuæ differentiæ 219
Voluntariæ functionis noxæ 255
Voluntariorum motuum duo genera 240
Voluptatem quæ excitent 207
Voluuli causſæ 334
Voluulus 156
Vomitus 349
Vomitus causſæ 277.349
Vomitus & singultus differentia 330
Vomitus commoda 349
Vomitus quid conferat corpori 350
de Vomitu Hippocratis consilium 350
Vox quid 218
Vox omnium animæ actionum principalissima 219
Vox lenis & aspera à quibus fiãt 219
Vox aspera auditui inimicissima ibid.
Vrna 346
Vrina 167
Vrina quomodo excernatur 365
Vrinæ suppreſsio 255.363
Vrinæ excretio naturalis 255
Vrinæ profluuium 366
Vrinæ profluuij causſæ ibidem
Vsus uaria acceptio 48
Vteri distensio tempore partus ibid.
Vterum sternutamentis iuuari 279
Vterus semen auidè continet 273
Vua 59
Vulnus 115.181

INDICIS FINIS.


calor famem irritat p 228.
Palyabas author inter arabes non ponitendus 90.
Dysenteria 352.
transpiratio et cursus sanis 224.

©BIUM